



B 49812 6


ENDURE FORT
Bibliotheca Lindesiana
109
D.



MÉMOIRES

CONCERNANT

L'HISTOIRE CIVILE ET ECCLÉSIASTIQUE D'AUXERRE ET DE SON ANCIEN DIOCÈSE

Par l'Abbé LEBEUF

Chanoine et Sous-Chantre de l'église cathédrale de la même ville
de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres

CONTINUÉS JUSQU'A NOS JOURS

AVEC ADDITION DE NOUVELLES PREUVES ET ANNOTATIONS

PAR

M. CHALLE
avocat

M. QUANTIN
archiviste, corr. du com. des arts et monuments

TOME QUATRIÈME.

AUXERRE
PERRIQUET ET ROUILLÉ, ÉDITEURS, RUE DE PARIS
PARIS
DIDRON, LIBRAIRE, PLACE SAINT-ANDRÉ-DES-ARTS, 30

M DCCC LV

MÉMOIRES

CONCERNANT

L'HISTOIRE CIVILE ET ECCLÉSIASTIQUE

D'AUXERRE ET DE SON ANCIEN DIOCÈSE

MÉMOIRES

CONCERNANT

L'HISTOIRE CIVILE ET ECCLÉSIASTIQUE

D'AUXERRE

ET DE SON ANCIEN DIOCÈSE.

Par l'Abbé LEBEUF

Chanoine et Sous-Chantre de l'église cathédrale de la même ville
de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres

CONTINUÉS JUSQU'A NOS JOURS

AVEC ADDITION DE NOUVELLES PREUVES ET ANNOTATIONS

PAR

M. CHALLE
avocat

M. QUANTIN
archiviste, corr. du com. des arts et monuments

TOME QUATRIÈME.

AUXERRE
PERRIQUET ET ROUILLÉ, ÉDITEURS, RUE DE PARIS

PARIS
DIDRON, LIBRAIRE, PLACE SAINT-ANDRÉ-DES-ARTS, 30

M DCCC LV

OBSERVATIONS

SUR LA

COMPOSITION DES DIVERSES PARTIES DU TOME IV.

1° Monuments, Chartes, etc.

Nous avons fondu en une seule série de numéros, la collection et le supplément des chartes que l'abbé Lebeuf avait données à la suite de son deuxième volume, et 78 documents nouveaux concernant principalement l'histoire civile.

L'orthographe des pièces latines était embarrassante L'abbé Lebeuf avait employé l'Æ, comme il était d'usage de son temps ; mais voulant nous conformer à la règle et à la vérité, nous avons dû modifier, sur ce point, le texte de plus d'un document. Voici la marche que nous avons suivie :

Les chartes tirées de la première édition de l'abbé Lebeuf ont conservé l'Æ jusqu'à l'an 1160. Cette date est la moyenne où l'on a presque partout abandonné l'Æ pour l'E à cédille ou pour l'E simple.

Les pièces copiées par nous sur les originaux ou sur des copies ont été paléographiquement reproduites. L'Æ reprend à la fin du XVIe siècle pour ne plus être abandonné.

Pour faciliter l'intelligence des chartes en français, nous avons dû employer les accents, les *v* pour les *u*, etc.

Nous avons plusieurs fois corrigé des textes donnés par l'abbé Lebeuf, qui n'avait pas eu à sa disposition les originaux, ou qui avait été mal servi par ses copistes. Les sources sont dans ces cas-là différentes.

L'index des chartes placé à la fin de ce volume, facilitera les recherches.

2° Catalogue des Ecrivains, etc.

Nous avons ajouté un certain nombre d'auteurs au catalogue donné par l'abbé Lebeuf, et notamment aux XVIIe, XVIIIe et XIXe siècles. Ces augmentations sont indiquées par deux [ ], ou mises en supplément à chaque siècle.

RECUEIL

DE

MONUMENTS, CHARTES, TITRES

ET AUTRES PIECES INEDITES

POUR SERVIR DE PREUVES

AUX

MÉMOIRES

CONCERNANT

L'HISTOIRE CIVILE ET ECCLÉSIASTIQUE D'AUXERRE

ET DE SON ANCIEN DIOCÈSE.

N° 1.

Prières concernant saint Germain tirées d'un missel de la bibliothèque du Chapitre de Sens, manuscrit du XIII[e] *siècle, au 31 juillet.*

COLLECTÆ.

Deus pro cujus sacro nomine beatus Germanus Antistes desideravit persecutionem propter justitiam, ut et si martyrium non perferret, fide tamen pertenderet ad coronam, amaret odiis hominum et maledictionibus subjacere dummodo copiosam mercedem consequeretur in cœlo, et ad evangelicas beatitudines perveniret : te per hujus interventum precamur, ut pacem quam te jubente dilexit in sæculo perpetua-

N[a]. L'auteur avertit que pour ne pas surcharger son livre, il n'a pas cru devoir placer ici les pièces qu'on trouve imprimées dans les Recueils de Duchêne, de Dom Luc Dachery, Dom Mabillon, M. Baluze, Dom Martene, et dans l'ancien Gallia Christiana, etc.
(Nous donnerons à la fin de ce volume l'index de ces documents).

tualiter ecclesiæ possidendam tribuas in futuro. Per.

Secreta.

Clementiam tuam, Domine, deprecamur, ut his oblationibus plebis, quas in honore beatissimi Germani Antistitis et confessoris offerimus, signatum diem hodiernæ solemnitatis celebremus cum inconcussa fidei libertate quam ille constanti mente defendit, precantes, ut robur patientiæ ejus si non opere, saltem voluntate comitetur. Per.

Post-Communio.

Sumentes ex sacris altaribus Christi Domine ac Dei nostri corpus et sanguinem, oramus, ut semper fide plena esurire detur ac sitire justitiam, sicque opus ejus confortati salutaris sancti gratiâ faciamus ut non ad judicium sed ad remedium sacramentum quod accepimus habeamus.

Alia oratio quæ reperitur in antiquis missalibus ecclesiæ Paris. et aliis manuscriptis, desumpta ex fragmentis veteris liturgiæ gallicanæ.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut beatissimi Germani Antistitis cujus exempla miramur et colimus etsi æquari factis non possumus, saltem vestigia sequi, et fidem nobis contingat imitari.

N° 2.

Description du diocèse d'Auxerre, au VIe siècle, extraite de la vie de l'évêque saint Aunaire.

Ad tutelam gregis sibi a Deo commissi præcepit ut tam in civitate Autissiodorensi quam per parochias ipsius pagi hæc debeat institutio custodiri.

I die calendarum januar. civitas cum clero et populo rogationes faciat.
II die, Epponiacus et Vendosa.
III die, Gaugiacus et Nantriacus.
IV die, Coræviens cum cleroet populo.
V die, Bacerna et Accolacus.
VI die, Matriacus cum suis.
VII die, Curcedonus cum Scoliva.
VIII die, Drogia cum suis.
IX die, Varziacus cum suis.
X die, Columbariacus cum suis.
XI die, Campus-Lametii cum suis.
XII die, Bargiacus cum suis.
XIII die, Domitiacus cum suis.
XIV die, Soliacus cum suis.
XV die, Massua cum suis.
XVI die, Condida cum Draptiaco.
XVII die, Eliniacus cum suis.
XVIII die, Novusvicus cum suis.
XIX die, Brioderus cum suis.
XX die, Giemus cum suis.
XXI die, Banoilus cum suis.
XXII die, Cassiniacus, Nantiniacus cum Cella-Salvii et Mauri,
XXIII Laoderus cum suis.
XIV Vitriacus et Arcuntius.
XXV Balgiacus cum suis.
XXVI Interamnis cum suis.
XXVII Tauriacus cum suis.
XXVIII Livadicus cum suis.
XXIX Pulverenus cum suis.
XXX Odona cum suis.

(*Gesta Pontific.* publié par le P. Labbe.)

N° 3.

Synode ou Concile d'Auxerre présidé par l'évêque saint Aunaire, et composé des abbés et des prêtres du diocèse, tenu vers l'an 578.

Nota. Il existe à la Bibliothèque nationale plusieurs copies des statuts de ce concile L'orthographe en est très-vicieuse, ce qui est une preuve de l'antiquité du texte. Celle que nous donnons a été empruntée au manuscrit 1458, fonds latin, f. 60, ỳ. Nous avons mis entre [ ] les principales variantes du manuscrit 1455; les mots sous entendus sont entre ( ). Les souscriptions qui sont à la fin sont prises dans le manuscrit 1455. — N'oublions pas de dire que ces deux manuscrits sont d'une écriture du onzième siècle.

Incipit Synodus Autissiodorensis.

Canones.

I. Non licet kalendis januarii vecola, aut cervola facere, vel strinas [streneas] diabolicas observare : sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut et reliquis diebus.

II. Ut omnes presbiteri [ante] Epiphania missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesime nuntiet [nuntient], et (in) ipsa Epiphania ad populum indicetur [interdica].

III. Non licet compensas[us] domibus propriis, nec pervigiliis [us] in festivitatem sanctorum facere; nec intresentius, aut ad arbores sacrivos vel ad fontes vota dissolvere, nisi quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet, et matriculis [matricolæ] ipsum votum aut pauperibus reddat : nec sculptilia [subtilia] aut pede aut homine lineo fieri [pœnitus] præsumat.

IV. Non licet ad sortilocus [sortiligos] vel [ad] auguiria respicere, nec ad cartigios [caragius] nec ad sortes quas sanctorum vocant, vel quas de lignum, aut de pane faciunt, aspicere, nisi quicumque homo

facere, vult omnia in nomine Domini faciat.

V. Omnino (et) inter supradictis conditionibus pervigilius, quos in honore domni Martini observant, omnimodis prohibere.

VI. Ut post [a] media quadragensima presbiteri crisma petant. Et si quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad archidiacono suo vel archisubdiacono transmittat, sed cum crismario et lintheo, [lenteo] sicut reliquiæ [requiæ] sanctorum deportare solent.

VII. Ut medio maio omnes presbiteri ad synodum [o] in civitate veniant, et kalendis novembris omnes abbates ad concilium [con]veniant.

VIII. Non licet in altario in sacrificio divino mellita, quod mulsa appellant, nec ullo alio poculo, absque vino cum aqua mixtum, offerre, quia ad grande reatum et peccatum pertinet presbytero ille quicumque alio poculo absque vinum, in consecratione sanguinis Christi [offerre] præsumpserit.

IX. Non licet in ecclesia chorus sæcularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in ecclesia præparare, quia scriptum est : *Domus mea, Domus orationis vocabitur.*

X. Non licet in altario ubi episcopus missas dixerit presbiter in illa die missas non dicat. [Non licet super uno altario in una die duabus missas dicere, nec in altario ubi episcopus missas dixerit, presbiter in illa die missas dicat].

XI. Non licet (in) vigilia paschæ ante hora secunda noctis vigilias perexplere [perexpedire] quia ipsa nocte non licet post media noctæ bibere, nec manducare, nec in Natale Domini, nec reliquas solemnitatis.

XII. Non licet mortuis, nec eucharistiam, nec osculum tradi, nec de vella vel pallas corporum eorum [scapulas suas] involvi.

XIII. Non licet diacono, de vela vel pallas scapulas suas involvi.

XIV. Non licet in baptisterio corpora sepelire.

XV. Non licet mortuum super mortuum mitti.

XVI. Non licet die dominico boves jungere, vel alia opera exercere, nisi pro causis constitutis.

XVII. Quicumque se propria voluntate aut in aqua jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore precipitaverit, aut ferrum percusserit, aut qualibet occasione voluntate se morte tradiderit : istorum oblatio [oblata] non recipiatur.

XVIII. Non licet absque paschæ solemnitatum ullo tempore baptizare, nisi illos quibus mors vicina est quos grabatarios dicunt. Quod si quis in alio pago, contumacia facientem, post interdictum hunc infantes suos, ad baptismum detulerit, in ecclesias [non] recipiantur usqu ad satisfactionem. Et quicumque presbiter ipsos extra nostro premisso recipere præsumpserit, tribus mensibus a communione ecclesiæ sequestratus sit.

XIX. Non licet presbitero aut diacono, aut subdiacono, post accepto cibo vel poculo, missas tractare; aut in ecclesia, dum missas dicuntur stere [stare].

XX. Quod si presbiter, quod nefas est dicere, aut diaconus, aut subdiaconus, post acceptum benedictionem, infantes procreaverint, aut adulterium commiserint et archipresbitero hoc episcopo aut archidiaconus non innotueri [rint] sicut integro anno non communicet : illi vero qui hoc commiserunt deponuntur.

XXI. Non licet presbitero, post acceptam benedictionem, in uno lecto cum presbiteria (sua) dormire, nec in peccato carnali miscere nec diacono, nec subdiacono.

XXII. Non licet relicta presbiteri, nec relicta diaconi, nec subdiaconi, post ejus mortem maritum accipere.

XXIII. Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiarem habere præsumpserit, aut furtum fecerit, aut hoc abas per se non emendaverit, aut episcopo, vel archidiacono, non innotuerit, ad penitentiam agenda, in alio monasterio retrudatur.

Non licet abbate, ne monacho ad nuptias ambulare (1).

XXIV. Non licet abbati filios de baptismo habere, nec monacho [monachus, nec] commatris habere.

Quod (2) si quis abbas mulierem in monasterio suo ingredi permiserit, aut festivitates aliquas ibi expecta [spectare] preciperit, [a] tribus mensibus in alio monasterio retrudatur, panem et aqua contentus.

XXV. Non licet ut aliquis suam novercam accipiat uxorem.

XXVI. Non licet ut filiam uxoris suœ quis accipiat.

XXVII. Non licet ut relictam fratris sui quis [in] matrimonium ducat.

XXVIII. Non licet duas sorores, si una

(1) Cet alinéa forme le XXIV article dans le manuscrit no 1455.

(2) Cette phrase forme un article distinct dans le manuscrit 1455.

mortua fuerit, alteram in conjugium accipere.

XXIX. Non licet consubrinam, hoc est qui de duobus fratribus, [quod de duos fratres] aut de duas sorores procreantur, in conjugium accipere, ne qui de ipsis nati fuerint, in conjugio socientur

XXX. Non licet ut neptis avunculi uxorem accipiat.

XXXI. Non licet presbitero, aut diacono, ad trepalum, ubi rei torquentur stare (1).

XXXII. Non licet presbitero in judicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur.

XXXIII. Non licet presbitero, aut diacono vel quemquam clericorum, de qualibet causa,

XXXIV. (2) Conclerico suo adjudicium secularem trahere.

XXXV. Non licet mulierem [mulieri] nuda manu eucharistiam accipere.

XXXVI. Non licet mulier manum suam ad palla dominica mittat.

XXXVII. Non licet [cum] excommunicato communicare, nec cum eo cibum [o] sumere.

XXXVIII. Si quis presbiter, aut quilibet de clero, aut de populo cum excommunicato absque voluntate ipsius, qui eum excommunicavit, sciens receperit, aut cum illo pane manducaverit, vel ad conloquium habere decreverit [simile] sententia subjacebit.

XXXIX. Non licet presbitero inter epulas cantare nec saltare.

XL. Non licet presbitero, nec diacono quemquam inscribere sed in vice sua, si causa habuerit, aut fratrem, aut quicumque roget secularem.

XLI. Ut unaquis mulier, quando communicat, domiicalem suum habeat, quod si qua non habuerit, usque in alio die dominico non communicet.

XLII. Quicumque judex, aut secularis, presbiterum aut diaconum aut quemlibet de clero, [aut de junioribus], absque voluntate [audientia] episcopi, vel archidiaconi, vel archipresbitero, injuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium christianorum consortio habeatur extraneus.

XLIII. Si quis ex secularibus institutionem aut ammonitionem archipresbiteri sui contumatia faciente audire distulerit, tamdiu a liminibus sanctæ ecclesiæ habeatur extraneus, quamdiu tam salubri institutione adimplere deberit. Insuper et multa quam gloriosissimus domnus rex precepto suo instituit, susteneat.

XLIV. Si quis hanc definitionem, quam ex auctore canonica cum communi [communione] consensu et convenientia [coniventia] conscripsimus atque instituimus, tam ad clero, quam ad populo commonendo, vel ad id quod constitutum [scriptum est] conservandum neglegens, inventus fuerit et hoc observare distulerit, aut eos qui ipsum audire neglexerit, celaverit aut subpresserit [subpræserit] aut in notitia episcopo non disposuerit [deposuerit], anno, a consortio fratrum, vel ab omnium christianorum communione, habeatur extraneus.

XLV. (1) Si quis presbiter, aut diaconus, aut quislibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam et omnino demigrans, præter episcopi sui conscientiam in alienam parochiam commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur; precipue si vocatus ab episcopo, redire comtempserit, in sua inquietudine perseverans. Verumtamen quam laicus ibi communicet, episcopus vero apud quem moratus fuerit esse constituerint contra eos decretam cessationem pro nihilum reputans, tanquam clericus forte susceperit velut magister inquietudinis, communione privetur.

SOUSCRIPTIONS.

Unacharius in Dei nomen episcopus, constitutionem hanc subscripsi.

Vinobaudus abbas subscripsi (2); Virgilius, presbiter; Gregorius, p.; Aprovius, diaconus; Claudius, p.; Baudovius a.; Francolus, a.; Amanus, p.; Cæsarius, a.; Saupaudus, p.; Audovius, p.; Rendulfus, p.; Roricius, p; Nobaudis, p.; Antonius, p.; Sevardus, p.; Addo, p.; Audovius, p.; Sindulfus, p.; Vinobaudus, p.; Medardus, p.; Badericus, p.; Agrius, p.; Friobaudis, p.; Cominus, p.; Illadius, p.; Theodomodus, p.; Launovius, p.; Leonartis, p.; Desideratus, a; Barbario, d. in vice; Amandus, a.; Leodogisilus, d., in vice Medardo, p.; Tegridius, a.;

(1) Cet article manque dans le manuscrit 1455.
(2) Il y a sans doute erreur du copiste dans cette division d'une même phrase en deux articles.

(1) Le quarante-cinquième canon manque dans le manuscrit 1455. Lebeuf l'a donné incomplètement dans le Bréviaire d'Auxerre de 1726.
(2) Dans le texte original, chaque nom propre est suivi de l'indication de la qualité de celui qui le porte: ainsi *abbas*, que nous rendons par *a.*; *presbiter*, que nous rendons par *p.*; *diaconus*, par *d.*; et le mot *subscripsi* est à la suite de tous.

Eunius, p.; Filmatius, p.; Nonnovius, p., Ballomeris, p.; Romacharius, p.; Medardus, p.; Audila, p.; Genultus, p.; Sagrius

Explicit Autissidiorensis synodus (f° 120, Manuscrit 1455).

(Publié dans les *Acta conciliorum*, t. III, 443. La lettre du pape Pelasge à l'évêque Aunaire est dans *Labbe*, *Bibl. nova*, m^{ss}, t. I.

N° 4.

Liste des vases d'argent et autres objets d'orfèvrerie donnés à sa cathédrale et à l'abbaye Saint Germain par l'évêque Didier, *au* VII*e siècle.*

.... Basilicam sane beati Stephani cui sedit miro decore ampliavit; ingenti testitudine a parte orientis applicita, auroque ac musivo splendidissime decorata instar ejus quam Siagrius episcopus Augustuduni fecisse cognoscitur. Altare quoque antiquum eo transponens sub die XIII kalendarum maiarum solempniter dedicavit, ubi et hæc dona obtulit: Missorium anacleum deauratum pensantem libra L, habentem in se septem personas hominum cum tauro et litteris græcis. Dedit et alium missorium similiter anacleum granellatum pensantem libras XL et dimidiam, qui habet in medio rotam cum stephadio et in giro homines et feras. Item missorium tercium anacleum pensantem libras XXXV susum habet in se historiam solis cum arbore et serpentibus. Item missorium quartum anacleum pensantem libras XXX, habet in se ethiopem et alias imagines hominum. Item bacchovicham auratam pensantem libras XII uncias unam, habet in se piscatorem cum fuscina et centaurem cum opere maritimo. Item bacchovicam aliam anacleam circulatam et nigellatam, pensantem libras XIV et uncias IX. Item aliam bacchovicam similiter anacleam pensantem libras XIII; habet in se lusores. Item aliam bacchovicam anacleam pensantem libras IX et habet in se hominem cornutum et arborem et duos homuntiones infantes in manibus tenentes. Caucos anacleos IIII pensantes libras XI et uncias II; habent in se homuntiones et feras; unus ex ipsis deauratus. Dedit scutellas anacleas ex quibus una nigellata pensat libras IIII; habet in se ursum caballum tenentem. Item aliam scutellam anacleam pensantem libras III; habet in se leonem taurum tenentem. Item aliam pensantem libras II et uncias IX; habet in se leonem capram tenentem. Item aliam scutellam similiter anacleam pensantem libras II, habet in se hirchum cum cornibus. Item aliam pensantem libras I et uncias VII; habet in se cervum pascentem. Item aliam pensantem libras I et uncias IX; habet in se leopardum tenentem capram. Dedit item salariolas IIII anacleas quæ pensant libras IIII. Dedit et gabatas VI quæ pensant libras XVI. Item gabatam I medianam anacleam pensantem libras III et semi; habet in fundo sigillos quatuor et in giro prunellas cancellos decoratos cum capitellis pensantes libras VI et semi. Dedit et hicinarios II anacleos pensantes libras quatuor et uncias tres.

....Dedit et anafum unum pensantem librasII; habet leonem et taurum deauratos. Item fuscinam unam prescriptam; habet caput leonis, pensat libras III. Dedit et urseum anacleum qui pensat libras quatuor et semi, et agmanilis, pensat libras III et semi. Item cannas duo pariles deauratas pensantes libras V; habent in giro effigies et ferusculas. Dedit item missorium planum pensantem libras VIII et semi; habet in medio rotam et in rota monogramma. Item alium missorium pensantem libras VIII; habet in medio crucem cum duobus hominibus. Item baccovicam anacleam pensantem libras X; habet in se homuntiones V cum duabus ferusculis pennatis. Item aliam baccovicam anacleam pensantem libras VIII et semi; habet in medio hominem caballicantem et ad pedes suos viperam. Item aliam baccovicam anacleam circulatam pensantem libras VII et semi; habet in se tres homines grandes et in giro homuntiones et feras. Dedit item gabatas anacleas deauratas pensantes libras XVIII; habent in se homuntiones cum pisciculis. Gabatam medianam anacleam deauratam pensantem libras VIII, habet in medio homines et pisciculos maritimos. Item gabatas liliatas V pariles, pensantes libras IX et semi. Item gabatam medianam anacleam pensantem libras III; habet in medio caput hominis cum barba. Item gabatam medianam puram pensantem libras II et uncias III; habet in medio gallum. Item gabatam anacleam colinellatam pensantem libras III; habet in giro homuntiones et feras. Item scutellam anacleam pensantem libras II; habet in medio homuntionem et caprolum cum arbore. Item scutellam anacleam pensantem libras II; habet in medio duos homuntiones cum lanceis. Item scutellam parvam pensantem libram unam; habet in medio rotelluncula in giro nigellatam. Item salariolam anacleam pensantem libram unam; habet in medio hominem cum cane. Item cou-

cam anacleam pensantem libras IX; habet in medio hominem et mulierem et ad pedes eorum corcodrillum. Item salariolam parvam cruciculam pensantem uncias IX. Item suppostorium anacleum pensantem libram I et semi. Cocleares XII pensantes libras III et uncias II. Item cocleares XII pensantes libras II et uncias IX. Item cocleares XII pensantes libras III; habent caudas scriptas. Item ichinarios columnellatos III; pensat unusquisque libram I. Item ichinarium unum pensantem libram I et unciam I. Item cancellum pensantem libram I et unciam I. Item urceum anacleum pensantem libras III, et habet ansam prunellatam et in medio caput hominis. Agmanilis pensat libras II et uncias IX; habet in medio rotam liliatam et in cauda caput hominis. Item recetarium deauratum pensantem libras II et semi; habet deforis cavaturas. Item alium recentarium pensantem libram I et uncias IX; habet in medio listellam et feras. Item schinonem pensantem libram I; habet caudam nigellatam. Item colatorium pensantem uncias II. Sunt in summa libras CCCCXX, uncias VII....

Præterea basilicæ domini Germani ubi corpus suum sepeliri decreverat hæc dona obtulit : missorium argentum qui Thorsomodi nomen scriptum habet; pensat libras XXXVII; habet in se historiam Eneæ cum litteris grecis. Item alium missorium planum pensantem libras XXX. Item baccovicam anacleam pensantem libras XIII; habet in medio leonem cum urso, et in circuitu homuntiones et feras. Item aliam baccovicam pensantem libras IX et semi; habet hominem et mulierem, et ad pedes eorum ferusculas. Item scutellam anacleam pensantem libras V et uncias VI; habet in se hominem caballicantem, serpentem in manu tenentem. Item scutellam anacleam pensantem libras III, habet in medio rotelliunculam nigellatam cum fera. Dedit et gabatâs II ab intus liliatas pariles, pensantes libras VIII et uncias II; urceum anacleum pensantem libras IV; habet ansam nigellatam et in medio caput leonis. Agmanilis pensat libras III et uncias IX; habet in medio Neptunum cum tridente. In die vero sepulturæ suæ præcepit isdem præcipuus pontifex cum corpore suo simul deferri basilicæ domini Germani, centum solidos auri purissimi ad suam sepulturam exornandam.

(Ext. du *Gesta Pontif. Autissiod.* M^ss. Bibl. d'Auxerre, imprimé dans Labbe, *nova bibliotheca* m^ss. t. 1).

N° 4 *bis*.

Testament de l'évêque saint Vigile contenant la fondation du monastère de Notre-Dame-la-d'Hors et sa dotation en biens situés dans un grand nombre de lieux (638-683).

Sancta venerabilis basilica domnæ Mariæ genitricis Domini..... quam opere meo in suburbio murus (1) civitatis de Althsiodero visi fuimus construxisse ...... vel monachis ibidem deservientibus, ego Vigilius peccator, inspiratione divina...... hoc oportuit et congruit pontificale ordine prævidere adsensum, unde religionis nomen adcrescat in melius, et sanctorum loca veneratione condigna Christo Domino inspirante. Ideoque dono ipsius basilicæ sanctæ Mariæ, in alimonia pauperum ibidem residentium, donatumve post diem obitus mei in perpetuum esse volo, hoc est vineas illas ubi ipsa basilica est constructa (cui subjungunt ab uno latus strada publica, qui de porta Parisiaca ad Senones pergit; et ab alio latus strada publica, qui de ipsa porta parisiaca ad Broile vadit; et de superiori fronte subjungunt vineas midranicas; inde juxta vineas ad heredes Attone quondam usque ad vineas domni Germani; et inde ad strata superius nominata, qui ad Sanctum Simeonem vadit, quicquid ibidem undique ad me pervenit, vel præsentaliter teneri videtur cum mancipiis, quos ibidem stabilivi, omnia ex omnibus adintegrum. Ideoque dono ipsius basilicæ areas infra murus ipsius civitatis, quas cum illustre viro Helchileno commutavi; ideoque et alias areas foras murus civitatis ipsius, juxta portam superius dictam ipso muro adherente, quas de Lupono abate dato precio comparavi. Simile modo portionem meam ...... Bercuiaco, quæ de alode vel undecumque ibidem ad me noscitur pervenisse, aut pæsentaliter tenere videor, una cum prata super fluvio Belchæ ex ipso agro Bercuiacense, quem genitores mei tenuerunt, qui adheret de uno latus et ambos frontes ad fines Patriniacense per fontanam quæ vocatur Dianna, qualiter ab ipsa basilica præsentaliter tenere videor, una cum colonica quam Quentilla condam super fluviolo Belcha tenuit;

(1) On remarquera la latinité de cette pièce qui est très-défectueuse, ce qui prouve en faveur de son authenticité. On sait qu'au VIIe siècle les actes étaient rédigés dans le style le plus barbare. Dom Viole de qui elle est tirée annonce dans son m^s qu'il l'a transcrite de l'original existant à l'abbaye Saint-Marien.

omnia et ex omnibus ad integrum. Idemque dono ipsius basilicæ terram portionis meæ in villa Cauliaca super fluvio Igauna, quantumcumque genitores mei ibi tenuerunt, vel insuper ad me noscitur pervenisse, cum mansis, hedificiis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium vero utriusque sexus. Pari modo Pauliaco villa, sita in pago Autissioderinse proprietatis meæ super fluvio Ligeris, cum hedificiis, vineis, silvis, pratis, campis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus. Simili modo ipsius basilicæ terram quæ conjacet in villa quæ vocatur Flivenasam, cingas IIII. Pari modo relinquo ipsius basilicæ terrolam portionis meæ quæ conjacet ad Jarricas super fluvio Belchæ, mansum unum. Et rursum do ipsius basilicæ villam proprietatis meæ quæ nuncupatur Busciaco, super fluvio Belchæ, mansis, silvis, pratis, acolabus, cultis et incultis, peculium utriusque sexus. Itemque in pago Senonico, in villa Bonorto quæ est sita super fluvio Icaunæ, quam permultam pecuniam dando in proprietate recepi, mansos VII cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vineis, pascuis, silvis, pratis, cultis et incultis, servos et ancillas, omnia et ex omnibus ad integrum dono in eleemosyna pauperum ibidem deservientium. Simili modo in pago Tornotrinse portiones meas in villa Flauniaco, quam de inlustro viro Hlchinelo et germanam meam Frautilde visus sum recipisse, cum servos et ancillas, et hedificiis, acolabus, vineis, mancipiis, silvis, pratis, campis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus earum, omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter portionem meam in ipso pago, in villa Cassiaco, quam Dolena femina et filius suus Ado mihi vendiderunt, cum mansis, servos et ancillas, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, omnia et ex omnibus ad integrum...... Item do ipsius basilicæ domnæ Mariæ in pago Senonico et Tornotrinse, in villas cognominatis Treviciaco, Melarione, Cadugio, Imantia, integra medietate, de quibus Asper quondam ibidem tenuit, quod germano suo condam abate Gregorio pacto ivi, quantum de ipso pacto de ipsa facultate in quibuslibet rebus atque corporibus suprascripta loca ad me pervenit, servos quoque et ancillas, cum mansis, hedeficiis, acolabus, vineis, mancipiis, qui a me libertinitatis non promeruerunt, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus earum, omnia et ex omnibus ad integrum. Pari modo libenter præfatæ basilicæ sanctæ Mariæ terrolam portionis meæ in agro Tresoginse et ante Maiacense sitos in pago Autissioderinse, simulque portiones meas in agro Matiriacense et Solemniacense sitos in pago Tornoterinse, quod infra scripta loca Diddo quondam episcopus vel filii sui Claudius et Germanus suus Warferius, visi fuerunt tenuisse, cum servis manentibus, et ancillas, mancipiis, hedificiis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus, munere donorum fuit concessa, quantumcumque mihi superscripta loca tenere videor, omnia et ex omnibus in quibuslibet rebus ad integrum. Idemque colonia Potiolus, quem de hæredibus Helegio quondam visus sum recipisse, una cum colonica Ferrarias, cum mansis, hedificiis, acolabus, servos et ancillas, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, quantumque presenti tempore possidetur, omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter agello proprietatis meæ, villa Donato, una cum portionis in villa Tresovio, quod ibidem habere videor. Pari modo villa Dulcio quæ conjacet juxta fines Intranimse, et permanet inter has præfatas villas, hoc est inter Intranimse et villa Dulcia, et villa Donata et Tresovio, mansi VIII (1) et dimidius, quos amica mea Fotildis mihi post suo discessu visa est dedisse, cum servis et ancillis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, accessisque omnibus, cum pecudibus utriusque sexus, qualiter amica mea hoc usitario ordine possidere videtur, vel dies transitus sui derelinquerit post discessum ipsius, ad ipsam basilicam in integritate debeat pervenire idemque portiones meas in villas; Patriciniaco..... Hispatio, Britaniola, una cum portionis in agro Domiciacense in villa Mirisela, et mansionis Arigisillo, quantumcumque mihi ibidem justissime vel presentaliter teneri videor, mea voluntate prædictæ basilicæ relinquo,

(1) L'original portait l'épisème BAV, suivi de deux II d'après la copie de Dom Viole, Bibl. d'Auxerre, ms n. 127.

omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter portionem meam in villa Scubiliaco, quam Ranesindus et uxor sua Arthemica possidere videntur, et mihi dederunt, et hoc usuri ordine possidere videntur, omnia et ex omnibus, qualiter transitus eorum in quibuslibet rebus atque corporibus derelinquerunt ad integrum. Simulque portiones meas in villas Saciago et Casido, quantumcumque genitores mihi visi fuerunt tenuisse, una cum portione in colonica Quaciaria, quem cum germana mea Avolana commutavi. Quod per testamentum genitricis mei ad ipsam pervenit, cum mansis, hedificiis, servos et ancillas, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumque discursibus, pecora utriusque sexus, omnia et ex omnibus in quibuslibet rebus, atque corporibus, consentiente ipsa, hoc ipsa basilica ad integrum recipere debeat. Et insuper do quemdam rusticum, Wulbertanum nomine, et infantes suos Wascono et Magnetrude, cum ingente multitudine parentum. Pari modo portione mea in villa Compasciago, quem de Hebercapto ibidem habere videor, cum omnibus appendiciis, cum pecudibus utriusque sexus, omnia et ex omnibus in quibuslibet rebus atque corporibus, ad integrum. Præterea meum agellum qui vocatur Lanovilla, quem de Ebroaldo abate vel heredibus suis et Longocampo, quem de Leoberto vel heredibus suis quondam recepi. Itemque in Lanosico meam portionem quam de Nestorio vel heredibus suis quondam recepi; et illam portionem in quemdam montem Compesciago, quem de Odgisilo commutavi, cum mansis, ædificiis, habitatoribus, servos et ancillas, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, cum pecudibus utriusque sexus, omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter do Adunam Capam villam et Leodebaro meas portiones, quas de Sperio et Domnoleno presbytero habere videor, et illam terram quam de Ebolena ibidem comparavi et Escalittas villa quam genitores mei tenuerunt, et Cardonaretas quæ conjacent ante Sanctum-Ferreolum, cum mansis, hedificiis, acolabus, servos et ancillas, campis, pratis, silvis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, omnia et ex omnibus ad integrum. Deinde relinquo Leugam villam, quæ est super fluvium Lupam, cum habitatoribus, mansis, hedificiis et omnia convenientia, nisi vineas, ad integrum. Pari modo in Odonam villam mansos quos præsentialiter habere videor, et in Catellis unum mansum, et Oscello villam totam cum mansis, hedificiis, servos et ancillas, vineis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, silvis, aquis, omnia et ex omnibus ad integrum.

(Publié dans les Annales Bénéd., t. I.)

N° 3.

NÉCROLOGE OU OBITUAIRE

DE LA CATHÉDRALE D'AUXERRE, DANS LEQUEL SONT LES NOMS ET LES DONATIONS DES MORTS DEPUIS LE VIII[e] SIÈCLE JUSQU'AU COMMENCEMENT DU XI[e] QUI EST LE TEMPS AUQUEL IL FUT ÉCRIT (*a*).

(Cod. Colbert, 1966; Biblioth. nationale n[os] 5253 et 894, ancien fonds latin.)

On marquera par des guillemets les additions faites à cet Obituaire durant le cours du onzième et du douzième siècles; les plus nouvelles, dans ce dernier siècle, seront renfermées, en outre, entre deux crochets.

Si quelques additions en certains jours se trouvent ici placées avant le texte ancien, c'est à cause que dans l'original les écrivains les ont insérées dans les entrelignes du Martyrologe et du Nécrologe; au reste, il n'y a dans ces additions aucun mort qui paraisse postérieur à l'an 1151; ce qui désigne qu'on cessa de se servir de ce volume vers l'an 1160 ou 1170 (*b*).

(*a*) La date de la majeure et plus ancienne partie de ce manuscrit est l'an 1007, selon ce qu'on lit à la suite d'un cycle pascal qui est à la fin. (*N. d. E.*)

(*b*) Nous avons collationné ce document imprimé sur l'original qui est à la Bibliothèque nationale, et nous nous sommes assuré qu'il y avait un grand nombre d'omissions presque

Comme Dom Martène n'a donné ce Nécrologe qu'imparfaitement dans le VI[e] tome de sa grande collection, j'ai cru devoir le faire reparaître ici après l'avoir exactement conféré avec l'original; j'omettrai plusieurs jours où il n'y a point de morts.

JANUARIUS.

1. Obiit Robertus levita et canonicus.

2. Obiit Bajo sacerdos. Item obiit Girbertus succentor, levita et canonicus, et Rotbertus subdiaconus et canonicus.

3. Obiit Gissebertus episcopus, et Ablenus archidiaconus, et Gaudo levita.

4. Anseysi nobis obitum prænuntio, fratres, spiritui cujus subveniat Dominus : et Angelarii levitæ qui dedit fratribus inter Scolivam et Colonicas et Stabulas, de vineis arpennos quator.

« Eodem die Benedictus decanus hujus » ecclesiæ, factus monachus, obiit.»

5. Ipsa die Leotmarus subdiaconus et Witicus sacerdos obierunt.

Eodem die Vangerinus levita obiit.

« Item obiit Ebrardus subdiaconus et » canonicus qui datis in claustrum faciendum centum solidis, dedit etiam domum » suam canonicis et vineas, hoc pacto ut » fratres sui anniversarium ejus diem inde » facerent, et canonicis refectionem per» solverent. Quod si facere recusarent, et » canonici domum et vineas sibi acciperent, » et anniversarium idem cum eleemosynis » et refectione celebrarent. »

(**) Autissiodero translatio s. Germani confessoris.

6. Obiit dominus Wido hujus sanctæ ecclesiæ præsul. Ipsa die Wadricus miles de Varziaco obiit.

7. . . . Cantor obiit.

8. Obiit Anstasius Senonum archiepiscopus.

10. Obiit Hictarius sacerdos et archidiaconus. Obiit Girbertus sacerdos. Ipsa die Leotardus sacerdos atque decanus Senonum obiit. Item Frotmundus miles S. Stephani obiit.

11. Obiit Alagus magister.

12. Obiit Saivardus sacerdos.

13. Obiit Benedictus diaconus. Item Elmengaldus sacerdos obiit. Ipso die Rainaldus Æduensis episcopus ab hoc sæculo est translatus.

14. Ordinatio Geranni episcopi qui dedit fratribus in comitatu Laticensi Gaiacum cum omnibus appendiciis suis, vineam quoque quæ est in suburbio civitatis, quæ dicitur *Cerseredus* quam qui habuerit per chartam, det fratribus vini modium unum ad minorem mensuram. Eodem die Rotdulphus rex obiit.

Ipsa die Tetardus miles ab inimicis interfectus est, et Frotmundus sacerdos.

Item ipsa die obiit Heldricus abbas S.-Germani.

15. « Obiit Harduinus hujus ecclesiæ ca» nonicus. »

16. Obiit Arnaldus diaconus et magister. Item obiit Gyla bonæ memoriæ femina, Deoque sacrata.

« Eodem die obiit Gaufridus hujus ec» clesiæ canonicus et decanus. »

17. Obiit Guarimbaldus levita.

Eodem die Gurardus obiit hujus ecclesiæ canonicus et præpositus S.-Mariæ.

[« Item obiit Vauterius levita et cano» nicus qui dedit ad officium altaris S. Ste» phani vestimenta sacerdotalia, et librum » necessarium ad missam celebrandam, et » fratribus dedit duos molendinos apud » Villam - Novam, domum, viridarium, » vineam ad sui memoriam faciendam et » exibeat refectio. »]

18. Obiit Gislaudus presbyter qui cum fratre suo Fredeberto diacono et Umberto laico dederunt fratribus mansum suum cum omnibus appenditiis suis, de vineis arpentos viij. de terris ancingas vj. qui est situs in pago Senonico in villa Caciaco ad refectionem canonicis celebrandam.

Commemoratio Gaufredi et uxoris ejus Heldiadæ pro quorum absolutione et sanctæ Mariæ veneratione, Ricco filius eorum vineam dedit, de qua fratribus dedicationis ipsius Virginis die daretur pro tempore refectio.

Obiit Eribertus diaconus.

19. Obiit Airricus levita.

« Eodem die Frodo levita et canonicus

toutes relatives aux dépositions ou translations des saints de l'Auxerrois. Nous n'avons pu nous expliquer ce fait singulier qui est en contradiction avec l'observation de l'abbé Lebeuf, qui déclare avoir conféré la copie avec l'original. De plus, dans le cours de son histoire des évêques, il renvoie plusieurs fois aux endroits du manuscrit qui manquent justement dans la copie qu'il en a donnée (V. *Vie de saint Amatre*, t. I, p. 26; *Vie de saint Vigile*, p. 144, etc.) Cependant le fait de l'omission n'en subsiste pas moins. Nous marquerons les points principaux rétablis par deux astérisques (**). (*N. d. E.*)

» obiit, qui pro salute animæ suæ fecit huic » ecclesiæ columbam auro mundo deaura- » tam cum corona et catenis argenteis desu- » per altare pendentem, ad corpus Domini » nostri Jesu Christi conservandum.»

[« Item obiit Rodulfus sacerdos et cano- » nicus, qui ob remissionem peccatorum » dedit ecclesiæ calicem argenteum, missale » librum optimum et sacerdotale indu- » mentum.]

» Eodem die Willelmus canonicus et le- » vita obiit, qui pro remedio animæ suæ ad » bibliothecam faciendam de nummis suis » libras quatuor dedit. »

20. Obiit Godofredus sacerdos.

21. Obiit Fredegisus sacerdos.

Ipsa die Joannes humilis episcopus migravit ad Dominum, vixitque in episcopatu ann. 1. menses xj. dies totidem.

22. Obiit Rodoardus clericus et Evus levita et Magenardus sacerdos.

23. Obiit Folcarius presbyter et Olfridus presbyter, et Hosbertus juvenis miles. Fideliumque commemoratio omnium defunctorum.

24. Obiit Ragembaldus sacerdos et cantor.

25. Obiit Fulco levita.

26. » Obiit Heribertus episcopus et » postea monachus. »

[«Eodem die Willencus canonicus obiit.»]

27. Obiit Heribaldus levita qui dedit fratribus de prædio suo mansum et dimidium in Senonico, in villa quæ dicitur Liviniacus, cum mancipiis et omnibus adjacentiis et quinque arpennos de vinea in villa Pauliaco.

Hubertus diaconus obiit, et Adoynus sacerdos et decanus.

[« Obiit Atto sacerdos et canonicus hujus » ecclesiæ succentor egregius, qui omnibus » quæ habebat in eleemosynam datis cum » servis, vineis et rebus aliis, ecclesiam » honestavit libris suis. »]

(**) In Tornodorensi Reomagio monasterio, transitus viri apostolici doctoris eximii Johannis summi confessoris.

28. Obiit Moyses subdiaconus et Carolus imperator. Gothlindis deo sacrata.

Eodem die obiit Milo levita.

29.

30. Obiit Raginardus et Warimbertus levita.

Ipso die Benedictus sacerdos et Odolricus levita, et Gotfredus levita.

Obiit Golbertus levita et canonicus.

Eodem die Lambertus levita et canonicus obiit.

31. Obiit Gauterius miles.

FEBRUARIUS.

1. Obiit Eudo sacerdos et concentor.

Ipso die Gauchicus levita obiit.

2. Obiit Norgaudus acolytus.

Ipso die obiit Gozfridus levita et canonicus, qui dedit fratribus alodum suum in villa Gurgiaco.

3. Obiit Angilelmus subdiaconus.

4. Obiit Emmena deo sacrata.

5. Obiit Bovo sacerdos, qui dedit fratribus alodium suum super Belcam in villa Camiriaco et Garricas pro sui memoria facienda.

Eodem die obiit Gislebertus sacerdos atque decanus, postea, monachus effectus, et Raginardus sacerdos atque canonicus obiit.

6. Obiit Arardus levita gladio morte.....

« Obiit Wido S. Stephani miles. »

7. Obiit Fulcherius laicus qui dedit fratribus in Montiniaco villa arpennos duos inter pratum et viridiarium, non longe ab Autissiodoro civitate.

8. Obiit Girbertus subdiaconus. Ipso die Berardus acolytus obiit. Item Norgaudus acolytus obiit, « et Rodulfus levita. »

9. Eodem die Viventius levita ab inimicis interfectus est.

Ipsa die Acherea obiit, pro cujus anima absolutione Aduinus filius ejus, annuente uxore sua cum infantibus suis dedit fratribus quemdam servulum nomine Girbertum.

10. Obiit Archenraus levita qui suum conquestum dedit fratribus. Eodem die obiit Richardus miles. Item Aganus obiit.

11. Obiit Aldoenus sacerdos qui dedit fratribus patrimonium suum in Valeria villa.

Ipso die Ragenaldus sacerdos obiit.

12. Obiit Girbaldus acolytus.

«Eodem die obiit Rotbertus hujus ecclesiæ episcopus qui annuale beneficium pro defuncto canonico instituit, et molendinum subtus murum ab Atone acquisitum, fratribus hujus ecclesiæ concessit, et sauvamentum duplex a Pulvereno removit. »

13. Obiit Aaron episcopus.

14. Obiit Leotarius presbyter et Stephanus sacerdos, necnon et Petrus bonæ indolis puer.

15.

16. Obiit Odolbertus levita. Eodem die obiit Eriveus sacerdos.

17. Obiit Norgaudus clericus.

« Eodem die obiit Seguinus miles qui » dedit canonicis hujus ecclesiæ xviij. de- » narios in censiva. »

18. Obiit Walterius Aurelianensis episcopus, et Teudbertus sacerdos.

« Ipso die obiit Robertus sacerdos et ca- » nonicus atque decanus S. Petri. »

19. Obiit Acbertus diaconus et Odo acolythus et Fromundus laicus.

« Obiit Robertus miles. »
20. Obiit Icherannus et Frodo clericus. Eodem die obiit Ermenbertus sacerdos et præpositus, qui dedit fratribus alodum in Antonno villa quem comparavit de Rageberto.
21. Obiit Hunbaldus clericus.
« Eodem die obiit Hunaldus archipres-
» byter et canonicus. Item Goffridus cano-
» nicus S. Stephani et canonicus S. Petri
» obiit. »
22.
23. Obiit Atto diaconus. Ipso die Otto Burgundiæ Marchio obiit D.CCCC.LXIII. incarnationis dominicæ.
[» Item obiit Obertus miles. »]
24. Obiit domnus Betto episcopus qui dedit fratribus Vendosam ecclesiam et Ratonnacum villam et in Carbuiaco mansum unum, ad exibendam refectionem et commune obsequium.
25.
26. Obiit Hervieus subdiaconus.
27. Obiit Isembaldus presbyter. « Eodem die obiit Bernuinus canonicus. »
28.

MARTIUS.

1. Obiit Actaldus sacerdos qui dedit hospitali fratrum suorum in villa Grati mansum cum vinea adhærente.
Eodem die Rotfridus decanus viam universæ carnis est ingressus.
Guadilo archidiaconus obiit eodem die, qui dedit fratribus alodum suum in loco qui dicitur Vallis, cum vineis et silvis et mancipiis. Ipso die Enricus subdiaconus interfectus est. « Item Valdericus prepositus
» corpus terræ, beatum Christo tradidit
» spiritum. »
2. Obiit Robertus levita et Bernelmus sacerdos.
3. (**) Autessiodero natalis S. Camillæ virginis.
Obiit Gauzserius sacerdos et Bertrannus subdiaconus. « Eodem die obiit Lisiardus
» diaconus et canonicus. »
[« Obiit Johannes sacerdos et canonicus
» sancti Stephani, qni confratribus suis
» ad sui memoriam recolendam lx. solidos
» dedit. »]
4. Obiit Wiglelmus laïcus.
5. Obiit Walo Trecassinæ eccl. episc. (1).
Eodem die ordinatio D. Hugonis episc. qui dedit fratribus in die ordinationis suæ altare Billiacensis ecclesiæ.
6. [« Obiit Arcoidus sacerdos et cano-
» nicus hujus ecclesiæ. »]

(1) *Vibebat* 972.

8. Obiit Walterius sacerdos.
[« Eodem die defunctorum commemo-
» ratio monachorum monasterii de Cari-
» tate solemniter, quod et ipsi pro defunc-
» tis nostris celebrant. »]
9. Obiit Vuola episcopus pro cujus memoria facienda Ansergisus germanus ejus episcopus duos mansos cum regali et episcopali consensu Fratribus dilargitus est; et in administratione luminis divini altaris ecclesiæ S. Stephani in Piscatiolo villa mansum unum.
10. (**) Autissiodero natalis S. Vigilii episcopi et martyris (*a*).
11. Obiit Ermenfredus presbyter et Claudius Sacerdos et Ablenus Levita.
[« Ipso die Aganus Decanus Sancti-Ste-
» phani obiit.]
12. Obiit Adalgarius diaconus qui dedit Fratribus de vineis arpennos vj. in circuitu Gratiaci ad sui memoriam celebrandam. Eodem die ordinatio Domini Bettonis episcopi.
13. Obiit Georgius monachus.
14. Obiit Bernardus presbyter et Arduinus nostræ congregationis canonicus.
15. Obiit eodem die Adhelemus Sacerdos et concentor.
« Eodem die obiit Odo miles qui apud
» Crevenum villam alodum suum canoni-
» cis dedit. »
17. Obiit Ingelbertus levita, « et Leo-
» thoricus levita et canonicus. »
18. Obiit Gausaldus levita et Walcharius sacerdos et decanus. Ipso die Ragembaldus sacerdos obiit. Eodem die Salomon levita obiit.
19. Obiit Arulfus diaconus.
« Eodem die obiit Rodulfus sacerdos et
» canonicus. »
20. Obiit Adoardus presbyter et Aroildis Deo devota, qui dedit fratribus in villari Tornetrensi et Marolio optimum allodum cum capella, pro sui memoria facienda. Item Ablenus presbyter obiit.
22. Obiit Conradus comes et Magenfredus miles Sancti-Stephani.
« Eodem die obiit Theodericus canoni-
» cus et sacerdos, qui dedit domum suam
» et vineas, quidquid etiam proprietatis
» habere videbatur ad hospitale pauperum
» pro obtinenda venia delictorum suorum. »
23. Gislarus archidiaconus obiit, qui dedit fratribus omne prædium suum quod in Melundis et in circuitu ipsius habere visus est, ad memoriam sui faciendam. Eodem die Willelmus laicus obiit, qui dedit inter

(*a*) Voir p. 140, I, où Lebeuf dit qu'il était probablement de l'Auxerrois. (*N. d. E.*)

fratres et altare S. Stephani omne patrimonium suum in Senonico, in villa Conflente.

[« Eodem die obiit Andreas miles et » Hugo laicus et Emelina uxor ejus. »]

24. « Obiit Ursus canonicus. »

25. Obiit Ragenardus canonicus.

« Item obiit Ilduinus Senonensis archi» diaconus, hujus ecclesiæ canonicus. »

26. Obiit Aya Sanctæ-Mariæ ancilla.

[« Eodem die obiit Anastasia mater do» mini Acardi presbyteri, quæ dedit cano» nicis Sancti-Stephani protomartyris » quandam vineam optimam, hoc pacto ut » qui matutinis horis insisterent, vinum » dum duraret, biberent. Canonici autem » qui erant in capitulo hoc concesserunt. »]

28. Obiit Girbertus sacerdos et Ansellus juvenis miles Sancti-Stephani. Item obiit Gondrada Deo sacrata, et Rodulfus laicus.

29. Ordinatio domni Waldrici episcopi. Ipsa die obiit Dodo miles Sancti-Stephani.

30. Obiit Eribertus diaconus, et Beraldus vicarius et postea monachus.

[« Eodem die Guido puer et canonicus » obiit (1). »]

31. Obiit Alericus acolytus et Ermengardis fœmina.

[« Ipsa die obiit Belinus levita et canoni» cus vir honestæ vitæ, qui canonicis Sancti» Stephani ad emendos redditus mille soli» dos dedit, de quibus communis refectio » exhibeatur. »]

APRILIS.

1. « Obiit Henricus sacerdos et cano» nicus. »

[« Eodem die obiit Guido canonicus, et » Edissa archidiaconus. »]

2. Obiit Arnaldus sacerdos et Gauzselmus levita.

3. Obiit Isembardus levita et Adhelardus sacerdos, et Abbo hujus ecclesiæ miles et Aaron laicus.

4. Ipsa die obiit Leotericus vicecomes, hujus ecclesiæ vexillarius.

[« Item Rainaldus sacerdos et canonicus » obiit. Eodem die Azo levita et canonicus » obiit. »]

5. Ordinatio domni Heriboldi episcopi. Item ipsa die Ingelvinnus miles obiit.

6. Obierunt Remigius et Warimbertus episcopi. Item Isemberga migravit ab hac vita.

« Eodem die obiit Gaufridus archidia» conus et abbas Sancti-Eusebii. Item » Reimbaldus sacerdos et canonicus obiit. »

7. Obiit Joannes levita et abbas Sancti-Eusebii, adhuc juvenis, prudentia litterarum imbutus et bonitate decorus. Ipsa die obiit Adila religiosa femina.

« Item Odelina migravit ab hac vita. »

8. Obiit Beraldus sacerdos et concentor.

[« Obiit Landricus. Eodem die obiit » Stephanus canonicus et pictor. »]

9. Obiit Girelmus diaconus et Suavis subdiaconus in litteris multum deditus.

« Eodem die Regina uxor Guiberti (1) » obiit : cujus assensu et precibus iisdem » Guibertus ecclesiam Sancti-Stephani ca» nonicis in Acolaio villa dedit. »

10. Obiit Waningus qui dedit fratribus suum mansum indominicatum cum optima vinea et viridario adherente, in loco qui dicitur Mausiacus, ad sui memoriam celebrandam.

Eodem die Hludovicus Rex obiit (2).

12. (**) Autissiodero beati Tetrici episcopi et martyris (depositio).

[« Eodem die Guillelmus subdiaconus » et canonicus feliciter emisit spiritum, » qui pro delictorum suorum remissione » domum suam et vineam canonicis de» dit. »]

13. Eodem die obiit Frodo subdiaconus.

14. Ordinatio domni Richardi præsulis. Ipsa die obiit Osbertus miles Sancti-Stephani.

15. Obiit Lambertus sacerdos,

« Et Willelmus canonicus et sacerdos.

16. Obierunt Godalgarius presbyter et Augustus sacerdos qui dedit fratribus alodium suum maisilinæ cum vinea adjacente, in villa quæ dicitur Loconiacus, ad sui memoriàm recolendam. Item Atto laicus viam universæ carnis ingressus est.

17. « Victoria comitis (3). »

Obiit Petrus diaconus qui dedit fratribus in pago Senonico, in villa quæ dicitur Rivisiacus, et in pago Autissioderense, in villa quæ dicitur Poziacus, omnia propria sua quæcumque visus est habere cum masinilis et terris et vineis, ad sui memoriam recolendam. Eodem die Adoardus levita obiit. Ipso die David levita et præpositus migravit ab hac vita. Item Johannes levita et abbas humilis ab hoc sæculo migravit ad clementiam Christi. Obiit Ricardus miles.

(1) Le Nécrologe de Reims a aussi des enfants : *sic odo puer et canonicus filius Loharii Regis. Tom. 1, Annal. Bened. ad. ann.* 986, *p.* 32.

(1) *Guibertus illa dynasta erat Castri-Censorii, ex actis Humbaudi et infra* 16 *septembris.*

(2) C'est Louis-le-Begue surement qui mourut le 10 avril 879, à Compiègne, jour du vendredi saint.

(3) *Forte Richardi ducis Burgundia in Normanos in agro Nivern. prœliante cum eo Gerrano episcopo, c.* 910, *aut recentioris.*

19. Obiit Manoardus presbyter et Ersindis vidua, Deo sacrata, quæ dedit fratribus pro Agini quondam sui mariti atque animæ suæ absolutione, in pago Senonico in villa Caciaco clausum vineæ habentem arpennos quatuor, et ad Sanctum-Priscum inter monachos et fratres vineolas quas ibi habebat. Eodem die obiit Gotfridus subdiaconus et canonicus. Item Stephanus miles obiit.

« Obiit Johannes levita et canonicus. »

20. Obiit Isembertus sacerdos et Iselaldus levita.

21. Obiit domnus Gualdricus episcopus. Eodem die Fulcherus levita obiit.

« Obiit Hugo nobilissimus miles Sancti-» Stephani qui dedit fratribus Acolacum » villam cum appenditiis suis, annuente » Goffrido episcopo suo seniori, ad sui me-» moriam recolendam. »

22. Obiit Lando sacerdos et canonicus. Obiit Adalbertus laicus. Eodem die Helya uxor Rotberti ducis, mundo plangente, cœlo plaudente, ultimum exhalavit spiritum.

[« Ipsa die Elizabeth uxor Josberti mi-» litis obiit, cujus assensu et precibus is-» dem Josbertus nemus quoddam et ol-» quam unam non longe ab Acolaco villa, » canonicis Sancti-Stephani dedit ad sui » memoriam faciendam. »]

23. Obiit Rotbertus presbyter, et Petrus sacerdos.

[« Eodem die obiit Gwilencus miles. »]

24. [« Obiit Anselmus levita et canoni-» cus, in divinis scripturis magister egre-» gius, qui pro salute animæ suæ vineam » quam habebat in Monte-Defenso cano-» nicis dedit. »]

25. Obiit domnus Eribaldus episcopus qui dedit ad vestimenta fratrum emenda Condidam villam cum suis appendiciis, et abbatiolam S. Remigii cum vineis, Corticano videlicet et plantis, et ad stipendia ipsorum dimidium Maximiacum, hoc est mansos XXI.

[« Eodem die obiit Lambertus sacerdos » qui...... decessit...... Romam pro-» fecturus... Christo annuente, præsen-» tem hanc finivit vitam. »]

26. Obiit Berengerius subdiaconus et Albertus clericus..... Item Vitalis levita et canonicus obiit.

27. Eodem die Grimoardus sacerdos et Girardus sacerdos translati sunt a mundo. Ipso die Anastasius levita obiit, et Robertus laicus ab hac vita migravit.

[« Item obiit Lanbertus hujus ecclesiæ » canonicus et sacrista, qui ad sui memo-» riam recolendam dedit huic ecclesiæ ba-» cinos duos argenteos, turibulum argen-» teum, de pallio capam et duo candela-» bra, et duo tapetia. Canonicis autem » dedit centum solidos et furnum quem » apud Crevennum fecit, et quicquid do-» morum vel aliorum ædificiorum tam » apud Crevennum quam apud Acolacum » habuit. »]

28. Obiit Stephanus laicus qui dedit prædium suum, quod in Loconiaco villa acquisivit de Georgio presbytero, fratribus Sancti-Stephani ad sui memoriam agendam post obitum uxoris suæ Ingelsindis. Ipso die Rotrudis fœmina obiit, filiique ejus Wifredus et Artradus.

29. Eodem die Arglulfus sacerdos atque decanus, divinorumque erogator verborum ab hac luce migravit, canonicis Sancti-Stephani tribuens tres arpennos vineæ sui prædii in Garricis villa. Eodem die obiit Goslincus subdiaconus et canonicus Sancti-Mammetis. Item Beraldus sacerdos atque archipresbyter obiit.

30. Obiit Guarimbaldus levita et Odlannus levita et Nivelon miles. Eodem die Winebaldus presbyter obiit, qui canonicus Sancti-Mammetis fuit. Ipso die obiit Constantinus subdiaconus et canonicus.

« Item Hugo hujus ecclesiæ canonicus » et decanus obiit. »

MAIUS.

1. (**) Depositio sanctissimi Amatoris episcopi et præcipui confessoris Christi.

2. Obiit Remigius monachus et egregius doctor.

« Eodem die obiit Norgaudus (1) Æduen-» sis episcopus, hujus ecclesiæ canonicus, » qui per mannm Humbaldi episcopi ec-» clesiæ nostræ dedit pretii librarum de-» cem ex pallio cappam optimam et quin-» que marchas argenti purissimi ad men-» sam altaris ornandam, et duo super altare » operimenta mirabiliter et operose ope-» rata »

3. (**) Autissiodero Eusebii presbyteri et Aviti diaconi.—Obiit Willelmus sacerdos. Eodem die obiit Ermentrudis fœmina quæ dedit fratribus de vinea arpennum unum qui conjacet in Fontenedo villa et in prato Parsiaco, de vinea quantum ibi habere videbatur.

Obiit Warinus archipresbyter et canonicus.

4. Obiit Cosmas sacerdos. Eodem die Girbertus levita et præceptor et abbas Sancti-Eusebii corpus tumulo, animamque reddidit Christo. « Obiit Walterius levita » canonicus S. Mariæ præpositus. »

(1) *Electus* 1098. *ex Hug. Flaviniacensi.*

5. (**) Autissiodero passio S. Viviani lectoris (*a*).

Obiit Ragembaldus levita.

« Eodem die obiit Frodo archipresbyter » et canonicus bene litteris eruditus (1). »

« Item Johannes laicus obiit. »

6. (**) Autissiodero depositio sanctorum Valerii et Valeriani episcoporum et confessorum.

Obiit Calo canonicus S. Stephani.

« Mediolano eodem die ordinatio D. » Humbaldi episcopi, et obitus magistri » Guidonis canonici Santi-Stephani et ar- » chiclavi qui dedit ecclesiæ nostræ ex li- » bris suis passionales duos, antiphona- » rium, graduale, hymnarium et psalterium » obtimum. »

[« Eodem die obiit Landricus subdiaco- » nus et canonicus. »]

7. [« Ipso die Ilgerius hujus ecclesiæ » venerabilis præpositus, speculum et » forma clericorum, tandem monachalem » suscipiens habitum, mortem perdidit et » vitam invenit. Hic autem, ut in anniver- » sario Humbaldi episcopi avunculi sui » fratribus refectio exhiberetur, molendi- » num quod apud Aglignìacum de suo » proprio fecit, huic ecclesiæ donavit, mul- » tis etiam ornamentis ecclesiam istam » decoravit sacerdotalibus, scilicet ves- » timentis et diaconorum et subdiaco- » norum. Dedit etiam calicem argen- » teum, canulas argenteas et cappam de » pallio optimo, missale et breviarium et » multos alios libros. Inter etiam multa » beneficia quæ huic ecclesiæ fecit, dedit » super altare quinque operimenta linea » venerabiliter operata. Portas autem prin- « cipales istius ecclesiæ fecit, in quarum » opératione trecentos solidos dedit, me- » dietatem quoque terræ de Albex quam a » Gaufrido Rufo emit et molendinum quod » ædificavit in villa quæ dicitur Molins ad » refectionem in die anniversariii sui sin- » gulis annis fratribus exhibendan dona- » vit. »]

[« Eodem die obiit Hugo Nivernensis » Ep. hujus ecclesiæ canonicus (2). Ipso » die obiit Walcherius presbyter et Ge- » raldus sacerdos. »]

8. Obiit Giraldus levita.

10. Obiit Willelmus sacerdos et canonicus.

11. Obiit Witbertus laicus et Dutinus puer qui dederunt nobis masinile cnm vinea in valle juxta Matriacum. Eodem die Tetvinus laicus innocenter est interemptus. Ipso die obiit Landricus comes.

12. Obierunt Hugo abbas et Wigbaldus episcopus qui dedit fratribus xij mansos in Chichiriaco per præceptum Regis.

Eodem die Hilduinus sacerdos obiit.

Item Hermengardis comitissa obiit.

13. (**) Autissiodero depositio sancti Marcellani episcopi et confessoris.

Obiit Gozfridus almi Stephani canonicus.

14. Obiit Letardus presbyter qui dedit fratribus quæcumque habere visus est in pago Senonico in villa quæ dicitur Bagnetus, et in pago Autissiodorensi in villa quæ dicitur Molendinis, ad sui memoriam recolendam.

15. Obiit Tanquardus levita.

16. (**) Autissiodero vico Baugiaco, passio S. Peregrini episcopi primi civitatis ipsius. Eodem die domnus Rikardus episcopus viam universæ carnis ingressus est. Ipso die Wido sacerdos obiit. [« Eodem » die obiit Fulco S. Amatoris canonicus et » sacerdos, qui pro salute animæ suæ » domum suam petrinam fratribus dedit. » Eodem die obiit Sybilla femina et Dei » ancilla. »]

17. Obiit Ganzelmus sanctæ Lingonensis ecclesiæ episcopus (1).

18. (**) Autissiodero exceptio reliquiarum sanctæ Eugeniæ virginis et martyris.

Obiit Odo levita.

19. Obiit Agnoardus levita.

20. (**) Autissiodero in basilica S. Germani dedicatio subteriarum criptarum et in occidentali parte ejusdem ecclesiæ consecratio oratorii S. Joannis Baptistæ.

« Eodem die Auvalo levita et canoni- » cus. » Obiit Tethildis femina.

21. (**) Autissiodero natalis S. Valis confessoris.

Obiit Ricco sacerdos qui omne alodum suum quod in Montiniaco possederat, cum areis infra civitatem sitis, dedit canonicis S. Stephani pro obtinenda peccatorum suorum remissione, et ut in obitus sui die exhibeatur refectio eisdem fratribus. Eodem die Beraldus sacerdos obiit. Item Salbertus laicus obiit.

22 (**) Autissiodero natalis sanctæ Helenæ virginis, cujus actus præclari in gestis S. Amatoris continentur. Item Autissiodero depositio S. Romani monachi et confessoris, sanctique Benedicti discipuli.

Eodem die Hludovicus juvenis Rex et obiit, Heldradus miles Sancti-Stephani.

(1) *Forte ille qui scripsit vitam Roberti.*

(2) *Nepos Gaufridi episcopi qui eum ibidem præpentum fecerat, obiit circa* 1098.

(3) *Obiit c.* 930, *unctus* 922, *ejus depositio celebris in Benigniaco monasterio, id. maii.*

(*a*) C'est saint Jovinien, lecteur, compagnon de saint Pèlerin. (*N. d. E.*)

23. Obiit Ablenus levita qui dedit canonicis Sancti-Stephani in pago Senonico in villa Juliaco, omne patrimonium suum pro obtinenda peccatorum suorum remissione, et ut in die obitus sui eisdem fratribus optima exhibeatur refectio.

Eodem ipso die obiit Walo sacerdos atque decanus Sancti-Petri.

« Eodem die obiit Salomon canonicus. »

24. [« Obiit Legerius levita et canoni- » cus qui ab Jerosolymis revertendo in » mare sepulturam habuit. »]

25. Obiit Gaurimbertus sacerdos.

26. Obiit Gottesmanus monachus et Otbertus sacerdos. Item Fulco levita obiit.

(**) In territorio Autissioderensi loco Quociaco, passio S. Prisci martyris cum ingenti multitudine.

28. (**) Apud Parisium transitus S. Germani episcopi et confessoris.

Obiit Walo levita et canonicus, postea monachus effectus.

29. Obiit Frotmundus miles Sancti-Stephani, et postea monachus S. Benedicti.

Ipso die interfectus est comes Rainaldus.

30. Obiit Magenarius sacerdos. Eodem die obiit Hugo puer et canonicus Sancti-Stephani.

31. Obiit Oydilo levita.

[« Eodem die obiit Helisabeth femina, » pro cujus anima Obertus miles vir ejus, » Ecclesiæ S. Stephani duas olchas in » Crevenno sitas dedit, ad sui memoriam » recolendam. »]

JUNIUS.

1. Obiit Restaldus laicus.

2. Obiit Erbertus canonicus et puer.

4. Obiit Atto canonicus qui dedit fratribus in pago Autiss. in villa quæ dicitur Poziacus, de vinea in unum continente plus minus arpennos quinque. Ipso die Hugo canonicus puer interfectus est.

[« Eodemque die Stephanus de Casellis » obiit, pro cujus anima Johannes ejus fi- » lius illam partem quam in Casellis ha- » bere videatur, per manum Innocentii » papæ et Willelmi comitis canonicis hu- » jus ecclesiæ domino Deo servientibus » dimisit, et in Nanto villa tres arpennos » de terra arabili, octoque denarios de » censu pro anima matris suæ, prope mu- » rum civitatis, tribuit. »]

5. Obiit Leotardus subdiaconus.

« Eodem die obiit Ascelinus canonicus. »

[« Ipsa die obiit Theobaldus miles. »]

7. Obiit Letericus subdiaconus qui dedit fratribus alodum suum in Adrebleto villa.

8. Obiit Ingeluvinus adolescens et diaconus. Eodem die obiit Petrus subdiaconus et canonicus.

(**) Autissiodero depositio S. Censurii episcopi et confessoris.

9. Obiit Wandelbertus sacerdos.

10. Obiit Angilelmus subdiaconus.

11. Obiit Altasia Deo sacrata.

12. Obiit Constantius sacerdos, et Osmundus Sancti-Stephani canonicus.

14. Obiit Iterius monachus doctor eximius. Eriveus obiit.

15. Obierunt Umbaldus et uxor sua Ingelsindis qui dederunt fratribus in Alnedo villa alodum unum.

Ipso die Rotbertus rex in bello occisus est (1).

16. Obiit Hugo comes (2) et Arduynus sacerdos, « et Hugo sacerdos et canonicus. »

17. Obiit Gotbertus miles Sancti-Stephani.

18. Obiit Adhelardus sacerdos qui dedit pro amore vitæ æternæ in Montiniaco alodum suum canonicis Sancti-Stephani, et in civitate Autissiodero aream in qua degebat.

19. « Obiit Æia mulier bona. »

20. Obiit Hludovicus imperator et Absalon presbyter.

[« Ipsa die obiit Ingrannus et Helisa- » beth uxor ejus, pro quorum memoria » Milo filius eorum dedit canonicis Sancti- » Stephani xij. nummos in censu. »]

21. « Obiit Goscelinus canonicus. »

[« Ipso die obiit Joannes levita et canonicus. »]

22. Obiit Bovo sacerdos.

23. « Obiit Oydilo sacerdos et Johannes » acolytus. Ipsa die Berardus levita » obiit.

24. » Obiit Gelvidis Deo sacrata.

26. » Obiit Leotericus Senonensis archiepiscopus.

27. » Obiit Johannes sacerdos et cano- » nicus qui ad missas celebrandas dedit » pro redemptione animæ suæ vestimenta » sacerdotalia et calicem argenteum, et » fratribus triginta et duos solidos cen- » suales ut eis refectio communis exhibe- » retur. Præterea dedit ecclesiæ domum » suam.

» Item obiit Galo laicus qui omne pa- » trimonium suum quod habebat in pago » Tornetrensi, in Villari villa, pro amore » vitæ æternæ fratribus dedit, ob sui me- » moriam faciendam. »

(1) *In pugna Suessionensi filius Roberti comitis Autiss. frater Odonis regis qui Robertus unctus fuit ab Herveo archiepiscopo Remensi, 921, 24 juii, jacet ad S. Dionysium, Flodoard, l. 4. c. 17.*

(2) *Comes Autiss. et dux Burgundiæ Nigri nomen fortiatas, et frater fuit Rodulphi regis, obiit circa 947, ex Querc. in Hist. Burgundiæ.*

30. [« Eodem die obiit Andreas miles, » Jerosolymis sepultus. »]

JULIUS.

1. Obiit Aregaldus levita. « et Rainardus miles. »

[« Item obiit Johannes levita et cano- » nicus qui dedit ad restaurationem libro- » rum hujus ecclesiæ xl solidos. »]

4. « Obiit Odo canonicus. »

5. Obiit Segemfredus custros.

6. Obiit Thebaudus sacerdos et canonicus.

7. Obiit Angilelmus episcopus qui dedit villam cui Pulverenus nomen est fratrum canonicorum scilicet stipendiis, res etiam quæ ex jure proprio ei cesserant tam in Biliaco quam in Annau cum servientibus, eorumdem usibus delegavit. Item Leo diaconus et Aldulfus obierunt.

[« Eodem die Galo canonicus et levita » obiit. »]

8. « Eodem die obiit Wido sacerdos et » canonicus. »

9. Obiit Odo Sancti-Dionysii monachus.

« Obiit Hugo lector. »

10. Obiit Ermenricus sacerdos.

11. (**) In territurio Pictavensi natalis S. Savini confessoris; hic fuit ex discipilis S. Germani Autissiodorensis episcopi.

(**) «Exceptio reliquiarum S. Amatoris.»

13 Obiit Lando levita.

14. Obiit Gualdricus levita et canonicus Sancti-Stephani atque abbas Sancti-Eusebii. Eodem die Eldierius clericus obiit.

15. Obiit Jonas sacerdos et canonicus almi Stephani, complens præsentis vitæ debitum ovanter emisit spiritum.

16. « Eodem die obiit Emila femina et » Albertus laicus. Obiit Bertrannus. »

17. Obierunt Betto monachus et Gaudyle levita.

20. Obiit Siebrannus levita.

21. Obiit Seyardus sacerdos et canonicus.

Ipso die obiit Rotbertus rex Franciæ, et Johannes levita et canonicus, lectorumque magister.

22. « Ipso die exivit Johannes sacerdos » et canonicus, fenestella optimus.

23. Obiit Rotbertus sacerdos et canonicus Sancti-Stephani. Ipso die obiit Stephanus sacerdos et canonicus S. Stephani.

27. Obiit Magenarius levita.

28. Obiit domnus Gerrannus episc.

Ipso die Hacardus abbas Sancti-Germani ab hac vita sublatus est.

29. Ragenaldus hujus ecclesiæ (1) eodem die Senonis pugnando interfectus est. Item Aganus subdiaconus obiit.

[« Eodem die Philippus rex Franciæ » obiit. »] (2).

30. (**) Autissiod. depositio Ursi episcopi et confessoris.

31. Obiit Aynaldus sacerdos et canocus.

[« Eodem die Ludovicus rex Franciæ » obiit. »] (3).

AUGUSTUS.

2. « Obiit Vido canonicus Jheroselymis » sepultus. »

4. Obiit Henricus rex Franciæ (4).

« Ipso die obiit Renaldus canonicus. »

« Eodem die Gaufridus comes Cabillon. » hujus ecclesiæ casatus, apud castrum » suum Donziacum monachus factus, » obiit. »

5. Obiit Isembardus levita et canonicus.

« Eodem die Hugo S. Stephani præpo- » situs in via Jheroslymitana sepulturæ » est traditus. »

« Eodem die Rainaldus Willelmi comi- » tis filius interfectus est. »

6. Obiit Maurinus episcopus qui dedit stipendiis fratrum agellum proprietatis suæ, cujus vocabulum est Villare non longe a Varziaco.

Item Eribaldus presbyter obiit. [«Eodem » die Adam subdiaconus et canonicus » obiit. »]

7. Obiit Ermenfredus præpositus qui dedit fratribus prædium suum super fluvium Belcæ, et in Capilliaco et in pago Senonico in Valle, et in Basau ad sui memoriam celebrandam.

8. Obiit Amalguinus sacerdos.

« Eodem die obiit Herveus Nivernensis » episcopus, hujus ecclesiæ canonicus (5). » Item obiit Atto miles, pro cujus anima » Hunbaudus frater ejus terram Lonniaci » quam tenebat canonicis Sancti-Ste- » phani reliquit. »

9. Obiit Salomon canonicus atque decanus Sancti-Stephani.

10. Obiit Everardus levita.

[« Item obiit Guarnerus levita et cano-

(1) *Forte qui offensus episcopo Geranno partes ejus contra Normanos adjuvare detrectavit.*

(2) *Philippus I. obiit ex suppl. Aimon* 1109, *ex fragmento Hist Mon. Flor ubi sepultus jacet ante majus altare.*

(3) *Ludovicus Grossus, ann.* 1157, *filius Philippi I*

(4) *Henricus I, filius Roberti, frater Adelaidis comit. Autiss. et uxoris Reginaldi, an.* 1060.

(5) *Vivebat* 1100 *vel* 1104, *quidam vocant Henricum. Ejus successor Hugo adsuit coronationi Ludovici Grassi*, 1110.

» nicus. Eodem die obiit Ebrardus sub» diaconus et canonicus, in regione Je» rosolymorum apud Acon civitatem se» pultus. »]

11. [« Obiit Hugo hujus ecclesiæ epis» copus quem vitæ sanctitas et morum pro» bitas decoravit, et quam pie et religiose » vixerit, hujus vitæ exitus satis probavit, » qui ob amorem Dei et sui memoriam » singulis annis recolendam, ecclesiam » Ausiaci ad refectionem fratrum in die » anniversarii sui huic ecclesiæ donavit. » Deditque eidem alias ecclesias, eccle» siam scilicet Bacernæ et Sancti-Bricii » et Montiniaci et Vennosæ et decimas » Ausiaci. Præterea ipsam ecclesiam in » multis capis de pallio et duobus tapetis » et multis sacerdotalibus indumen» tis et aliis ornamentis ipse dives di» tavit. »]

12. [« Obiit venerabilis memoriæ ma» gister Gislebertus, veteris et novi » Testamenti glossator eximius, qui uni» versalis merito est appellatus, hujus » ecclesiæ canonicus, postmodum vero » Lundonensis factus episcopus, qui præ» ter cætera quæ ecclesiæ nostræ ex An» glia transmiserat ornamenta, octoginta » et duas libras eidem nostræ ecclesiæ » contulit. Fratres vero inde possessiones » ementes, anniversarium ejus singulis » annis celebrari devote constituerunt. »]

13. Obiit Norgaudus miles S. Stephani.

14. Obiit Ermenfridus sacerdos et Rado levita. Item Unbaldus levita hujus ecclesiæ nutritus, obiit.

« Eodem die Richardus...... Iherosoly» mam proficiscens, obiit. »

15. Obiit Adalgrinus sacerdos.

16. (**) Autissiodero translatio Augnarii et Desiderii episcoporum.... Nivernis natalis sancti Arigii episcopi et confessoris.

Ipsa die Odo præceptor Sancti-Stephani, præsentem finivit vitam.

17. Eodem die obiit Warinbodus sacerdos.

18. « Obiit Walterius vicecomes. »

19. [« Ipso die obiit Ebraldus miles » Sancti-Stephani. »]

20. Obiit Arembertus sacerdos.

21. Obiit Adelelmus nobilis miles et humilis.

[« Eodem die Vuillermus Nivernensis » Comes Carturiæ religiosam vitam du» cens, sanctissime obiit. »]

22. Obierunt Ragembaldus sacerdos et Anso Presbyter. [« Ipsa die Gaufridus » subdiaconus et canonicus obiit. [Item » Stephanus hujus ecclesiæ præpositus » obiit. »]

23. Eodem die Eribertus Autissiodorensis episcopus, viam universæ carnis est ingressus.

« Ipsa die obiit Bladinus lector et canonicus. »

24. Obiit Hugo Comes (1).

25. Obiit Gaufridus subdiaconus et canonicus, Iherosolymis sepultus.

26. Obierunt Stephanus levita et Radaldus subdiaconus et Lethericus acolythus.

28. Obiit Gimo miles Sancti-Stephani.

29. Ipsa die ordinatio Domni Herifridi episcopi qui dedit fratribus ad refectionem hujus diei faciendam Artadum villam, et in Lindriaco mansum unum, et in Capiliaco mansum alterum et molendinum subtus murum. In Nativitate vero Sanctæ-Mariæ, quando primum sedit in cathedra episcopali dedit fraribus ecclesiam Bacernæ et Lindriacum et Lupinum, necnon Logniacum. Gimiliacum autem dedit in natali Sancti-Clementis.

Obiit Archemboldus episcopus.

30. Obiit Ermembertus sacerdos qui innocenter gladio interfectus est.

31. [« Guido sacerdos et canonicus a » Iherosolymis regrediens, obiit. »]

, SEPTEMBER.

1. Obiit Richardus Comes, (2) et Arnulphus canonicus.

2. Obierunt Teoterius presbyter et Leodfredus subdiaconus.

4. [« Obiit Drogo levita et canocicus. »]

5. Obiit Lambertus levita et doctor eximius. Ipso die Helisabeth Deo sacrata obiit.

7. « Obiit Ebrardus canonicus. »

8. Obiit Eribaldus levita et archiclavus, qui insperante ab inimicis gladio interemptus est. Eodem die Dodo sacerdos occisus est in bello. Ipso die Ingelbaldus sacerdos atque decanus Sancti-Stephani obiit.

9. Obiit Joannes monachus.

10. Obiit Hludovicus serenissimus rex, filius Karoli (3).

12. Obiit Icheria Deo sacrata.

13. Obiit Giflebertus sacerdos et canonicus Sancti-Stephani.

14. Obiit Aymo sacerdos.

(1) *Forte superioris Burgundiæ quem Quercet, Hist. Borg. l. 2. putat duxisse uxorem Aldradam filiam Ludovici Transmarini, et ex ea genuisse Hermentrudum matrimonio junctam Othonis, Guillelmi Comiti Divion. Niv. et Autiss. unde processit Matildis uxor Landrici comitis.*

(2) *Comes Autiss. et Dux Burg. ejus mortem reponit ad an. 920. Chronic. Vizeliac. Flodoard. ad an.* 921.

(3) *C'est Louis-le-Fainéant.*

15. [« Obierunt Dadoenus et Alfaldus » presbyteri qui dederunt alodum suum » in villa Montiniaco fratribus. »]

16. « Obiit Gofridus clarus consilio » amicus pacis ac pietatis, episcopus.... » ecclesiæ quidem suæ dignus memoria » lacrymis et benedictionibus. »

[« Item Guibertus miles obiit qui per » manum Humbaldi episcopi reliquit ec- » clesiam in Acolaco villa, annuente uxo- » re sua et duobus filiis suis et filia. »] (1)

17. Obiit Ragenardus levita et canonicus.

18 Obiit Warachius sacerdos et monachus. « Ipso die obiit Aufredus levita » et canonicus. »

20. Obiit Radbaldus levita, « et Walte- » rius subdiaconus atque canonicus inter- » fectus est. »

21. Obiit Bego sacerdos.

22. (**) Autissiod. adventus exceptio corporis sancti Germani episcopi et confessoris ab Italia.

25 (**) Autissiodero depositio et translatio S. Aunarii episcopi et confessoris.

Obiit Eldaldus Senonum Archiepiscopus (2). Eodem die Abbo levita et perfector obiit. Item Alo sacerdos et canocicus obiit.

26. Obiit Beraldus levita.

28. (**) Autissiodero depositio S. Alodii episcopi et confessoris.

Obiit Ingelbaldus levita.

Eodem die obiit Alanus levita et canonicus.

29. Obiit Walterius Æduensis episcopus (3).

30 Obiit Teubertus laicus qui dedit prædium suum canonicis Sancti-Stephani in pago Autissioderensi, in vicaria Baugiacensi, in villa Matriaco, propter remedium animæ suæ, et ad memoriam recensendam.

OCTOBER.

1. (**) Depositio sacratissimi corporis beati Germani episcopi et confessoris qui apud Ravennam, pridie kalendas augusti feliciter obiit et kalendas octobris suæ tandem redditus civitati honorifice traditus est sepulturæ

Obiit Adventus sacerdos.

3. (**) Autissiodero dedicatio criptatum beatissimi Stephani protomartyris Christi.

(1) *Vide* 9 *April. qui est dies obitus uxoris ejus.*

(2) *Alias Adaldus obiit* 933 *electus* 927 *ex Gall. Christ.*

(3) *Electus c. an.* 1058 *ex abb. Flavin. tamen Gall. Christ. ait obiisse* 6 *id. maii.*

Obiit Adhebaldus sacerdos et magister hujus ecclesiæ.

4. « Obiit Odo canonicus et subdiaconus. »

6. Obiit Karolus imperator (1), et Guido Abbas. Ipso die Aginulfus subdiaconus obiit qui dedit fratribus alodum suum cum masenili à vineisarpennis quinque et Item Hermoynus acolytus et archiclavus obiit.

7. Obiit Gundacer clericus.

8. (**) Autissiodero (natalis) Palladiæ virginis, Senones Porchariæ virginis.

Obiit Arnaldus subdiaconus qui dedit fratribus prædium suum in pago Senonico, in villa Aganonis arpennos de vinea octo.

10. Obiit Trutbertus laicus qui dedit fratribus masinile suum cum vineis et campis in pago Senonico, in villa Caciaco. Ipso die obiit Ottrannus sacerdos.

11. « Obiit Gaalo subdiaconus et cano- » nicus, in terra Jherusalem apud Acon » sepultus. »

[« Ipso die Ato archipresbyter et cano- » nicus, homo simplex et rectus et timens » Deum, monachus factus, spiritum Chris- » to reddidit, qui dedit fratribus suis » canonicis domum cum appenditiis suis » quam ab Hugone de Gurgiaco emerat, » et vineam quam plantaverat apud Bil- » liacum, aliam etiam quam emit in Cur- » to-cane dedit et octo nummos de cen- » su. »]

12. Obiit Tagemboldus sacerdos qui dedit fratribus prædium suum cum masinili et vineis et campis in villa quæ dicitur Pradilis.

[« Ipso die Hugo bonæ memoriæ epis- » copus Autiss. decus pontificum et for- » ma totius religionis, quia in vita sua pa- » cem dilexit, bona pace quievit. Qui in- » ter cætera quibus episcopatum suum » ditavit usum nemoris de Tullo, quem » canonici per multos annos sine spe re- » cuperationis amiserant, cum summo » labore et studio adquisivit. Dedit etiam » ecclesiæ sacerdotalia indumenta perop- » tima, et calicem deauratum. Præterea » assignavit in Lindriaco triginta solidos » quibus die anniversarii sui singulis ca- » nonicis refectio exhibeatur. Dimisit » etiam canonicis ecclesiam Lindriaci » post mortem Anselmi seu dimissionem. » Interim autem Stephanus præpositus » decem solidos ad faciendam refectio- » nem persolvet. »]

13. Obiit Rudovicus levita, cujus industria masinile cum vineis in villare

(1) *Carolus Crassus*, 888.

quod est in prospectu Sancti-Juliani adquisitum est, et ea quæ ad eum pertinent.

Eodem die Rotgerius laicus interfectus est.

14. Obiit Walterius archidiaconus.

15. Obiit Henricus Burgundiæ marchio (1).

16. « Gaufridus miles qui reddidit ter- » ram quam tenebat de manu firma in » Artadis villa. »

17. Obiit Sevinus Senonum archiepiscopus (2) Item obierunt Giamnaldus subdiaconus et Adelardus diaconus.

18. (**) 'In territorio Belvacensi passio S. Justi martyris cujus caput requiescit in basilica S. Amatoris.

19. Ipsa die obiit Atto subdiaconus. Item Gauzo sacerdos et decanus obiit, qui dedit canonicis Sancti-Stephani prædium suum cum servis et ancillis omne quod habuit in villa Crevenno.

20. Obiit Goffridus levita.

[« Eodem die obiit Humbaldus humi- » litatis ac benignitatis episcopus, qui » cum multis ædificiis atque ornamentis » quibus ecclesiam intus et exterius de- » coravit, ecclesiam Acolaci et ecclesiam » Crevenno cum decimis ac pareda fra- » trum stipendiis donavit. Hic si quidem » inter fratres pace prius reformata, Je- » rusalem causa orationis adiit, atque in- » de rediens, sanctamque psalmos canen- » do confessionem Deo faciens, maris pe- » lago sepulturam promeruit pretiosam.»]

21. Obiit Arnulfus laicus qui pariter cum fratribus suis Norgaudo et Walchaudo dederunt fratribus prædium suum quod habuerunt in villa Crevenno.

Eodem die obiit Rodfridus sacerdos et perfectus cantor.

22. Obierunt Oydelardus episcopus, et Umbertus levita et Regenaldus subdiaconus.

23. Obiit domnus Herifredus episcopus, pater piissimus, qui dedit medietatem Malliaci ad refectionem fratribus exhibendam.

[« Die quoque ordinationis suæ dedit » fratribus Artadum villam et in Lindria- » co mansum unum, et in Capiliaco man- » sum alterum et molendinum subtus » murum, et in Nativitate Sanctæ-Mariæ » dedit ecclesiam Bacernæ et Lindriacum » et Lupinum, nec-non Logniacum. Gi- » miliacum autem in natali Sancti-Cle- » mentis. »]

24. Obiit Siglivertus archidiaconus.

26. [« In hac die sol claritatem amisit, » et factus est niger (1) »].

27. Obiit Stephanus levita.

28. Obiit Hermoynus adolescens. Ipso die Johannes levita et canonicus obiit. « Item Stephanus subdiaconus et canoni- » cus obiit. »

29. Obiit Ayricus clericus.

30. Obiit Andreas presbyter qui dedit masinile suum fratribus cum vinea adhærente in Villa-Ferreoli, similiter et in villa Garricas. Item Bernardus presbyter obiit qui dedit masinile suum fratribus, cum orto et vinea in villa Vendosa. Item Frodo levita obiit.

31. Obiit Adzo subdiaconus.

[« Eodem die Robertus præpositus qui » dedit fratribus vineas suas, ut singulis » annis in die obitus sui communis refec- » tio canonicis exhibeatur. »]

NOVEMBER.

1. Obiit Rotfredus sacerdos et archiclavus.

3. [« Obiit Robertus canonicus Sancti- » Stephani. »]

Eodem die Hugo decus pontificum emisit spiritum. Item obierunt Trudveus levita et Stephanus laicus et pincerna.

[« Eodem die obiit Fromundus subdia- » conus et canonicus. »]

5. Obiit Ermenfredus levita.

6. [« Eodem die Agano hujus ecclesiæ » canonicus et diaconus obiit. »]

7. Obiit Theodaldus juvenis qui dedit partem patrocinii sui et hæreditatis suæ canonicis Sancti-Stephani propter amorem patriæ cœlestis et remissionem peccatorum suorum : sitæ sunt autem ipsæ res in villa quæ dicitur Carmedus cum Capella et suis adjacentiis, mancipiis, vineis, campis et domibus ad sui memoriam recolendam.

8. Obiit Hunencus sacerdos et decanus Sancti-Mammetis.

« Eodem die obiit Lambertus sacerdos » et canonicus. [Item obiit Hugo levita et » canonicus S. Mariæ præpositus, hujus » etiam ecclesiæ cantor egregius. »]

9. Obiit Ademarus sacerdos et præpositus.

10. Obiit Adelelmus sacerdos.

11. Obiit Stephanus Cavillonensis episcopus (2).

12. Obiit Gottefredus sacerdos.

[« Eodem die obiit Ingelbodus præpo-

(1) *Dux Burgundiæ*, 1002.

(2) *Electus* 978, *desit vivere* 999 *vel, ut ait Aimoin*, 1000.

(1) *Hæc Eclipsis contigit die Dominica* 2 *octob, an* 1147 *hora* 3 *et* 4 *dici, aut a secunda ad quintam. ut aiunt Scriptores.*

(2) 19 *Episc. Cabill.* 886 *in Chron. Bezensi.*

» situs qui villas S. Stephani, Crevennum, » Acolacum et Villam novam reædificavit, » et ad domus fratrum componendas » quingentos solidos de suo donavit. »]

13. Obiit Aldulfus episcopus qui hac die instituit de suo hospitale fratribus refectionem præparari. Hucbertus diaconus obiit. Eodem die obiit Beraudus sacerdos et perfectus cantor. Ipsa die obiit Heribertus subdiaconus.

14. Obierunt Giricus diaconus et Teotenus clericus et Remigius sacerdos et Velfo abba (1).

15. Obiit Walterius Senonensis archiepiscopus (2), et Vidbaldus subdiaconus et Gratianus abba.

16. Obiit Adelelmus sacerdos.

17. Obiit Erifridus subdiaconus. Ipsa die ob. Milo canon. puer et acolytus qui dedit fratribus in Monteio arpennos vinearum quindecim. Item Norgaupus miles Sancti-Stephani obiit.

18. (**) Autissiodero dedicatio basilicæ Sancti-Germani episcopi cum superioribus cryptis. Eodem die translatio corporis, beati prothomartyris Stephani a Hierosolimis in Bizancium.

Obiit Adam sacerdos.

19. Obiit Lambertus presbyter qui dedit alodum suum in villa quæ dicitur Stabulis, et ibidem in circumjacentibus locis. Item Lanfredus presbyter obiit qui dedit fratribus patrimonium suum in villa Gratiaco.

20. « Luna rubea. » Obiit Petrus acolitus.

[« Obiit Iterus de porta qui pro obtinenda peccatorum suorum venia dedit » canonicis Sancti-Stephani duos homi» nes apud Cravennum cum uxoribus et » filiis suis. »]

21. Obiit comes.

Obiit Otardus qui dedit fratribus, propter amorem Dei et remissionem suorum peccatorum, res optimas proprietatis suæ in comitatu Tornotrensi in villa quæ dicitur Malorum, et in circumjacentibus locis cum masinilibus, vineis, campis et domibus. Obiit Joannes diaconus qui dedit fratribus prædium suum in Senonico, in villa quæ dicitur Vallis et in Bassau cum masinilibus, vineis et campis.

Item obiit Hugo canonicus et sacerdos.

22. Obiit Christianus episcopus qui dedit fratribus Albaris villam ad sui memoriam faciendam. Ipsa die obiit Valtetius levita et can. Ipsa die obiit Clemens omnis sapientiæ luce coruscans.

Eodem die migravit ab hac vita Adalaildis femina, « et Raginaldus canonicus » atque subdiaconus Tornodoro peregri» nus Sancti-Petri obiit. [Ipsa die Eri» veus sacerdos et canonicus obiit.] »

23. Obiit Ragimbertus sacerdos.

24. Obiit Hictarius bonæ memoriæ qui dedit confratribus suis in circuitu civitatis vineas aquisitionis suæ.

« Eodem die anniversarium Atonis ca» nonici qui donavit fratribus trigenta » libras, servos etiam et ancillas, arpen» nos quoque vinearum tres in Monte» Tenso, nec-non areas quæ sunt juxta » Sancti-Stephani papæ capellam, et are» am unam ante domum pauperum sitam. » Profectus est Iherosolymam, et in eo » itinere, Christo miserante, defunctus. »

25. Obiit Milo laicus qui dedit fratribus alodum suum qui conjacet in villa Colonicas super fluvium Senodum.

« Eodem die Goscelinus hujus eccle» siæ canonicus et decanus obiit, qui pro » remedio animæ suæ domum suam cum » vineis suis canonicis dedit, ut in die » anniversarii ejus in refectorio reficeren» tur. Ipse vero ad missas celebrandas » pro defunctis apud S. Clementem pro» prium sacerdotem cum duobus arpen» nis vinearum constituit, et in repre» hensione et in custodia capituli eum » stabilivit. Dedit etiam præfatæ ecclesiæ » vestimentum sacerdotale optimum cum » gradale, calicen argenteum cum canulis » argenteis, et desuper altare pallium » unum. Ita adornatam dereliquit eccle» siam. »

26. Obiit Aymmo sacerdos.

27. Obiit Gofridus subdiaconus et canonicus.

« Eodem die obiit Johannes sacerdos » et canonicus, hujus ecclesiæ cantor » eximius, qui dedit ecclesiæ nostræ ex » libris suis missale unum, antiphona» rium, gradale, hymnarium, prosarium » optimum. Et in Acolacho villa dedit » fratribus domos suas et quidquid etiam » proprietatis habere videbatur, ad sui » memoriam recolendam. »

28. (**) Autissiodero translatio S. Vigilii episcopi.—Obiit Ragenaldus clericus.

30. Obiit abbo sacerdos.

DECEMBER.

1. Obiit Teutgarius diaconus qui dedit nobis vineam in villa Sigliniaco.

Eodem die ordinatio domni Gaufredi episcopi. Eodem die Vitalis Autiss. ecclesiæ decanus est viam universæ carnis

(1) *Legitur in Chron. Centulensi, lib. 3 c. 11 Vuelfonem istum fuisse abbatem Sancti-Richarii seu Centulensis simul et S. Columbæ; vivebat ann. 864 et seq. Spicileg. Tom. 4.*

(2) *Obiit 927. Tavell. ait 12. Kal. Dec.*

ingressus. Item Fulco canonicus et sacerdos obiit.

2. Eodem die Ingo canonicus et cantor eximius obiit.

3. Obiit abbo episcopus.

4. Ipsa die obiit Stephanus Sancti-Stephani. (Vide 12 Octo.) præpositus et sacerdos egregius, nec non divinarum scripturarum doctor eximius. Item Unaldus sacerdos obiit.

5. Obierunt Ermenbertus præpositus et levita, et Aldradus diaconus et Arnaldus vicecomes.

6. Obiit Genesius levita.

9. Obiit Teutbaldus levita.

10. Obiit Wadimirus corepiscopus. Ipso die obiit Amalricus levita qui dedit fratribus prædium acquisitionis suæ in villa quæ dicitur Castriacus, et in confinibus ejus arpennos vinearum septem, propter amorem vitæ æternæ et sui memoriam recolendam. Item Ermenfredus levita obiit.

[« Eodem die obiit Reinaldus archi-
» presbyter qui dedit fratribus optimam
» vineam et xx modios vini, et servum
» unum et in claustro faciendo c: soli-
» dos. »]

11. Obiit Gerberga comitissa, uxor Henrici ducis. Ipsa die obiit Gozfredus sacerdos atque decanus Senonicæ urbis.

12. Obiit Lezgincus levita et perfectus cantor. « Eodem die obiit Fulco canoni-
« cus. »

13. Obierunt Sayvardus monachus et Arembertus levita et Gerbaldus levita.

Ipsa die obiit Mathildis comitissa, Landrici conjux.

Eodem die Hermengardis abbatissa obiit.

« 14. (**) Altissiodoro dedicatio altaris
» ecclesiæ senioris a Calixto papa II facta,
» et ut solemniter a nobis quoque an-
» no celebraretur ab eodem instituta. »

15. Obiit Aclevertus sacerdos et decanus. Ipsa die obiit Osbertus subdiaconus.

16. Obiit Ranoardus sacerdos. Item Gaufridus canonicus obiit.

18. Obierunt Sarulfus diaconus et Adalbaldus presbyter et Addela femina et Nitardus laicus. Obiit Eldegarius laicus qui dedit fratribus omne prædium suum in pago Tornetrensi, in villa Madriaco, tam in vineis quam etiam in terris, pratis, cultis et incultis, silvis, domibus et cum omnibus adjacentiis pro absolutione peccatorum suorum. Guido monachus obiit. [« Eodem die Magfredus canonicus obiit. »]

19. (**) Autissiod. depositio beati Gregorii episcopi confessoris qui sedit annos 12, menses 7, dies 3, sepultus est in ecclesia S. Germani.—Obiit Razo levita.

20. Obiit Eliseus archidiaconus qui dedit fratribus res proprietatis suæ in villa quæ dicitur Gratiacus arpennos vinearum novem, propter remedium peccatorum suorum, suique memoriam recolendam.

Obiit Norgaudus levita. « Eodem die
» Giraldus præcentor et canonicus obiit.
[« Item obiit Matthæus subdiaconus et
» canonicus. »]

21. Electio domni Gerranni episcopi qui dedit fratribus Logniacum villam et Solium, unde debet ad luminaria ecclesiarum Sanctæ-Mariæ et Sancti-Stephani et Sancti-Johannis modium olei, et fratribus libram unam denariorum qui ipsam terram tenuerit.

[» Eodem die ob. Agnes de Longavilla
» quæ dedit ecclesiæ B. Protomartyris
» Stephani cortinam pretiosam diversis
» coloribus decoratam. »]

23. Obiit Ablenus Diaconus.... qui dedit fratribus res proprietatis suæ in villa quæ dicitur « S. Mauritius », et in villa quæ dicitur Antonus propter veniam peccatorum percipiendam, et ad sui memoriam celebrandam. Item Odo subdiaconus obiit. « Eodem die obiit Rainaldus sacer-
» dos et canonicus. »

24. Obiit Samson levita a Normannis graviter vulneratus.

Ipsa die Fredilo sacerdos (1) obiit.

Item Wulphenus sacerdos obiit.

26. Obiit Ingelboldus miles.

28. Obiit Sigradus qui dedit fratribus mansum suum indominicatum cum omnibus appendiciis suis in pago Tornetrensi in villa Cidernaco, de vineis arpennos.. de terra ancingas.... ad censum fratribus dandum.

29. (**) Autissiodero dedicatio ecclesiæ S. Michælis et S. Clementis.

31. Obiit Anseisus Tricasinensis episcopus (2), *et Rotbertus*.

Ce Nécrologe est suivi de l'indication de quelques usages de l'église d'Auxerre écriture environ l'an 1100 :

In Quadragesima Psalmos istos in capitulo post lectionem, Ps. *Usquequo*, Ps. *Dominus regit me*. Ps. *Ad te levavi*. Ps, *De profundis*, et post de anniversario *Miserere mei, Deus*.

(1) *In epistolis Lupi Ferr. est quidam Fridilo de quo in Annal. Bened. Tom. II. pag.* 635.

(2) *Ansegise évêque de Troyes étoit à un combat contre les Normands en* 925 *où il fut blessé;* ex Chron. Flodoard. *Il a été chassé de Troyes par le comte Robert, il demanda des Saxons à l'empereur Othon, et assiégea ensuite Troyes.*

Chichiriaci censum quod Stephanus cellerarius per unumquemque annum canonicis persolvere debet.

De frumento modiola XX.

De ordeo M. III.

De consuetudine sextaria XVI ordei.

De nummis librar. VI. Autiss. monetæ.

Talionem autem quando in villa canonici voluerint facere, facient; ipse vero Stephanus in villa talionem nunquam faciet.

Suit la table des noms des chanoines, telle qu'elle est imprimée ci-desosus, page. 28.

Au revers de cette table est le commencement du Cycle Pascal écrit de la même main que le fond du Nécrologe, avec ce titre :

Quinquagesimus quartus cyclus decennovennalis.

Annus ab origine mundi IIII. M. DCCCC. LVIIII.

Ab incarnatione Domini M. VII. communis.

Natale Domini, Feria IIII. Luna II.

Epactæ nullæ.

Indictio V.

Septuagesimæ, IIII. Non. Febr. Luna XII.

Initium Quadragesimæ VII. kal. Martii, Luna tertia.

Concurr. II.

Terminum Paschæ non. April. Fer. VII.

Dies Paschæ VIII. Idus April. Luna XV.

Rogationes IIII. Idus Maii, Luna XXII.

Ann. M. VIII. communis.

Natale Domini Feria V. Luna XIII.

Epacta XV, *et ainsi du reste.*

Ann. M. VIIII. Embolismalis.

Natale Domini Feria VII. Luna XXIII.

Le même écrivain parait avoir tracé 4 ou 5 cycles de 19 ans pour jusqu'à la fin du siécle, commençant toujours par Noel et finissant par les Rogations. Aux marges de plusieurs années ont été marqués par des écrivains du temps, les évènements considérables de ces années. Je n'ai pas cru devoir les imprimer ici, parce que le P. Labbe les a publiés parmi les chroniques du Ier tome de sa nouvelle Bibliothèque de manuscrits, page 922 et 405. J'avertis seulement qu'à la page 293 sur l'année 1166, il faut lire de Tanne. Page 405, ligne 2, il faut lire Touciacum : à la ligne 6, il ne faut pas M LXXII, mais M LXXIIII.

Les tables Pascales de ce manuscrit ont été conduites par une seconde main jusqu'à l'an 1215, que finit le 64e cycle, en commençant toujours par la fête de Noel. A l'an 1182, se lit au haut de la page : Hoc anno III. Id. decembris, feria VII. circa pyrotegium, luna cum esset XIII, tota nigra apparuit.

N° 6.

Confirmation par Charles-le-Chauve de dons faits aux chanoines d'Auxerre par l'évêque Héribald.

(An. 849, 16 janvier.)

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficia et necessitates ecclesiasticos ad petitiones Deo fideliter famulantium nostra relevamus juvamine, atqua regali tuemur munimine : id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Noverit interea sagacitas seu utilitas omnium fidelium sanctæ Dei ecclesiæ, nostrorumque presentium scilicet et futurorum, quia vir venerabilis Heriboldus, Autissiodorensis ecclesiæ episcopus, obtulit obtutibus nostris quendam privilegii conscriptionem in qua continebatur insertum qualiter quasdam res ejusdem suæ sedis ad supplementum vestimentorum canonicorum inibi Deo militantium, deputasset ac confirmasset : hoc est Conditam villam super fluvium Ligerim sitam, mansa scilicet quatdraginta et omnibus absitutibus ac vineis inibi pertinentibus, et cum illo quem Teosbertus usufructuario habere cognoscitur, et cum alio Samson beneficiato et tertio manuale per manufirmam concesso, et in reliquo cetera mensa mox ut decessus eorum evenerit, quibus beneficiata esse noscuntur; et cellulam Sancti-Remegii similiter que Wadimirus olim in beneficio habuit, et vineam curticam, quæ vulgo Pictura appellatur, ex villa Pulveneri, et planta novellam prope basilicam Sancti-Eusebii, et mediatatem viridiarii in villa Tociaco, in plagam meridianam; humiliter petens ut super hanc conscriptionem nostram superadderemus auctoritatem, quatenus absque alicujus occasionis diminutione integerrime, nostris futurisque temporibus; in usus vestimentorum predictorum canonicorum permanerent. Cujus suggessioni ac rationabilem petitionem libenter annuere placuit, quicquid, ut prædictum est, postulavit ad effectum perducere curavimus. Proinde hos nostræ auctoritatis apices erga prædictam sedem canonicosque inibi Domino per diuturna tempora militantes, divino inspirati amore fieri jussimus, per quos decernimus atque sancimus ut loca supra nominata cum omnibus ad se juste et legaliter pertinentibus, sicut a sæpe dicto Heriboldo, jam dicte sedis episcopo, eis

conlata sunt; ita per hanc nostram auctoritatem in eorum jure ac potestate, absque alicujus diminoratione aut retractione permaneant; et nullus successorum rectorum videlicet memorate ecclesiæ, an eorum dominatione ea quoquo modo abferre, aut in aliam quamlibet partem transferre præsumat; quatenus sublata omni indigentia vestimentorum, pro nobis, conjuge, proleque nostra et pace ac stabilitate totius regni a Deo nobis commissi, alacrius eos indesinenter Domini misericordiam exorare delectet. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas pleniorem in Dei nomine semper obtineat firmitatem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillare.

Signum (Place du monogramme) KAROLI gloriosissimi regis.

JONAS diaconus ad vicem Hludovici recognovit et subscripsit. (Place du sceau.)

Data XVII kalendas februarii, anno X, indictione XII, regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum Bittoricas civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Original aux Archives de l'Yonne.)

N° 7.

Dons de Charles le Chauve à l'abbaye de S. Germain, à l'occasion de la translation du corps de ce Saint.

(9 Janv. 859.)

In nomine sanctæ et indiviœdu Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Notum sit omnibus Sanctœ Dei ecclesiœ fidelibus et nostris præsentibus atque futuris, quia nos Autisiodorum venientes, sacratissimum corpus beati Germani pretiosissimi confessoris Christi solemniter transtulimus, rebusque nostrœ proprietatis regiam celsitudinem imitantes, publice honorare decrevimus. Dedimus itaque monasterio Sancti-Germani ad stipendium monachorum Deo ibidem deservientium res pro prietatis nostræ sitas tam in pago Autisiodorensi, quam in Ternotensi et Avalensi, hoc est Luciacum, Uram, Modelagium et Montem Alonem cum eorum appendiciis vel quicquid fidelis noster Gausmarus et modo Iterius ex nostro proprio per nostrum prestitum beneficium visi sunt habuisse, ea videlicet ratione, ut prædictus Itrius nullatenus omnis tempore vitæ memoratas res amittat, nisi forte nos aliubi ei per hoc aliud tribuamus . omnibus tamen annis festivitate Sancti-Germani kalendis octobris solidos tres pro hac investitura in censum persolvere studeat. Confirmamus autem, ut nulli liceat prædictas donationis nostræ res in alios usus ullatenus retorquere, nec aliquod servitium proinde ab eisdem monachis repetendo exquirere sed quicquid exinde juste et rationabiliter fieri potest utilitatibus eorumdem proficiat in augmentum, et animæ nostræ prosit in adjutorium. Ut autem hæc præcellentiæ nostræ donationis auctoritas semper in Dei nomine meliorem obtineat vigorem, manu nostra eam subter firmavimus et de anulo nostro sigillari jussimus. Datum ipso die quinto idus januarii, indictione IIII, anno XIX, regnante gloriosissimo Karolo rege. Actum Autissiodori civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Ex *Cart. Manus. S. Germani in cartis regum cap. 5.*)

N° 8.

Garde et protection de l'abbaye de S. Germain, par Charles-le-Chauve.

(11 Sept. 860.)

In nomine sanct et individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Cum petitionibus servorum Dei justis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non dubitamus. Notum sit igitur omnibus Sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus et nostris præsentibus atque futuris, qua Hugo karissimus nobis abbas ex monasterio Sancti-Germani Autissiodorensis atque propinquus detulit obtutibus nostris, auctoritatem immunitatis Domini et genitoris nostri Ludovici serenissimi augusti, in qua continebatur insertum qualiter de more parentum suorum idem monasterium ob amorem Dei omnipotentis et tranquillitatem fratrum ibidem consistentium sub plenissima tuitione et immunitatis defensione suscepisset : pro firmitatis tamen gratia postulavit prædictus Hugo abbas et monachi ejusdem monasterii, ut paterno more id ipsum monasterium cum congregatione ibidem Deo famulante, ac cum omnibus rebus ad prædictum monasterium juste pertinentibus sub nostra reciperemus defensione et immunitatis tuitione. Quorum petitiones propter divinum amorem et prædictorum monachorum quietem libenter suscepimus, et sub plenissima defensione ipsam congregationem cum omnibus rebus eidem monasterio juste et rationabiliter aspicientibus retinemus; ita videlicet ut sub nostra defensione liceat eis quiete vivere, et sicut in præcepto Domini et genitoris nostri continetur, nullus episco-

pius diœcesis illius vel aliquis ex episcopalibus ministris ibidem aliquod præsumat exercere dominium; neque de rebus ejusdem monasterii aliquid auferre, aut in usus suorum mittere vel quippiam minuere nec abstrahere præsumat; et nullus judex publicus nec quilibet exactor judiciariæ potestatis, vel ullus ex fidelibus nostris in omnibus rebus eidem monasterio nunc subditis ac subdituris ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem monasterii, tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes distringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat vel ea quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat, sed liceat memorato abbati suisque successoribus res prædicti monasterii sub immunitatis defensione quieto ordine possidere et quicquid exinde jus fisci exigere poterat in integro eidem concedimus monasterio. Scilicet ut ad peragendum perpetuo tempore monachis ibidem Deo famulantibus augmentum et supplementum fiat. Simul etiam detulerunt serenitati nostræ autoritatem Domini genitoris nostri, in qua erat insertum qualiter idem piissimus augustus concessisset eidem monasterio omne theloneum de negotiatoribus vel de hominibus eorum qui per ipsam casam Dei sperare videntur, vel de hoc quod homines ad eorum dorsa deferunt, et ut in villis eorum seu super terris vel cinctis infra aut foris advenerint et negociatum fuerit omne theloneum per eandem auctoritatem eidem concessisset monasterio. Quorum petitionibus libenter acquievimus, et per hanc nostram auctoritatem præcipimus atque jubemus, ut nemo theloneum nec in civitatibus, nec in mercatibus, aut vicis, seu villis, vel portubus, aut portis ipsi monachi, aut negociatores eorum, aut homines eorum qui per ipsam casam Dei sperare videntur, sicut in præcepto Domini et genitoris nostri continetur, nullum theloneum persolvere cogantur nec infra monasterium, nec in villis, vel territoriis, vel aliis locis ad ipsum pertinentibus homines commanentes Et ut hæc nostræ auctoritatis atque immunitatis præceptio firmior habeatur, ac per futura tempora melius conservetur anuli nostri impressione subter eam jussimus sigillari. Datum III. Idus septembris indictione VII. Anno XX. regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum Marduno monasterio, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Ex *Cartulario Ms. S. Germani Autis. in chartis regum, imperatorum, etc. C.* 4. f° 24 v°.

N° 9.

Confirmation par Charles-le-Chauve d'un don fait aux moines de S. Germain par leur abbé.

(14 sept. 861.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Si enim ecclesiarum Dei utilitatibus sanctorumque fratrum ibidem Domini obsequiis inservientium, justis ac rationabilibus petitionibus dignanter consulimus, piorum regum morem exercere videmur, ac per hoc non solum id nobis ad præsentis vitæ subsidium, verum etiam ad perhennis remunerationis augmentum profuturum esse credimus. Igitur noverit omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, tam præsentium quam et futurorum sollertia, quia venientes quidam sancti fratres ex monasterio beatissimi Germani pontificis Autissiodorensis, suppliciter innotuerunt magnitudini nostræ qualiter quandam vineolam per largitionem sui abbatis ad proprios usus hactenus tenuissent : ex quo humiliter supplicantes precati sunt quatinus eandem ad supplendos scilicet suorum necessarios usus auctoritatis nostræ præcepto eternaliter habendam sibi confirmare dignaremus : si quidem ipsa vinea noscitur esse ex ratione ipsius abbatiæ sita in pago Autissiod. infra fines Vincellense, in loco qui dicitur Valli-Pascentis. Quorum preces libenter suscipientes quia rationanales et salutiferæ nobis visæ sunt, hoc celsitudinis nostræ præceptum jam dictis sanctis fratribus fieri, etc.

Ce titre est du XVIII *Cal. octob. anno* XXII *regn. Caroli. Actum Autissiodoro civitate, ex Cartul. S. Germani Autiss.* fol. 27 R°.

N° 10.

Confirmation d'échanges de biens, accordée par Charles-le-Chauve aux moines de Saint-Germain.

(2 déc. 864).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Si petitionibus servorum Dei benignum assensum præbemus, regiæ celsitudini operam damus, ac pro hoc in futuro mercedem a perpetuo judice expectamus. Proinde notum esse volumus omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus et nostris præsentibus

atque futuris, quia monachi S. Germani Autissiodorensis monasterii, humiliter petiverunt ut commutationes sibi opportunas autoritatis nostræ præcepto confirmare dignaremur, ne videlicet in posterum ullam inquietudinem per hoc perpeti compellantur. Siquidem sicut in commutationibus eorum insertum habetur acceperunt Riconorum villam XVI. mansos habentem a Conrado comite propinquo nostro in pago Autissiodorense, de fisco quod ei per præceptum nostrum ad proprium douavimus et ipse conjugi suæ Valdradæ in dotalitium concessit. Pro hoc ipsi donaverunt Modolaium villam quam nos eis per nostræ autoritatis præceptum in eorum stipendium condonavimus. Nec non et in Acliniaco villa mansos tres cum duobus molendinis et piscatione ad integrum a Lothario carissimo filio nostrò atque ejusdem loci abbate acceperunt, et super Belticam mansum unum, et in Sidiliaco mansum unum, pro quibus ipsi dederunt in Corbeliis mansum unum et in Aliento mansum unum, et in Villa nova mansum unum, et dimidium, et in Abundiaco mansum unum, et in Baudiliaco mansum unum. Quorum suggestioni clementer annuentes, præcipientes jubemus et jubendo confirmamus ut istæ commutationes perpetualiter sicut nunc gestæ sunt ita permaneant, quatenus a nemine successorum nostrorum violari aut inquietari ullo modo valeant. Ut autem hæc præcellentiæ nostræ confirmatio meliorem semper in Dei nomine obtineat firmitatem, manu nostra subter eam firmavimus, et de annulo nostro eam sigillari fecimus. Datum IV. Non. Decembris indictione XII, anno XXIIII, regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum Autissiodori, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Ex *Tabul. S. Germ. Autiss.*)

N° 11.

Confirmation par Louis-le-Bègue, de biens appartenant à l'Abbaye de Saint-Germain.

(29 janv. 877).

In nomine Domini Dei æterni et salvatoris nostri Jesu-Christi, Ludovicus misericordia Dei rex. Quidquid locis sacris divinis cultibus nuncupatis per præceptum nostræ regalis celsitudinis largimur, hoc nobis ad præsentem vitam felicius transigendam, et ad æternam facilius capescendam profuturum credimus. Noverit igitur omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium, tam præsentium quam et futurorum solertia, quoniam venerabilis abbas Hugo ex cœnobio Sancti-Germani Autissiodorensis monasterii ad nostram accedens excellentiam, precatus ut prædicto monasterio S. Germani quasdam res proprietatis nostræ concederemus. Cujus petitionibus libenter annuentes dedimus præfato monasterio S. Germani quandam villam quæ dicitur Modolaius, cum ecclesia in honore S. Petri constructa, quam Conradus comes concambiavit cum fratribus monasterii S. Germani et dote mulieris suæ Vadraldæ, quam etiam villam legime auctorari non potuit, quia fuit in fisco per bannum domini Caroli imperatoris qui dedit ipsam villam Bosoni comiti : Boso vero ob amorem et remissionem delictorum animæ senioris sui impetravit præscriptam villam apud Dominum regem Ludovicum fratribus monasterii S. Germani cum omnibus appendiciis suis et quidquid in Tornorensi comitatu de eadem villa in Albonna villa afficit, e quidquid in Autissiodorensi comitatu in villa Ticisnao et Rivisiaco pertinere videtur. Concessimus igitur fratribus monasterii præfatas res cum omnibus adjacentiis, cum silvis, pratis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, pascuis, exitibus et regressibus. Ut autem hæc nostræ auctoritatis præceptio firmam et inviolabilem semper in Dei nomine obtineat firmitatem, annuli nostri impressione jussimus eam insigniri manu propria subter signantes Datum IIII. Kalend. Febr. Indictione. X. Anno primo Domini Ludovici serenissimi regis. Actum Noviniaco civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Ex *Cartul. S. Germani Autissiod. in Chartis regum. C.* 8.)

N° 12

Don de plusieurs domaines d'Irency aux moines de S. Germain, par Charles-le-Simple.

(22 mai 900).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei rex. Si petitionibus servorum Dei libenter aurem præbemus, regiæ excellentiæ opera invitamur, ac per hoc æternæ vitæ præmia nos adepturos non dubitamus. Noverit igitur omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium præsentium scilicet et futurorum industria, quatenus adiens nostræ celsitudinis clementiam, venerabilis ac nobilissimus comes sed et fidelis noster nec-non et abbas monasterii S. Germani Autissiodorensis Ricardus nostram expetierit munificentiam, quate-

nus monachis ejusdem sacratissimi loci quasdam res ex eadem abbatia ad stipendium ipsorum monachorum et usus concederemus, mansellos scilicet viginti sitos in pago Autissiodorensis, in villa quæ dicitur Irenciacus, quos olim Walcaudus et Letardus in beneficio habuerunt. Cujus admodum salubribus atque animæ nostræ proficuis postulationibus sublimitatis nostræ aurem accomodantes, concessimus præstitulatas res eidem sacro-sancto loco, atque exinde magnitudinis nostræ præceptum illis fieri darique jussimus, per quod confirmamus easdem res usibus eorum eternaliter servituras, et nemine inquietante non abbate, nec ulla ministeriali, vel etiam judiciaria potestate perenniter eis delegando decerminns possidendas, eo utique autoritatis tenore quatenus pro suorum necessitate, quidquid ex eisdem rebus agere decreverint liberrimo in omnibus potiantur arbitrio, atque hujus largitionis sæpefati monachi digne fideliterque reminiscentes, pro nostra incolumitate, ac totius regni nostri statu, simulque dilecti et fidelis nostri Rocardi salute, pias omnipotentis Dei aures continuis precibus pulsare non desistant. Et ut hæc largitio per successiones futurorum temporum firmior habeatur, atque in perpetuum ab universis Dei fidelibus diligentius conservetur, manu propria eam subter firmantes, annuli quoque nostri impressione insigniri jussimus. Datum x. Kalend. Maii, indictione III. Anno quoque nono regnante, et redintegrante tertio Karolo serenissimo rege. Actum firmatumque Trecas civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

(Ex *Cart. S. Germ. Autiss.*)

N° 13.

Charte de Charles le Simple qui rend Mailly-sur-Yonne à l'Eglise d'Auxerre.

(14 mars 902.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia rex. Si fidelium nostrorum petitionibus aures culminis nostri inclinamus, et eas ad affectum usque perducimus, non solum regalem in eo exercemus dignitatem, verum etiam æternæ retributionis præmia inde nobis augmentari liquido credimus. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum præsentium videlicet ac futurorum sagacitas, qualiter Herifridus venerabilis Autisiodorensis ecclesiæ episcopus, quædam præcepta imperatorum et regum, Karoli videlicet imperatoris augusti et genitoris nostri bonæ memoriæ Hludovici regis nostris obtulit obtutibus, in quibus continebatur quemadmodum ipsi antecessores nostri quasdam res in pago Autisiodorensi consistentes, hoc est Malliacum, cum omnibus appenditiis suis situm super Icaunæ fluvium, holim injuste a præfata ecclesia abstractum, juste et rationabiliter reddidissent : ideoque nostram deprecatus est clementiam, quatenus super hæc eadem præcepta aliud nostræ, aut..... nostræ potestatis præceptum inde conscribi per quod decernimus atque omnino sancimus, ut sicut in illo continetur præcepto, ita et deinceps per hanc nostram succedentibus temporibus auctoritatem firmum et inconvulsum permaneat, nullo unquam successorum nostrorum id inrumpente. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtinere valeat vigorem, manu propria subter confirmamus, et annuli nostri impressione insigniri jussimus. Actum pridie Idus Martii, Indict. V. Anno X. regnante Domno Carolo gloriosissimo rege redintegrante V. Actum Compendio Palatio, in Christi nomine feliciter. Amen.

(Original aux *Archives de l'Yonne.*)

N° 14.

Fondation du Chapitre de Clamecy.

(1076 — 1084).

Notum sit cunctis sanctæ ecclesiæ fidélibus, quod cum ego Wido scilicet de Clameciaco ecclesiam S. Martini, quæ in ipso castro est ampliori servitio quam consuetum fuerat instaurandam decrevi. Itaque Willelmum consulem Nivernensem et Gaufridum épiscopum Autissiodorensem per consensum et voluntatem filii mei Hugonis conveniens, utrumque precatus sum Clameciacum venirent, et quod pro salute animæ meæ facere intenderam collaudarent; acquieverunt uterque meæ voluntati, et coram ipsis ad servitium ecclesiæ, octo canonicos stabilivi, quibus portionem eorum quæ de manu episcopi et consulis tenebam tradidi. Concesserunt etiam si illi qui a me feodati de bonis ipsorum fuerant, ecclesiæ aliquid conferre vellent, istud eis liceret et ecclesiæ jure perpetuo, nulla interveniente calumnia, possideret. Ea igitur quæ collata fuerunt ecclesiæ et canonicis ibidem ad serviendum Deo constitutis sunt ista.

Sepultura tota et quæcumque ad ecclesiam pertinent. Baptisterium et cætera.

Decimatio de Molea villa.

Item dimidium decimationis Æstivalis villæ.

Ecclesia quoque de Qunciaco cum baptisterio et sepultura et suis oblationibus.

Medietas etiam decimationis ejusdem villæ, et tota decimatio Villaris villæ.

Silvas etiam suas concessit ad usum ecclesiæ, et piscationem in Icauna.

Item milites de feodo ipsius Widonis contulerunt ecclesiæ :

Guido suum pratum quod conjacet apud Baugiacum.

Item Iterius dedit terram quæ est ultra fluvium Icaunæ.

Item dedit terram et prata apud Baugiacum.

Reginaldus Meschim dedit territorium quod habebat apud Balgiacum, laudante filio ipsius.

Wiscelinus duas areas juxta castrum.

Odo mansum unum apud Osiacum.

Anseisus presbyter et canonicus terram quæ est juxta pratum comitis, et arpennum vineæ juxtra fontem quadratum.

Wido presbyter et canonicus alodum suum contulit apud Siliniacum.

Auvinus dedit duo jugera terræ in Chaseles.

Nocherus quatuor jugera in Chaseles. Theobaldus Batlavena duo jugera sub custodia balgiaci.

Quædam fœmina nomine Sorel duo jugera ad crucem Balgiaci pro morte filii sui.

Actum est, est confirmatum publice apud Autissiodorum, in capitulo sanctæ matris ecclesiæ Autissiodorensis, præsente Roberto episcopo, successore prædicti pontificis Gaufridi.

Signum Roberti pontificis.

Adfuerunt item ad collaudandum Herveus archidiaconus Hugo præpositus

Humbaudus decanus Stephanus thesaurarius Geravdus cantor Rodolphus cancellarius

Dictum et concessum est ab omnibus, si quis hanc chartam infregerit, donec ecclesiæ et canonicis satisfaciat, sub perpetuo anathemate teneatur.

(Tirée d'une copie du xvᵉ siècle. Arch. de l'Yonne. Fonds de l'évêché d'Auxerre.)

N° 15.

Ex Legendario simul et Antiphonario Autissiodorensi scripto, ut videtur, circa annum 1270, in festo Exceptionis S. Alexandri, 14 novembris.

In beati Protomartyris Stephani ecclesiæ Autissiodorensis factum, et in quæ sanctus Alexander papa vere quiescit; hoc solo si totus audeat mundus (quod absit) contradicere, probante miraculo.

— *Miracle arrivé en sonnant le jour de la fête de S. Alexandre. — Tour de la cathédrale.*

Vigiliæ autem hujus laudes vespertinas tempus adduxerat, sed signa festiva sicut moris est qui traherent non aderant : ascensus enim arduus erat ad illa, nec valebat eo quivis facile pertingere, nisi validus esset et agilis corpore. Quapropter ecclesiæ decanus qui tunc erat, futurus utique postmodum episcopus Humbaudus nomine, vocato de minoribus clericis uno sibi homonymo, id est, ejusdem nominis, præcepit ei ut amore Sancti cujus erat festum, turrem signorum ascenderet, et laborem pulsantium adjuvaret, qui protinus obedivit et celeriter ascendit.

Turris denique illa septentrionalis juncta ecclesiæ lateri tetragona, seu quadrangula et altissima erat, habens directas in quatuor orbis partes binas fenestras ingentes et latas. Sub altera vero duarum quas Phœbus luce matutina percutiebat, ab ipso pariete egredi videbatur pertica quædam non multum grossior, verum brevior militari hasta nec erecta versus cœlum, sed velut in plano jacens per inane porrecta.

Potest etiam credi cœmeterios cum cæteras abstulissent, istam de numero vel non posse eruere, vel fessis requiem avibus sponte dimisisse. Item pertica illa supposita sic fenestræ, tamen distabat inferius ab illa fenestra, quanta est prolixi statura hominis deorsum patente profunditate immanissima.

Secus quippe fenestras interius solarium stabat constructum unde nitebantur laborantes. Illuc adoléscens amore Sancti paratus obedire pervenerat, lætusque de novitate tam excelsæ speculationis, utpote qui primo tunc ascenderat locum fenestræ vicinum et appositum libentius occupaverat, cum illico funem signi manibus invadens, et quod usus non docuerat, incaute trahens raptus est ab eodem fune flexo et corpori circumfuso, signoque recurrente raptus sublimiter tanquam saxum e tormento missum per fenestram foras vix visibiliter præ nimia vi turbatus stetit in summo perticæ, quanta ipsa est remotus a muro. Quod fuit dicimus, quomodo vere potuit esse nescimus satis dicere.

Nam quod ipsa mater natura rerum non novit facere, nos qualiter ut fiat, possumus verbis instruere. Ipsa neminem in aere concipi, neminem nasci constituit, et nostræ garrulitas quomodo valuit homo verus in eo stare docebit ?

Abeat hinc procul error. Sit semper apud nos ineffabile quidquid apud illam est impossibile. Et tamen stetit ut ita dicam in loco sine loco : nam si voluerim, non erat tamen locus hominum. Negatque ratio ut hominis dicendus sit esse locus qui vel standi non est ei locus : locus tamen hic totus minor sexta pedis parte; pedes ambos sustinuit cum toto corpore.

Tandem postquam ille in extasi non minus temporis quam recitata cœpit oratio dominica perstitisset, sanctissimus fons misericordiæ Christus, sicut exposito morti per totum miraculum Salvator affuit, ita liberatur a periculo gratia boni papæ non defuit.

Unde mox et quid ageret divinitus est inspiratus, et velut oraculum consolationis e cœlo transmissum. Nam a vecte summo in quo stabat tam immotus quidem et tranquillus, quam ab ipsa tuitione vere angelica custodibus eundem de quo ceciderat funem a sociis sibi porrigi dato vix leviter indicio postulavit, et sane per fenestram regreditur.

(Has novem Lectiones exscripsi ex parvo quodam Anario Autiss. prædicto, 1724.)

N° 16.

Introduction du culte de S. Mammès dans l'Eglise d'Auxerre par Hugues, autrement dit Rainard de Bar-sur-Seine, évêque de Langres.

(An 1079.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Hugo Lingonensium, Dei gratia episcopus et dominus, divinitus inspiratus et ea videlicet dilectione ammonitus, qua unumquemque christianum uti nosmetipsos diligere et amplecti præcipimur, manifestum iri volo tam futuris quam præsentibus quod Autissiodorensibus fratribus ad servitium Deo et ecclesiæ protomartyris ascriptis et ascribendis, condescendendo compatiens et compatiendo subvenire desiderans, eorum non injustis nec aspernandis...... acquiescere misericorditer disposui et disponendo misericordius adquievi. Illud igitur simoniacum et abominabile Deo et universis catholicis commercium vitantes, decimas omnes, et omnes proprios redditus ecclesiæ Sancti-Simphoriani sitæ in villa quæ *Marol* vulgari vocabulo nuncupatur, prædictis fratribus gratis et absque omni recompensatione remisimus et concessimus, retinendo tamen census et paratas, reliquasque consuetudines et infractionum satisfactiones quæ nullo modo jure ecclesiastico vel a nobis impendi vel ab illis recipi potuerunt, has scilicet et hujusmodi alias si quis violentus hostiliter atrium invaserit, et invadendo fregerit ac violaverit, vel si infra continentiam totius parochiæ aliquid non committendum injuste commiserit, non inde cuiquam nisi nobis duntaxat vel successoribus nostris respondeat, vel satisfaciat. Præterea prædictarum rerum tam remissionem quam concessionem eo tenore, et nos fecimus... nobis factam alios sic intellect...... studio cogitavimus, quatenus in uno quoque anno sextarium olei ad illuminandam capellam Sanctæ-Mariæ quæ est in turri persolvatur, ad hoc tantummodo ne ecclesia nostra jus proprium a se alienare videatur, insuper festum Sancti-Mammetis apud matrem ecclesiam B. Stephani tam cum propriis responsoriis quam cum hymnis et lectionibus celebriter et festive agatur et veneretur, et eo ipso die prædicti fratres supradictæ ecclesiæ canonici de prædictis bonis quæ eis concessimus communiter in refectorio copiose in prandio epulentur, ac plene in cœna recreentur, quatenus solemnitas nostri martyris gloriosius celebretur. Illud etiam insuper apud gratiam eorumdem fratrum et humiliter implorando impetravimus, et impetrando inviolabiliter permansurum in perpetuum obtinuimus, quatenus anniversarium meum per singulos annos plenissime ... qui mihi tanquam.... episcopis tam per missarum sacro-sanctarum exequiarum divina officia. Actum Lingonis publice in synodo, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septuagesimo nono, indictione secunda.

Signum Hugonis episcopi, S. Amaldrici Tornodorensium archidiaconi, S. Goscelini archipresbyteri, S. Bernardi archipresbyteri, S. Rodulfi archipresbyteri, S. Norgaudi canonici, S. Widonis canonici et magistri scolarum.

(Tiré d'une ancienne copie.)

N° 16 bis.

Exemption de droit de Péage à Gien accorcordée à l'abbaye de S. Benoît-sur-Loire, par Hervé seigneur de Gien.

(1087.)

Omnia que temporaliter fiunt temporaliter transeunt, idcirco nequaquam duximus incongruum ut que a morsu oblivionis illesa servare volumus litterarum apicibus annotemus. Notum sit ergo tam presentibus quam futuris quod ego Herveus Gionensis dominus ad remedium anime

mee do in perpetuum monachis Sancti-Benedicti totum pedagium quod accipere solebam de vino et annona et universis aliis rebus suis per terram seu aquam, ad usum eorum deferendis. Preter hec concedo eis pedagium de lignis et lapidibus undecunque transferendis vel deferendis ad usum ecclesie et omnium domorum suarum pertinentibus, per terram seu aquam. Pro hac itaque donacione ceperunt me monachi in . . . . . . et vigiliis et orationibus eorum. Et inde concesserunt se facturos anniversarium patris mei Gaufridi de Dongione quod est in sexto calendas februarii. Hoc concessit Guillelmus primogenitus meus, et Philippus et alii heredes mei. Hujus rei testes sunt ex parte mea Goffredus de Dongione, Hugo pater ejus, Ferricus Faldibriensis de Altrico. Robertus de Aseio, Andreas Gubertus, Stephanus de Boniaco, Nicholaus Baudris, Hugo de Altrico, Andreas Chal. Andreas Goaud, Stephanus Pullardus.

Factum est hoc regnante Philippo rege francorum; Anno ab incarnatione domini millesimo octogesimo septimo.

(Collationné par Chartier, notaire royal.)

(Tiré du Cartulaire de S. Benoît-s.-Loire, Arch. du Loiret.)

N° 17.

Catalogue du clergé de l'église d'Auxerre,

Tel qu'il était à trois colonnes en la cathédrale, l'an 1100, sous l'évêque Humbaud, tiré d'une feuille de la fin du Nécrologe, qui avait été écrit environ cent ans auparavant, et qui est conservé parmi les manuscrits de la bibliothèque Colbert, passés dans celle du roi, Ms 5253, f° 62 r°.

« Ordo Vicarius exigit ut Domnus Ill. hac hebdomada missarum officium publice » celebret. Ill. Evangelium legat. Ill. Chorum provideat. Ill. Epistolam pronun» tiet. Ill. in capitulo legat. »

Hæc sunt nomina canonicorum hujus sanctæ ecclesiæ.

Unbaldus episcopus.
Tagerius sacerdos.
Valterius sacerdos.
Johannes sacerdos.
Varinbaldus.
Rodulfus sacerdos.
Macarius.
Girardus.
Raynaldus.
D. . . . .
Hugo præceptor.

Item aliunde.

Rodbertus Edituus.
Willermus.
Warinus.
Theodericus.
Hugo.
Litaldus.
Johannes abbas Sancti-Amatoris.

Item Diacones.

Rotfridus archid.
Alvalo.
Harduinus.
Alfredus.
Leotericus.
Valterius.
Valterius.
Constantinus.

Item aliunde.

Geraldus præcentor.
Lambertus.
Isenbardus.
Iterius.
He. . . . .
Laudo.
Ro. . . . .
Gozelinus.
Johannes.
Guibertus.

Item subdiacones.

Rotbertus.
Odo.
Arnulfus.
Girardus.
Gotfridus.

Item aliunde.

Hugo præpositus.
Vilencus.
Calo. . . .
Clarus.
Hugo.
Stephanus.
Hugo.
Gotfridus.
Atto.
Eriveus.
Blainus.
. . . .
. . . .
. . . .

En tout 52 chanoines ou environ

Il y a dans le Glossaire de Ducange au mot *nonnus*, une Table à peu près semblable des officiers de Mont-Cassin. *Vicarius Ordo postulat, ut in hac futura hebdomada, nonnus Amicus Missam, etc.*

L'église d'Auxerre observe toujours la même formule ci-dessus, *Ordo Vicarius*, et un enfant de chœur en fait la lecture les vendredis matin au chœur et dans le Chapitre. On n'en a retranché que le lecteur du Chapitre, depuis qu'on n'y prend plus de repas.

N° 18.

Notice sur le territoire de Crisenon, sous Humbaud Evêque d'Auxerre, vers l'an 1110.

Ne litis hujus occasio ex verborum mutatione resurgere posset in posterum, litterarum veritati commisimus, quo fine tandem abbatum Vizeliacensis et Molismensis controversia de alodio de Crisenon, ad concordiam sedata sit coram domno Odalrico, romanæ ecclesiæ cardinali presbytero, et coram Autissiodorensis episcopo, tertiam partem ejus alodii, quæ dicebatur de jure domni Iterii, quam in via Jerosolymitana moriens, dimissise probatum fuerat monasterio Vizeliacensi, et monasterio Caritatis, quia sic antea judicatum fuerat coram domno Ricardo Albano episcopo, romanæ sedis tunc legato, abbas Molismensis in pace dimisit utrique pretaxato monasterio, quod ut firmius esset inter abbates, definitum est et fuit ut reliquas duas tercias ejus allodii, quarum unam, id est, domni Hugonis, jam se possessione tenere dicebat Molismensis, alteram, id est, Narjaudi, quam impositione pecuniæ firmabat se occupasse non inquietare, et Vizeliacensis, nisi canonico judicio Molismenses tinde privari contigerit. Quia vero allodium illud inter fratres illos certis finibus divisum non fuerat, et tertia pars ecclesiæ et officinarum quas Molismenses construxerant, cedere videbantur in jus monasteriorum Vizeliaci et Caritatis; a cardinali statutum, et ab utraque parte concessum est, ut secundum dispositionem episcopi, et archidiaconi et thesaurarii. nec non et Sigmari decani Sancti-Petri darent Molismenses censum, vel terræ commutationem, ut officinæ cum monasterio, ecclesia et viridario sic eis manerent immota, quod si Vizeliacensi ingredienti, possessionem suam opposita fuerit calumnia tanquam per Molismensem ante fuerit impedita Vizeliacensis possessio, vocatus Molismensis, si se coram episcopo inde purgare non poterit, oportebit eum restituere ad pacem, cujus ad se judicio episcopi tollere non poterit interturbationem.

(Ex *Tabul. Molism.*)

N° 19.

Lettre de la fondation de l'Abbaye de Bouras, par Hugue-de-Til et Alexis de Monte-Onisio.

(An 1120.)

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus quod ego Hugo de Tilio et ego Alexis de Monte-Onisio pro redemptione animarum nostrarum damus atque concedimus Deo et B. Mariæ et fratribus Boni-radii quicquid habemus plani et nemoris inter cheminum quo tenditur Nivernis Autissiodorum, et illud quo itur a Charitate ad Varziacum usque ad Vadum-Fracte. Similiter illud damus territorium quod est apud grangiam Boni-radii sicut metis et limitibus terminatur. Præterea in omni potestate Campilemii bestiis pascua, porcis alimenta et omnia usuaria quotiescumque voluerint jure perpetuo sumant. Hujus rei testes sunt Hugo Autissiodor. episcopus, Hugo Pontiniacensis abbas, Gaufridus abbas Boni-radii, Willermus Nivernensis comes, Manfredus monachus, frater Simon, conversus, magister Guilbertus Universalis, Herveus de Totodia, Renaldus-Grossus de Novo Castro, Jocellus de Monte-Onisio, Paganus præpositus de Nova-villa, Alerinius præpositus de Campomilii, et Michinus filius ejus, Gauterius Hiems, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo, Ludovico regnante; Willelmo comite Nivernensi principante.

(Scellé d'un sceau avec les pendans de cuir où est représenté un cavalier.)

N° 20.

Autre lettre concernant la fondation de l'abbaye de Bouras, donnée par Geoffroy de Donzy.

(An 1120.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Gaufridus de Donziaco dono et concedo monachis Sanctæ-Mariæ Boni Radii Caviniaco, totum planum et les essart usque ad cheminum levatum quo tenditur ab Interannis Autisioderum. Concedo etiam monachis ne amplius villa vel mansio rusticorum habeatur. Hujus donationis testes fuerunt: Seguinus de Chailno. Odo de Sailliaco, Gaufridus de Faia prepositus, Daudus de Caviniaco. Hujus donationis confirmatio facta est in manu domini Hugonis Autissiodorensis episcopi atque ejus confirmationis. Testes sunt isti: Hugo Autissiodorensis episcopus, Hugo abbas Sancti-Laurentii, Dimericus abbas Ville-Gondonis Hugo decanus Sancti-Petri, Hugo archipresbiter, Arnaudus monachus, Rainaldus cosmet..... Guido de Luchiaco, Gaufridus Malemens, Actum est hoc anno incarnationis domini M° C° xx°. Regnante Ludovico Trancorum rege. Wilelmo Nivernensi comite principante.

(Arch. de la préfecture de l'Yonne, Cartul. de Bouras, écrit au 17ᵉ siècle.)

N° 21.

Traité de Guillaume, comte d'Auxerre, avec Gervais abbé de Saint-Germain, sur leurs droits réciproques dans le bourg et château de S. Germain.

(An 1121.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notitiæ præsentium et futurorum commendatum sit qualiter, ego Willelmus, Nivernensis comes, vel quo fine querelas quas habebam adversus S. Germani Autissiodorensis cœnobii ecclesiam per manus Hugonis Autiss. episcopi, cum Gervasio prædicti cœnobii abbate pacificaverim. Calumniabor res latronis in burgis castelli Sancti-Germani capti, et habere cum ipso latrone volebam. Amodo autem latronem habebo sicut habere solebam, res vero ejus quæ in burgis eisdem erunt, nec calumniabor, nec requiram; sed si forte homo meus liber vel servus in latrocinio in burgis castelli Sancti-Germani captus fuerit, et de eo clamor ad præpositum S. Germani venerit, præpositus S. Germani, et qui clamorem fecerit, capitale suum cum rectitudine habere fecerit, et justitiam suam ad præpositum pertinentem inde cœperit. Quod si ego, vel homines mei latronem illum, hominem videlicet meum et res suas habere voluerimus, et a præposito S. Germani petierimus : si præpositus nobis reddiderit suscipiemus; sin autem quomodo non perdamus quæremus. De latrone quoque qui mihi vel hominibus meis redditus fuerit, sic pro posse nostro fideliter providebimus, ne malum inde ecclesiæ S. Germani contingat : mensuras vero annonæ, et vini quas in burgis S Germani, non tantum in castello, calumniabar in pace S. Germani ecclesia deinceps possidebit, sed mensuræ castelli et burgorum S. Germani mensuris meis æquabuntur, et si postea quam æquatæ fuerint, aliquis eas falsificaverit, sicut supra scriptum est de latrone, ita fiet de earum falsificatore. De infracturis, de assutibus de seditionibus, de inventis, quæ ego calumniabar in burgis castelli S. Germani, sive in viis publicis, quæ in burgis sunt; sicut burgi comprehenduntur domibus, curtilibus, olchis, quam faciebam calumniam dimitto, excepto quod si homini aliquid forisfactum fuerit, homo meus capitale suum cum rectitudine habuerit, et ego meam rectitudine habuerit, et ego meam rectitudinem ad me pertinentem. In placito generali, de hominibus meis qui in burgis castelli S. Germani, vel in terra ejus, quæ est sub muro civitatis habitant, ultra sex denarios monachi de ditiore non accipiant. Consuetudo vero lignarii a singulis a quibus accipitur semel in annos accipiatur, tempore quod monachi elegerint. Quando autem vinum meum per bannum vendi faciam, tribus diebus in castello S. Germani vendere voluerit vendat. Custodes vero banni mei maneant in locis illis in quibus manserunt tempore Willermi consulis avi mei. Guarennam autem leporum quam feceram in perpetuum dimittam. Has autem querelas et calumnias supradictas quas ego adversus ecclesiam S. Germani faciebam juraverunt homines S. Germani decem : Ingelbertus præpositus, et alii novem sequentes, quod Willermur comes, avus meus, neque per rectitudinem, neque per consuetudinem eas habuerat, et ego eas dimitto. Sciendum quoque quod propter has dimissiones; et has pacificationes, neque ego adversus ecclesiam S. Germani perdo, vel ecclesia S. Germani adversum me perdit hominem, vel fœminam, vel terram, vel usum, vel consuetudinem, exceptis supradictis querelis et calumniis quas ego dimitto. Laudant hoc uxor mea comitissa Adalaïda, et filius meus Guillelmus. Testes hujus rei sunt; Hugo abbas Pontiniacensis, (et alii XII qui scribuntur in carta.) Actum est hoc Autisiodori, anno incarnati Verbi, M. C. XXI indictione XIIII, regnante rege Ludovico, anno regni sui XIIII.

(Ex *Cartul. S. Germani*, f° 40.)

N° 22.

Restitution de l'Eglise d'Augi aux chanoines de S. Pierre d'Auxerre, par l'évêque Hugues de Montaigu.

(An 1123.)

In nomine sanctæ Trinitatis, ego Hugo Autissiodorensis episcopus, officii commissi non immemor, religiosis videlicet locis, non solum amissa restituere, verum etiam quæ nunquam habuisse noscuntur conferre debere, horum inquam non immemor : ecclesiæ S. Petri Autissiodor. de Ponte, et canonicis inibi regulariter Deo servientibus, do vel potius reddo, et concedo ecclesiam S. Mauritii de Algiaco, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus, oblationibus, scilicet decimis, terris, censu et cæteris omnibus quæ cuncta juris predictæ ecclesiæ S. Petri olim fuisse, et virorum antiquorum relatione, et kartarum attestatione feruntur. Ut autem donacio jam dictæ ecclesiæ Algiaci, quam consilio et rogatu amicorum et filiorum nostrorum canonico-

rum inferius scriptorum ecclesiæ S. Petri fecimus, rata perpetuo et inconcussa permaneat, prefatæ donationis kartam episcopali auctoritate confirmamus, nostrique munimento sigilli eam corroborantes munimus. Cui donationi hii testes et laudatores affuerunt, Ulgerius præpositus, Rotgerius Archidiaconus, Stephanus Decanus, Gofridus cantor, Jonas lector. Lambertus sacrista, Goscelinus cellararius, Atto camerarius, Fulco et Ebrardus canonici, Rainardus archipresbyter, multique alii.

Actum est hoc publice Autissiodori, anno ab incarnatione Domini, millesimo centesimo vicesimo tertio, nostri vero episcopatus octavo, regnante Lugdovico Philippi filio, rege Francorum.

(Ex. *Tab. Mss. S. Petri Autiss.* — Arch. de l'Yonne.)

N° 23.

Charte de l'évêque Hugue de Montaigu, par laquelle il fait don à l'abbaye Saint-Germain de l'église de Saint-Fargeau et ses dépendances. A la suite est transcrite la bulle du pape Calixte II, qui accorde au même prélat le droit de disposer en faveur des chanoines réguliers, de certaines églises qui avaient été usurpées par des laïques et lui confirme celui de régir toutes les autres églises de son diocèse.

(An 112[illegible].)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum sit tam præsentibus quam futuris quum ego Hugo Autisiodorensis episcopus dono ecclesiæ et monachis Sancti Germani in manu domni Gervasii ejusdem loci abbatis, ecclesiam de Sancto-Ferreolo et quicquid ad eandem pertinet æcclesiam : decimam quoque ipsius æcclesiæ quandocunque eam de manu illorum qui eam tenent adquirere poterunt, eis similiter laudo et concedo. Hujus donationis laudatores simul et testes existunt Rotgerius archidiaconus, Stephanus decanus, Lambertus Ollanus, Rainaldus abbas Vizeliaci, Hugo abbas Pontiniaci, Julianus abbas Fontismensis, Rainaldus archipresbyter, Benedictus archipresbyter, Gauterius archipresbyter, Desiderius capellanus Sancti-Lupi, Hubertus et Stephanus monachi socii mei. Et ne quis futurorum seu præsentium aliquam huic donationi quolibet modo possit sive conetur inferre calumpniam, privilegium domini papæ Calixti quo mihi æcclesias diocesis nostræ sicut mihi visum fuerit ordinandi licentiam tribuit, subscribere placuit.

CALIXTUS episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni Autisiodorensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Religosis fratrum nostrorum desideriis non solum favere, sed ad ea ipsorum debemus animos incitare : desideras siquidem frater karissime ut quædam episcopatus tui ecclesie ad honorem Dei per ejus gratiam regulariter ordinentur. Nos itaque bone voluntati tue paterno congratulantes affectu, tibi licentiam indulgemus in commissis tibi ecclesiis, in quibus videlicet clerici seculares sunt, canonicos regulares vel monachos religiosos de ecclesiis parrochie tue regulariter ordinandi. Preterea magnam de tua religione fiduciam obtinentes, liberam, tibi dictante justicia, concedimus facultatem conferendi ecclesiis regularium fratrum canonicorum sive monachorum, in tua parrochia existentium, ecclesias quasdam quas injuste laici consueverant obtinere. Ad hec fraternitate tue canonicam majoris ecclesie ordinationem ac dispositionem nec non et ceterarum episcopatus tui ecclesiarum auctoritate sedis apostolice confirmamus. Ut videlicet tam ecclesie quam monasteria debitam tibi tanquam patri et magistro reverentiam prorsus exibeant, sicut etiam tuis catholicis predecessoribus exibuisse noscuntur. Si quis autem adversus hec audaci temeritate prerumperit donec satis fecerit, ecclesiastice subjaceat ultioni. Datum Cluniaci IIII nonas januarii, indictione XIII.

Facta est hec donatio Autissiodori, anno millesimo centesimo XX^mo IIIe, indictione prima, regnante Ludovico rege Francorum.

(Pièce autrefois scellée du sceau de l'évêque. Préfecture de l'Yonne, fonds S. Germain, publiée dans la *Gallia Christiana*, t. XII.)

N° 24.

Confirmation à l'abbaye de Molême par le chapitre d'Auxerre, des églises du diocèse qu'elle tenait des Evêques Robert et Humbaud.

(An 1126.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis : notum fieri volumus nos ecclesiæ S. Stephani Autissiodorensis canonici, videlicet Ilgerius prepositus, Stephanus decanus, Gaufridus cantor, aliique nostræ ecclesiæ canonici, quia venerunt ad nos Guido abbas ecclesiæ Molismensis, et quidam alii honesti ejusdem ecclesiæ monachi petentes, et debita et fraterna caritate rogantes, quatenus ecclesias in Autiss.

episcopatu sitas quas tempore Roberti Autissiodorensis præsulis, et Humbaudi ejus successoris tenuerant et habuerant, ecclesiæ Molismensi perpetua possessione habendas laudaremus, et scripto nostro confirmaremus : quorum petitionem benigne et caritative suscipientes, ecclesias omnes Autissiodorenses temporibus prædictorum episcoporum ab ecclesia Molismensi habitas et possessas eidem ecclesiæ perpetua possessione habendas laudamus, et scripto nostro confirmamus. Sunt autem hæ ecclesiæ : Ecclesia Nantriaci, ecclesia S. Moderati, ecclesia Naaliaci, ecclesia Lissiaci, ecclesia Crisennonis, ecclesia Luchiaci. Hujus autem rei testes sunt supradictæ personæ, Hato, Erveus, Gauterius, Joannes, Gislebertus, Agano, Joscelinus, Willelmus, Gaufridus, Rodulphus, Robertus, Petrus. Factum est hoc Autissiod. in festivitate revelationis S. Stephani, in capitulo ipsius, in præsentia Hugonis Autissiodorensis præsulis, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo sexto, Ludovico Philippi filio rege, Willelmo consule, Jona cancellario.

(*Ex Tabul. Molism.*) (1).

N° 25.

Don de l'église de Sougères, au diocèse d'Auxerre, à l'église de Saint-Père, par Hugues de Montaigu, évêque d'Auxerre.

(An 1130.)

Officii nostri sollicitudine commonemur, ut ecclesiasticas facultates ecclesiæ servitoribus et maxime regulariter viventibus, largiri debeamus. Qua ergo ratione commonitus Hugo videlicet Autissiodorensis episcopus, Hugoni ecclesiæ S. Petri Autissiodorensis decano, et successoribus ejus, fratribusque in eadem ecclesia sub regula S. Augustini canonice communiterque viventibus, trado et concedo ecclesiam S. Petri de Sueriis, cum omnibus quæ ad eam pertinent, salvo tantum jure episcopali, absque omni calumnia perpetuo possidendam. Hoc autem donum facimus, amicis et filiis nostris quorum nomina infra scripta sunt laudantibus et persuadentibus, hujusque concessionis testibus existentibus, Rogerio scilicet archidiacono, Jona, benedicto ac Gautherio archipresbyteris, Lamberto sacrista, Goscelino cellerario, et cæteris quampluribus.

(1) Il y a une autre charte du même évêque à cette date et pour le même objet, dans la Gallia Christ. t. XII.

Ut igitur donum superius denominatum firmum inviolabiliter et ratum perpetuo habeatur, sigilli nostri autoritate præsens cyrographum roborari præcepimus.

(Ex Tabul. S. Petri Autiss.)

N° 26.

Article curieux concernant la dotation du monastère de Fontemoy sur les limites du diocèse d'Autun, et transféré presque en même temps à Regny, diocèse d'Auxerre.

(An 1130.)

Notum sit omnibus tam contemporaneis quam posteris nostris, quod quidam miles nomine Adam, filius Hugonis Judicis de Nuceriis, solebat tenere quasi hereditario jure tertiam partem decimæ agriculturæ Fontismensium fratrum, quæ videlicet decima pertinere videbatur ecclesiæ de Jugis : sed venerabilis pater Stephanus Æduensis episcopus, cum in ipso Fontismensi monasterio ordines quodam tempore celebrasset, hoc est sabbato post Pentecosten, et celebratis jam ordinibus ad propria remeare cœpisset, accidit ut ipse Adam in comitatu ejus esset, quem cum de relinquenda ipsa decima episcopus multum adhortatus esset, tandem hæc inter eos conventio firmata est, ut Adam prædictam tertiam partem decimæ Fontismensibus fratribus relinqueret vel donaret, et insuper quicquid de reliquis duabus partibus adquirere posset. Episcopus vero ei propter hoc triginta soldaret. Tunc Adam de equo suo descendens, et accepto uno ex lapidibus in via jacentibus, dedit in manum episcopi in signum et confirmationem hujus relictionis sub præsentia horum testium, Siguini archidiaconi, Lamberti capellani, Oberti archipresbyteri, Landrici de Prayaco.

Deinde ipsum lapidem ad Fontismense monasterium Adam ipse afferens, obtulit super altare dans loco illi et habitatoribus ejus prædictam decimam, et accipiens in capitulo, per revestituram cujusdam libri, societatem et participationem loci illius velut in recompensationem hujus doni, præsentibus his testibus Gaufrido de Montenesione et Landrico de Prayaco. Post aliquos dies apud Villam de Nuceriis concesserunt hoc ipsum et confirmaverunt uxor ipsius Adæ nomine Regina et duo filii ejus Hugo et Matheus præsentibus his testibus Milone de Nuceriis, Gaufrido Becardo milite, Andrea majore, Gualterio Bono amico de Tornodoro, Guidone Besentio, Bernuino milite, Guarnerio de Nin-

triaco, Nargoto presbytero. Inde habuerunt prædicti filii Adæ quinque solidos.

(Ex majori Codice Regniacensi, fol. xij.)

N° 27.

Charte de Hugues de Mâcon, évêque d'Auxerre, attestant la donation faite par Hugues le Manseau, aux moines de Villegondon.

(An 1131.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Hugo Autissiodorensis episcopus, notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod dominus Hugo Mansellus, pro sua, suorumque parentum animabus, dedit Deo et Beatæ Mariæ et domno Heimerico de Villari-Gundonis, suisque successoribus, aisentias totius terræ suæ tam planæ quam nemorosæ, et usus omnium nemorum suorum, ad omnia animalia sua nutrienda, ad ædificandum, ad calefaciendum, et consuetudines omnium servientium suorum et quicquid ibi invenerint abbatiæ suæ necessarium, vasa videlicet apium et glandes et faginam, et omnem pasturam omni tempore, sine pasnagio, sine pedagio, et sine teloneo; concedente Beatrice uxore sua; vidente etiam et concedente Willermo venerabili Nivernensium comite, per manum nostram. Et ne aliquis instinctu diabolico impulsus hanc elemosinam calumpniare presumeret, prædicti Hugonis-Manselli, testium nomina subscripsimus, et presentem cartam sigilli nostri auctoritate munivimus. Testium nomina sunt hec : Pavo de Sancto-Ferreolo, et Lambertus nepos ejus, Guido de Luchi et Briendus filius ejus, Guido de Liernai, et Trossellus filius ejus, Constantinus Bastardus, et Bastardus filius ejus, Odo præpositus ejus, Iterius præpositus noster et Rainalgus et Nargotus filii ejus, Garinus cellararius ipsius, Rainerius de Malatracia; Passaguert, Nicolaus camberlanus ipsius. Actum publice anno Domini M. C. XXXI, Hugone Autissiodorensem episcopatum tenente; regnante Ludovico rege Francorum, Willelmo Nivernensium comitatum tenente.

Concessit etiam prænominatis fratribus, eorumque successoribus Hugo Mansellus, coram suprascriptis testibus, quicquid de feodo suo acquirere poterint, ita quod casatos suos non amittat. Si quis autem hanc nostræ institutionis paginam temere perturbaverit, ammonitus si non resipuerit, usque ad satisfactionem condignam excommunicationi subjaceat (1).

(Tiré de D. Viole, manusc., n° 127, II, f° 77 r°.)

N° 28.

Vidimus *des Bulles d'Innocent II, données à Auxerre, en faveur du Prieuré de Saint-Amatre nouvellement érigé.*

(An 1131.)

Universis præsentes litteras inspecturis : Officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Noveritis nos litteras inferius annotatas non cancellatas, non abolitas, non in aliqua sui parte viciatas vidisse et diligenter inspexisse in hæc verba. Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Hurrico priori et fratribus ecclesiæ sancti Amatoris quæ in Autissiodorensi suburbio sita est, regularem vitam professis, in perpetuum. Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est ut beneplacentem Deo religionem laboremus statuere et stabilitatem exacta diligentia conservare. Proinde, dilecti in Domino filii, venerabilis fratris nostri Hugonis Autissiod. episcopi religionis siquidem et pauperum amatoris, cujus annuente studio et diligenti sollicitudine in vestra est ecclesia religio instituta, precibus inclinati, vestris rationabilibus postulationibus annuimus, et ecclesiam Sancti-Amatoris in qua divino vacatis servitio, apostolicæ Sedis suffragio communimus. Imprimis utique statuimus ut in eadem ecclesia secundum B. Augustini regulam, ordo canonicus perpetuis temporibus conservetur. Et nullus ibi nisi secundum eandem regulam canonicam vitam professus, canonicus substituatur. Quascumque præterea possessiones, quæcumque bona in præsentiarum juste et legitime possidetis, aut in futurum concessione pontificum liberalitate principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant; in quibus hæc propriis nominibus duximus annotanda : ecclesiam videlicet Sancti-Petri de Cavannis et duas capellas in eadem parrochia, capellam videlicet de Orgiaco et capellam de Villa-Ferreoli cum decimis et pratis et ecclesiam Sancti-Martini de Lano-Sicco cum appendiciis suis et quicquid in ecclesia sanctorum Gervasii et

(1) A la suite est une charte de même nature et de la même année, donnée par Savaric de Saint-Verain et ratifiée par Aremburge, sa femme, Leterle et Gibaud, ses fils.

Prothasii juris habetis (1), decimas etiam de tribus clausis vinearum quas prædictus frater noster Hugo Autissiodorensis episcopus in vestra parochia noscitur possidere. Nihilominus decimam de clauso Sancti-Salvatoris qui est Casteneti vobis confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam ecclesiam tenere, perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profectura, salva nimirum in omnibus diocesani episcopi reverentia ac justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu-Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu-Christi, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius catholicæ ecclesiæ Episcopus.

Datum Autissiodori per manum Emerici sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, octavo kalend. octobris, indictione decima, Incarnationis Dominicæ anno 1131, pontificatus vero Domini Innocentii II papæ, anno secundo. Quod autem in prædictis litteris vidimus contineri, de verbo ad verbum transcribi fecimus et sigillo curiæ Autissiodor. sigillari. Datum anno Domini 1286, die veneris post æstivale festum beati Nicolai; et inferius appensum est sigillum officialatus Autissiodor. ex cera viridi cum membrana duplici.

(1) *Nota* que ce que le couvent de S.-Amatre possédoit à Saint-Gervais lui avoit apparemment été donné par l'Évêque Angelelme. Cet évêque donna tout Pourein à son église cathédrale; il falloit donc qu'il ôtat Taiein à Saint-Amatre, lequel est peut-être le lieu que saint Didier Évêque y avoit donné, et en récompense il donna, à Saint-Amatre, des droits à Saint Gervais dont il avoit été abbé.

N° 29.

Translation de l'abbaye de Fontemoy, située dans le diocèse d'Autun, à Regny, situé dans celui d'Auxerre, approuvée par le Pape Innocent II étant à Auxerre.

(An 1131, 13 décembre.)

Innocentius episcopus, servus servorum Dei : Dilecto filio Stephano Regniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Æquitatis ratio postulat neminem alterius possessionis pervadere, sed unumquemque suo jure et dignitate propria contentum esse. Quamobrem dilecte in Domino fili Stephane abba, quoniam Regniacensis abbatia, cui, Deo autore, præsides in Altisiodorensi parochia procul dubio sita est, te a professione quam venerabili fratri nostro Stephano Æduensi feceras, et obedientia quam promiseras apostolica auctoritate absolvimus. Præcipimus autem ut venerabili fratri nostro Hugoni Altisiodorensi episcopo, ejusque successoribus tam tu quam tibi substituendi abbates, tanquam proprio episcopo obedientiam et reverentiam humiliter deferatis. Porro Fontumensis locus cum bonis suis licet in Æduensi parochia situs sit, integre tamen sub jure et dominio Regniacensis abbatiæ consistat. Data Altissiodori, idibus decembris.

(*Tiré des archives de Regny.*)

N° 30.

Vérification des premières donations faites à l'abbaye de Crisenon.

(An 1134.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Hugo Autissiodorensis episcopus, et ego Ebrardus Molismensis abbas, et ego Willelmus Nivernensis comes, convenimus Crisennoni propter quasdam dissentiones quæ emerserant de priori ordinatione sanctimonialium quæ de Juliaco Crisennoni advenerant, et de donis possessionum ejusdem monasterii; ibique aliarum religiosarum personarum, et sæcularium consilio et deliberatione, secundum testimonium eorum qui priori ordinationi atque donationi interfuerant, controversiam definire decrevimus. Testimonium autem eorum tale fuit : Domnus Guido Molismensis abbas assensu et voluntate capituli sui concessit prædictis sanctimonialibus locum Crisennonis cum omnibus ad eundem prioratum pertinentibus libere et quiete, et sine omni exactione, jure perpetuo possidendum, nihil

sibi ibidem retinens præter providentiam et curam animarum, et ne forte monasterium monachorum multitudine gravaretur, tres aut quatuor tantum ibidem commanere diffinitum est. Iterius vero de Tociaco, laudantibus matre Ermengarde, et Stephano fratre ejus, et Hugo de Tilio laudaverunt quidquid antecessores sui eidem monasterio pro eleemosyna contulerant, donantes et ipsi ex parte sua quidquid proprium habebant in insula qua Baicola et Icauna clauditur, et quicquid ibi ab aliis jure adquirere sanctimoniales poterunt, piscaturam etiam utriusque fluminis in proprios usus ejusdem monasterii concesserunt quantum insula tenet, ipsa piscatura sibi in proprios usus propriarum personnarum suarum tantummodo reservata. Concesserunt etiam sanctimonialibus proprium in suis habere ministrum, ita libere, ut per nullum eorum ad justitiam veniret, neque ipse, neque aliquis de mercenariis earum, nisi prius in ipsis justitia remaneret. Hujus rei testes et retroactores? Hugo abbas Pontiniacensis, Gaufridus Borracensis, Stephanus Fontismensis, Goscelinus decanus, Hugo de Tilio, Iterius de Tociaco, Hugo de Mellenniaco, Arnaudus de Tociaco. Hujus retractationis testes et auditores : Albericus abbas Virziliacensis, Gervasius abbas S. Germani, Hugo de Crano, Renardus monachus, Hugo decanus S. Petri, Hurricus prior S. Amatoris, Gaufridus cantor S. Stephani, Atto archipresbyter, Herveus capellanus, Belicius clericus comitis, Rodulphus de Tociaco, Renaudus de Varsiaco, Humbertus de Talaia, Duranus de Fouvent, Humbaudus præpositus Autissiod. Gimabertus et frater ejus Renaudus Morellus.

Hæc autem facta sunt, anno ab incarnatione Domini M. C. XXXIV. Innocentio papa, Lodovico rege Francorum.

(*Ex Tabul. Crisen.*)

N° 31.

Notice d'une charte sur la terre de Diges.

(An 1142.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, amen. Quoniam minuitur tempore memoria, et rebus gestis longevitate succedit oblivio, ad reparandum, seu conservandum ejusdem memoriæ bonum divina providendia præsidium concessum est litterarum. Harum proinde utentes beneficio posterorum utilitati consulimus, dum res nostro tempore gestas venturæ ætati per præsentia scripta transmittimus. Noverint igitur præsentes, noverint et futuri, quod quidam miles de Tociaco, Rainaldus de Narbona, quidquid in silvis et nemoribus adjacentibus potestati S. Germani quæ Digia dicitur, tam ipse quam homines sui habebat et clamabat, injuste se habere et clamare recognovit, et jus ecclesiæ esse assuerit, atque in præsentia comitis Nivernensis, et eorum qui aderant Deo et B. Germano guerpivit, et ab hominibus suis ubicumque locorum sint, et a seipso quieta deinceps fore spopondit. Laudaverunt hoc factum filii ipsius Renardi Willelmus, Walterius, Humbaldus, Rainaldus. Hugo. Insuper simul cum patre promiserunt, ut quicumque deinceps hoc pactum aliquo modo transgredi, mutare, infirmare calumpniari voluerit, se omnem omnium calumpniam sedaturos, et in omni loco legitimam garantiam se portaturos. Habuit autem exinde inde Rainaldus tredecim libras Autis. monetæ. Actum publice Autisiodoro, in curia comitis Nivernensis, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo, Innocentio papa secundo præsidente, Ludovico rege, Willelmo consule, Hugone præsule, Gervasio abbate. Hujus rei testes sunt ex parte abbatis Hugo de Til, et alii novem subsequenter in carta conscripti. Item Garnerius Præpositus S. Germani, et alii tres similiter in carta conscripti. Ex parte Rainaldi, Walterii filius ejus, et alii duodecim, multique alii.

(*Ex Cart. S. Germani*, f° 55.)

N° 32.

Union de l'église de S. Pélerin à celle de S. Père, par Hugues de Mâcon, évêque d'Auxerre.

An 1143.

Præcedentium patrum exempla nos ammonent religiosorum studia semper ad meliora provehere, et ne quies eorum infestatione aliqua perturbationibus pateat, sagaci diligentia providere. Ea propter ego Hugo Autissiod. episcopus contentiones quæ inter regulares ecclesiæ B. Petri suburbii Autissiodorensis, et presbyterum ecclesiæ S. Peregrini oriri solent, de altrinseca adversum se invicem vindicatione parrochialis juris, modum imponere decrevi; cui siquidem malo, quia de diversitate parochiarum nasci videtur, nullo melius remedio quam earumdem unione obviandum est : tuis igitur, dilecte fili Duranne, quem in præfata B. Petri ecclesia priorem constituimus, et omnium concanonicorum tuorum petitionibus annuentes, ecclesiam B. Peregrini, quæ de mensa nostra est, et ad episcopii nostri jus

pertinet, cum omnibus ad eam pertinentibus, decimis scilicet, oblationibus, sepulturis, necnon et domo quæ parieti ejusdem ecclesiæ contigua est, tibi cæterisque concanonicis tuis, et omnibus vobis in perpetuum ibidem canonice successuris, jure perpetuo possidendam concedimus; eamque, ecclesiæ vestræ atque parochiæ, deinceps inseparabiliter unimus. Sed quoniam superius vobis concessa, uti jam dictum est, de mensa nostra fuisse noscuntur; communi omnium vestrum assensu et concessione triginta solidos cum decem libris ceræ annuatim pro censu in suprascriptis ecclesiis B. Petri atque Peregrini nobis retinuimus; et similiter stationem quæ canonicis S. Stephani singulis annis pro ecclesia B. Peregrini debetur. Sciendum autem quod terræ S. Peregrini, præter supradictam domum presbyteri et ecclesiam, extra hanc concessionem, censumque habentur; de quo nimirum censu quia super utramque S. Petri scilicet atque S. Peregrini ecclesiam conceditur; si mihi vel successoribus inferetur injuria, super utramque ecclesiam usque ad satisfactionem congruam, congrua et eadem secundum culpam ponetur sententia. Hujus rei testes sunt Stephanus abbas de Regniaco, Gaufridus abbas de Rupibus, Guillermus abbas S. Martini, Rainaudus archidiaconus, Goscelinus decanus, Gaufridus cantor, Guillelmus medicus, Andreas de Baldamento, Ato archipresbyter, Petrus archipresbyter de S. Salvatore, Belinus canonicus, Sabaricus canonicus, Stephanus Bunio, Guido Orphanus, Humbaudus Pistor, Petrus Dives. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M. C. XLIII. Innocentio II Pontifice, regnante Ludovico rege Francorum et duce Aquitanorum, Guillelmo consule.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 33.

Accord entre le Chapitre de Clameci, et le curé ou chapelain de cette ville, fait en présence d'Hugues de Mâcon, évêque d'Auxerre.

(An 1143.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Hugo Autissiodorensis episcopus, notum fieri volo quod canonici Clameciacensis cum capellano suo in præsentia nostra venerunt, ibique quid capellanus in ecclesia Clameciaci deinceps possideret, me laudante, statuerunt.

Statutum est quod capellanus quæcumque Paramonarius in ecclesia et insuper dimidiam præbendam, quæ cum Paramonario partita erat, haberet post dimissionem etiam canonicorum : pro infirmis usque ad duodecim nummos potest ei dimitti. Mortuorum vigiliæ suæ erunt, defunctorum etiam præsens missa sua. De visitatione, de baptismo et de peris totum ipsius erit : de communione, absque Paschali, quæ fiet in ecclesia, suum erit. De relevationibus vero mulierum quidquid ipsa obtulerit suum. De nuptiis prandium habebit. Confessiones pariter præter Quadragesimales suæ erunt. Officium autem capellani tale erit : primam missam parochialem cantabit, et unum denarium habebit, si fuerit. Vesperas parochiales in quadragesima cantabit, cruces et pœnitentes ducet, ad synodum veniet, et de proprio se procurabit. De procuratione nostra archidiaconi, archipresbyteri, in dispositione nostra et ipsorum erit. Capellanus autem nuntios nostros, et ministerialium nostrorum procurabit. Ipse autem et Paramonarius quem ponere debet, quod res ecclesiæ fideliter tractabunt, sacramentum facient. Hujus rei testes sunt, Rainaldus archid., Ato archipresb., Bernardus de Monte-Regali, Gaufridus capellanus; Herveus presbyter, Petrus Clameciacensis. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio; regnante Ludovico rege et Aquitanorum duce, Hugone episcopo Autissiodorensi, Guillelmo Nivernensi comite, Hugone cancellario.

(*Tiré de la Copie écrite par un Notaire.*)

N° 34.

Donation par Gibaud de S. Verain, à l'abbaye de Bouras, de droits d'usage dans la forêt d'Epine-Noire.

(An. 1144.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Gibaudus de Sancto-Verano, concedente fratre meo Rainaldo, dono atque concedo pro redemptione animæ meæ, Deo et Beatæ Mariæ et fratribus Boniradii, in nemore quod vocatur Nigrum Spinetum, in ceteris meis illæ patriæ nemoribus et plana terra omnia usuaris. Insuper etiam si sine herede legitimæ mulieris obiero, prefati nemoris scilicet Nigri Spineti concedo jure perpetuo fundum. Hoc donum in capitulo Boniradii solempniter est factum et super altare oblatum. Apud Clamiciacum vero in presencia Hugonis Autissiodorensis episcopi est confirmatum. Testes hujus rei Iterus de Ravellon, Guido viccomes, Rainaldus de Aula, Gau-

terinus de Veterone, Guido de Voisna, Willermus Chacebo, Joscelinus de Amaisi, et Simon frater ejus, Willermus de Aono, Harduinus de Bosco, Salo de Monte, Willermus de Sorge, Ricardus de Sancto-Germano, Willermus Brune et Gauterius frater ejus, Isembardus Cornut, anno ab incarnatione Domini M. C. XLIIII, indictione VII, Ludovico Francorum regnante, Willermo Nivernensi comite principante.

(*Archiv. de la préfecture de l'Yonne, cartul. de Bouras*, XVIIe siècle.)

N° 35.

Charte de Guillaume II, comte de Nevers, en faveur des Premontrés nouvellement établis à sa prière, à Auxerre, et placés, par l'évêque, d'abord dans l'église de Saint-Marien, puis dans le monastère de Notre-Dame.

(An 1144.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, digna memoratu scripto commendare decrevit antiquitas, ne vitæ brevitate et labili hominum memoria detur iniquis pervertendi facultas. Quapropter ego Willermus Nivernensis comes, notificandum propono tam futuris quam presentibus, quia petitione mea, Autisiodorum adductis fratribus a Premonstratensi ecclesia ad basilicam beati Mariani, per consilium donni Hugonis Autisiodorensis episcopi, contuli sustentationi eorum suorumque successorum in perpetuum, ob remedium animæ meæ et amicorum meorum, terram certis limitibus diffinitam, in loco quem vulgus Vetera Prata appellare consueverat, nunc autem ipsi fratres cognominant Capellam. Dedi etiam molendinum sub stagno meo, cujus edificium et excursus aquæ est in terra Sancti-Germani, pro annuali censu sex nummorum ad Gurgi, villico ipsius sancti, intra octabas kalendarum octobris persolvendorum. Factum est autem assensu Ailleldis comitisse uxoris mee, filiorumque nostrorum, Willelmi et Rainaudi, per manum Hugonis predicti episcopi, in presentia Gaufridi Charnotensis pontificis et donni Bernardi Clarevallensis abbatis; et Rainerus predictorum fratrum primus abbas, ab ipso episcopo Hugone, donum suscepit. Quia vero prefata ecclesia Sancti-Mariani omni libera possessione carebat, preter hoc solum nostrum benefitium, quod eis sufficere non poterat, ab eodem episcopo translatis ipsis fratribus ad monasterium sancte Dei genitricis Mariæ, quod edificavit beatus Vigilius, ut eis concesseram ratum in perpetuo promisi. Ut ergo sic legitime factum inconvulsum permaneat, scriptum sigilli nostri impressione confirmavi, subsignatis testibus qui huic secundæ collaudationi interfuerunt, quinta feria in capite Jejunii, Autisiodorensi castro, ante basilicam beati Albani. Sunt autem hii testes : Rainaldus archidiaconus, Hugo nepos comitis, Willelmus de Nerbona, Roscelinus de Sancto-Briccio, Ulricus de Laigneiaco et Milo decanus, Hugo de Merleigniaco, Seguinus de Turricula, Gaufridus de Vilers, Arnaudus de Toceiaco, Girardus de Nerbona, et Gaufridus filius ejus, Seguinus Grossus, Robertus prepositus, Evrardus de Laigneiaco, Petrus Benedictus, Andreas coquus, Bovo et Rainaldus bersatores. Actum est hoc anno incarnationis dominice M. C. XLIIII, jam transacto anno tercio quo prima hujus doni facta est traditio.

(Pièce scellée du sceau du comte de Nevers à demi brisé, figurant un cavalier, la lance à pennon sur l'épaule et le bouclier de la main gauche. — *Archives de l'Yonne, fonds S. Marien.*)

N° 36.

Charte d'Ithier, seigneur de Toucy, relative à la donation qu'il a faite à Geoffroi, son neveu, abbé de Roches, et à cette abbaye.

(An 1147.)

Notum sit omnibus, tam præsentibus, quam futuris, quod ego Iterius Tociacensis Dominus, pro redemptione animæ meæ ac parentum meorum, Elisabeta uxore mea laudante; concedo ecclesiæ beatæ Mariæ de Rupibus, fratribusque ibidem in perpetuum Deo servientibus, Gaufrido meo nepote, ejusdem loci tunc abbate, pasturas omnium nemorum meorum quæ sunt in Poiseia, et hoc quod possident apud Sucium, sicut septum est de sarreis et palitio : tali tamen conditione, quod terra intra septa prædicti loci sita, ad ortum faciendum excoli possit, remotis frumento et ejusmodi segetibus : hac iterum ratione, quod a prima die maii, usque ad festum S. Germani, animalia prædictorum fratrum viam de Fraxinea, sicut trames de Blanello illam dividit, non transibunt versus S. Ferreolum. Concedo eis preterea pasnagia omnium nemorum meorum usui porcorum suorum ubique libere, et absque omni exactione possi-

denda. Actum est hoc, anno quo Iherusalem perrexi, in aula mea apud S. Ferreolum : istis videntibus, R. abbate de Callovio, G. abbate de Rupibus, Oberto ejusdem loci monacho, Henrico et Bernardo præpositis; Nargodo de Crux, Herberto de Degin, Tecelino, Symone Gallo, Oberto, Stephano de Missi, Petro de Neus, Odone de Miciclis, Margero. Et ut hoc donum firmius a successoribus meis teneatur, impressione sigilli mei, et Domini Hugonis Autissiodorensis episcopi scriptum confirmo.

(*Ex Tabul. abb. de Rupibus.*)

N° 37.

Bulle d'Eugène III, concernant l'abbaye de S. Laurent.

(An 1147.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei : dilectis filiis Hugoni abbati ecclesiæ beatorum Laurentii et Hilarii de abbatia ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, canonicam vitam professis in perpetuum. Ad hoc nobis a Deo pastoralis cura commissa est ut bene placentem Deo religionem modis omnibus laboremus statuere et statutam exacta diligentia conservare. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub B. Petri et apostolica protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc nominatim duximus annotanda. Ab Hugone videlicet bonæ memoriæ Altissiodorensi episcopo, suisque prædecessoribus, sicut ejusdem episcopi scripto continetur, ecclesiam beati Eusebii Altissiodorensis, ecclesiam S. Mamertini præfatæ ecclesiæ S. Eusebii subditam, ecclesiam Sancti-Cirici de Coslun, ecclesiam Sancti-Simphoriani de Traciaco, ecclesiam Sancti-Domnoleni confessoris , ecclesiam Sancti - Martini de Tronciaco, ecclesiam Sancti-Quintini Martyris, ecclesiam Sancti-Martini de Garchiaco, ecclesiam Sancti-Symphoriani de Curte, ecclesiam beati Petri de Domno-Petro, ecclesiam Sancti-Juliani de Tauriaco. Præterea ecclesiam Sancti-Simeonis, salvo jure infirmorum, ecclesiam de Tillio, salvo jure Altissiodorensis episcopi. A canonicis autem Sancti-Cirici Nivernensis ecclesiæ sicut eorum scripto continetur, ecclesiam sanctorum confessorum Lupi et Gildardi cum omnibus ad ipsam pertinentibus, quæ bonæ memoriæ Hugo tertius Nivernensis episcopus eis concesserat. Id quoque Nivernenses canonici statuentes ut si aliquis eorum se ad eandem ecclesiam in arctiori vita Deo serviturus transferret, vitæ gratia præbendam quam apud eos habuerat, donec viveret, retineret. Præbendam vero quam in monasterio S. Mariæ in depositione alicujus fratrum suorum per trigenta dies habebant, eidem Sancti-Gildardi ecclesiæ concesserunt. Item ex dono præfati Altissiodorensis episcopi annualia canonicorum Sancti-Stephani. A Leodegario autem Bituricensi episcopo ecclesiam Sancti-Hilarii de Gondiliaco. Hugo denique bonæ memoriæ Nivernensis episcopus, præfatæ ecclesiæ Sancti-Gildardi concessit, ecclesiam de Urziaco domum cum pomario, terram, prata et cætera quæ Bruno canonicus possederat, et ecclesiam sancti Martini de Odilonevilla. Item Fromundus præfati episcopi successor præbendas integras Nivernensium canonicorum quocumque modo ipse eas habere desinerent, eidem ecclesiæ per annum habendas concessisset, nisi forte apud S. Martinum quis eorum vitam mutaverit, ibi enim in vita sua præbendam habebit, post mortem vero ad canonicos Sancti-Gildardi per annum, ut diximus, præbenda ipsa transibit. Præterea ecclesiam de Albiniaco præter id quod in ea habent monachi de Diana. Stagnum quoque cum molendino juxta eandem ecclesiam; domum quæ fuit Hugonis canonici Sancti-Cirici. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat jam dictam sanctorum Laurentii et Hilarii ecclesiam temere, perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profuturis, salva sedis apostolicæ autoritate, et diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertioveque monita : si non se congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Je-

su-Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu-Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, amen, amen, amen.

(*Ex Tabul. S. Laurentii.*)

N° 38.

Accord sur les biens de Lignorelles, entre les Seigneurs de Maligny et Gervais abbé de Saint-Germain.

(An. 1148.)

Ego Hugo Autissiodorensis ecclesiæ dictus episcopus, notum fieri volo, tam præsentibus quam futuris, quod Iterius de Melliniaco, et Willelmus, et Anselmus, fratres ejus, querelam contra Gervasium abbatem S. Germani habebant, pro quodam censu quem Joannes de Casellis monachus S. Germani, monachicum habitum suscipiens, Deo, sanctoque Germano contulerat, dicentes hunc censu prædictum Joannem a se in casamentum tenuisse, quod idem Joannes omnino denegabat. Hanc igitur querimoniam idem Iterius confratribus Deo sanctoque Germano in perpetuum guerpivit. In manu mea fide sua firmavit, nunquam hanc deinceps a se vel ab aliquo hæredum suorum repetiturum, nec aliqua occasione deinceps de hac re aliquid calumniaturum. Quædam etiam terra erat apud Linerolias, quam idem ipse Iterius calumniabatur. Hanc quoque B. Germano sicut Milo major ejusdem villæ prius viaverat, ac postmodum Iditius filius ejus in perpetuum guerpivit, et pro hoc guerpillo quadraginta solidos a præfato Gervasio abbate accepit. Promisit etiam si deinceps aliqua calumpnia de hac re ab aliquo oriretur, legitimam garentiam ecclesiæ S. Germani se portaturum. Hoc guerpillum laudavit Odo de Villi, ad quem sicut et ad istos eadem calumnia pertinebat. Hujus rei testes sunt ex parte Domini episcopi, Gaufredus Nivernensis episcopus, Rainaldus archidiaconus, Gaufredus capellanus, Landricus de Draciaco, Willelmus Nivernensis comes, Adam de Marchia; ex parte abbatis Gervasii, prior Guillelmus, et reliqui decem qui numerantur in carta. Ex parte mulitum, Daimbertus de Selleniaco, et reliqui quinque qui numerantur in carta. Actum publice in domo episcopali, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo.

(*Ex Tabul. S. Germ.*)

N° 39.

Préface d'un petit ouvrage d'un moine anonyme contre les Juifs.

(An 1148.)

Gloriosissimo Nivernensium comiti frater, devotissimam salutationem. Judaïcæ gentis perfidiam, quam vobis cognovi modis omnibus esse detestabilem, mihi quoque sciatis nimium existere onerosam. Præcipue vero ex hoc mirabiliter indignatus sum, quod eos aliquando audivi ausos esse quæstiones quasdam de circumcisionis suæ superstitione contra vos movere. Quorum versutam dolositatem, licet credam, naturali quadam ingenii vestri vi confutatam, tamen et ego ipse pro viribus volo in Domini mei Jesu-Christi inimicos ex parte mea impetum facere, eosque specialis zeli fervore succensus, gladio Spiritus, quod est verbum Dei invadere, sciens talem pugnam certaminis plurimum Deo gratam esse. Ad destruendam ergo fallacem eorum de circumcisione controversiam, opusculum quoddam, annuente Deo, composui, cujus initium, verso folio, in alterius partis pagina invenietis. Vale.

(*Ex Ms. xiij. sæc.*)

N° 40.

Don de l'église de Cours, diocèse de Langres, à l'église de Saint-Père d'Auxerre.

(An 1149.)

Notum volumus fieri, tam futuris quam præsentibus, quod ego Hubertus Lingonensis ecclesiæ decanus, omnesque archidiaconi, Goscelinus scilicet, atque Fulco, Pontius atque Garnerius et Ulricus Sanctorum Geminorum præpositus, qui vicem Tornodorensis archidiaconi gerebat, atque conventus totius capituli dilecto fratri, Amico nomine, decano ecclesiæ S. Petri sitæ in suburbio Autissiodorensi, suisque fratribus ibidem regulariter viventibus, ecclesiam de Curte villa, in honore S. Petri fundatam, diu desertam et incultam, cum omnibus ad eam pertinentibus, salvo videlicet episcopali jure Lingonensi, per manum Domni Gauterii Cabilonensis episcopi, qui vice Domini Godefridi Lingonensis episcopi peregrinantis sanctam synodum celebrabat, in perpetuum concessimus. Acta sunt hæc in civitate Lingonensi, anno ab Incarnatione Domini, M. C. quadragesimo nono.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 41.

(An 1149.)

Notum volumus, fieri tam præsentibus quam futuris, quod ego Godefridus Lingonensis ecclesiæ episcopus, ecclesiæ B. Petri Autissiodorensis, et Amico ejusdem ecclesiæ decano, ejusque successoribus ecclesiam Curtæ villæ donavi et concessi, salvo jure et consuetudinibus Lingonensis ecclesiæ. Hujus autem rei testes sunt, Theo decanus Tornodorensis, Milo decanus de Lesiniis, Hamco canonicus de Chableia, Petrus de Baina, Robertus de Rufi, Benedictus de Vinna.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 42.

Ex Codice manuscripto cujusdam Pontificis Angli (ac forte S. Thomæ Cantuariensis, qui Pontiniaci plurimos transcripsit: in quo continentur Catalogi Præsulum variarum Sedium Galliæ, nunc in Bibl. Regia, ex Colbertino cod. 3969, *qui videtur pertinuisse ad Henricum Huntindon Anglum.*

(An 1150.)

Nomina episcoporum Autissiodorensium, qui fuerunt quinquaginta quinque, quorum triginta duo fuerunt sancti, et quatuor ex ipsis triginta duo fuerunt martyres, reliqui viginti tres fuerunt simpliciter episcopi. Hoc cognovimus ex catalogo Pontificum illius ecclesiæ, quem quidam presbyter noster ad nos attulit. Quod vix aut nunquam in alio episcopatu invenies tot sanctos episcopos in uno episcopatu fuisse

J'ai remarqué en tenant ce catalogue, qu'il finit par Hugues de Montaigu et Hugues de Mâcon, qui ne sont pas dits Saints; ce qui marque qu'il fut écrit vers l'an 1150. *La continuation, après une lacune, est d'une main bien postérieure.*

N° 43.

Accord par devant Hugues de Mâcon, évêque d'Auxerre, entre Gervais, abbé de Saint-Germain, et Geoffroy de Donzy, au sujet de Diges.

(An 1151.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis : Ego Hugo Autissiodorensis dictus episcopus, et præsentibus et futuris notum fieri volo, quod controversia pro salvamento novi burgi de Digia, inter Gervasium abbatem S. Germani, et Gaufredum Donziacum, diu habita, hoc modo fuerit ventilata. Idem etenim Gaufridus in eodem novo burgo qui tempore Domni Gervasii abbatis ædificatus est, sicut in cetera potestate Digiæ, quæ extra firmitatem ejusdem villæ est, salvamentum annonæ et nummorum calumniabatur. Prædictus tamen abbas illud quia contra rationem videbatur, reddere nolebat. Quo defuncto, tempore Domni Arduini abbatis loco illius succedentis, sic tandem controversia illa finem accepit. Auditis etenim utriusque partis allegationibus et judicibus, ex more, in partem segregatis, judicio definitum est : quod si Arduinus abbas, et monachi S. Germani duos aut tres idoneos testes haberent, qui tempore antecessorum Domni Gaufredi, burgus absque salvamenti redditione semel aut secundo usu, et consuetudine augmentari vidissent, et hoc juramento probarent, nisi Dominus Gaufredus eis rationabiliter contradiceret, eorumdem probationem acciperet, et de cætero de salvamento illo ecclesiam S. Germani in pace dimitterit; ita tamen ut sine spontanea voluntate ipsius vel hæredum ejus, burgi firmitas deinceps non dilatetur. Quia vero testibus Bononi, scilicet Mareglerio et Rodulpho de Oleriis non contradixit, eorum probationem accepit. Decretum est etiam quod si illi de Vergerio inde calumpniam fecerint, Dominus Gaufredus, seu successores ejus abbati, et capitulo S. Germani garentiam jure et rationabiliter portabunt. Verum quia huic placito non interfui, Arduinus abbas, et ipse Gaufredus ante me venerunt, quod factum fuerat recognoverunt et concesserunt, et ut sigilli mei impressione cartam munirem rogaverunt. Quod autem ante me recognitum fuit et concessum, laudavit capitulum S. Germani, et B.... uxor Gaufredi, et duo filii ejus, Herveus scilicet et Gaufredus. Hujus rei testes Stephanus abbas Regniaci, Gaufredus abbas de Rupibus, et viginti novem alii subsequenter in carta conscripti. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo, Eugenio papa præsidente, Ludovico rege Francorum et duce Aquitanorum, Theobaudo Blesensium comite, Willelmo Nivernensi comite, Hugone cancellario.

(*Ex Chartul. S. Germani.* fol. 55 r°.)

N° 44.

Permission donnée par l'évêque Alain, à un clerc qui a construit une chapelle dans le bois de Beletain, paroisse de Venoy, d'y célébrer la messe.

(An 1155.)

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod quidam clericus Ingolrannus nomine, construxit capellulam qnandam in bosco de Beletano, in Parochia de Venneio; et quia ecclesia de Venneio ad jus S. Germani Autissiodorensis noscitur pertinere, nequaquam prædictus Ingolrannus, in ipsa capellula missam celebrare, et divinum officium agere poterat sine licentia Domini Autissiodorensis episcopi, et assensu abbatis et monachorum S. Germani. Tandem ergo dominus Alanus Autissiodorensis episcopus, assensu et voluntate domini Arduini abbatis S. Germani, concessit eidem Ingolranno ut in ipsa capellula missam, et divinum celebraret officium, salvo per omnia jure matricis ecclesiæ de Venneio. Quod si postea locus iste creverit, ecclesia de Venneio, et oblationes, et decimas, et quicquid ad jus parochiale pertinet, ibidem per omnia habebit.

(*Ex Cartul. S. Germani Autiss. cap.* 34.)

N° 45.

Don de quatre serfs d'Orgy, à l'abbaye Saint-Germain.

(An 1155.)

Ego Hugo, Dei gratia, Senonensis archiepiscopus, et Alanus eadem gratia episcopus Autissiodorensis, ego quoque Willelmus Nivernensis comes : omnibus notum esse volumus et præsentibus et futuris, quod Agano de Narbona, et duo fratres sui milites, Girardus et Gaufredus, quatuor fratres, Stephanum, Arnaldum, Joscerium, Josmerium, filios Gaufridi Moun, qui eorum servi erant et habitabant in terra S. Germani Autissiodorensis apud Orgiacum super Belcham, pro amore Dei in eleemosymam concesserunt et dederunt eidem ecclesiæ S. Germani in perpetuum possidendos, et ex parte prænominatorum militum quietos et liberos ab omni jugo servitutis, eo scilicet pacto, quod nec ipsi, nec eorum hæredes in prædictis servis, aut hæredibus eorum, vel etiam in ipsorum rebus aliquid alterius reclamarent. Promiserunt etiam prædicti tres fratres, quod adversus omnem calumpniam, garantiam hujus doni portabunt. Quod donum Willelmus Senonensis archidiaconus, et Herveus præpositus laudaverunt prædictæ ecclesiæ, et concesserunt. Et quoniam jam dicti milites fratres eorum erant, rem acceperunt in manu, et se ferre juste garantiam spoponderunt. Habuerunt idem fratres pro hac donatione, ab Arduino abbate S. Germani, quinquaginta et quinque libras Aurelianensis monetæ. Ut autem rei pleniorem haberet eadem ecclesia firmitatem, sigillorum nostrorum auctoritate et impressione quod factum fuerat fecimus roborari.

(*Ex Tabul. S. Germani Autiss.*)

N° 46.

Lettre de l'évêque Alain attestant le don de deux hommes de Venoy, fait à l'abbaye Saint-Germain.

(An 1155.)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus-Sancti. Ego Alanus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, notum fieri volo omnibus tam futuris quam præsentibus, quod Oderius miles, cognomento Capellus, duos homines quos de feodo nostro apud Venetum habebat, Sansonem videlicet et Garinum cum omni familia eorum, Deo, et B. Germani monasterio dedit, ob remedium animæ suæ, et parentum suorum. Venerabilis autem Arduinus ejusdem monasterii abbas contulit ei de beneficio ecclesiæ viginti sex libras Autissiodorensis monetæ. Hoc a nobis laudatum est, et ab uxore ejus Nazarea, et filiis Hugone, Gerardo, Clerico, Huone, Gaufredo, Josberto. Testes vero sunt hujus rei : de clericis, Guillelmus decanus Autissiodorensis et G. presbyter Senonensis, et septem alii in carta nominati.

(*Ibidem.*)

N° 47.

Sentence des évêques de Langres et d'Auxerre au sujet de la justice de l'abbaye de Regny sur le territoire de Fontemoy, à l'occasion de pièces de cuivre nouvellement découvertes.

(An 1157.)

Godofridus, Dei gratia, Lingonensis, Alanus Autissiodorensis episcopi : omnibus in perpetuum. Noverint præsentes et posteri quod discordiam quæ inter fratres Regniacenses et Milonem de Noeriis agitabatur, ex mandato Domini papæ convenientes in unum communi utriusque partis assensu, compositione amicabili studuimus terminare. Siquidem calumpniabatur idem Milo contra prædictos fratres in finagio

grangiæ ipsorum de Fontesmeis in terra quæ dicitur Sancti-Petri suas esse debere inventiones et justitiam, quod abbas et fratres Regniacenses minime recognoscebant. De hac igitur re talis extitit nostra sententia, quod domus prædictorum fratrum et eorum clausuræ, et ortus et virgulta et quidquid infra clausuras ipsorum continetur, omnino liberum est, et ab omni justitia et exactione penitus absolutum. Quicumque vero in prædicta terra Regniacensi, vel intra, vel extra clausuras per mandatum abbatis vel fratrum suorum laboraverit, aut perexerit, sive mercenarius eorum, sive quilibet alius homo, nihilominus ab omni justitia et exactione ab omni homine liber existit. Quod si forte quispiam eorum aliquid invenerit vel forisfecerit in prædicta terra, Regniacensium erit inventio, nec ad alium pertinet emendatio forisfacti, nec propter hoc vel ipsi vel homines alicui respondere cogentur. His autem omnibus exceptis, extra prædictos Regniacensium terminos in aliis hominibus dominus de Noeriis suam poterit exercere justitiam et inventa retinere. Si vero in prædicta terra fur deprehensus fuerit, et abbas seu fratres de Regniaco reddendum eum ad sæcularem decreverint potestatem, non alii quam domino de Noeriis furem reddere debent, nec ipsi tamen cogentur eum reddere si non placet. Hujus rei testes sunt Lambertus Cisterciensis, Willelmus de Maceriis abbates, Rainaudus Autissiodorensis archidiaconus, Landricus canonicus, frater Angelerius Cisterciensis, et frater Giflebertus Clarevallensis monachi. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo.

(*Ex Archiv. Regniac.*)

N° 47 bis.

Lettres d'Adrien IV, qui commet les évêques ci-dessus.

(1154-1159.)

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Lingonensi et Autissiodorensi, salutem et apostolicam benedictionem. A parte filiorum nostrorum Stephani abbatis et fratrum monasterii de Regniaco conquestionem accepimus, quod Milo de Nugerio cuprum quod in terra ipsorum inventum est per violentiam detinet occupatum. Asserit enim se in terra illa inventiones habere unde et injustas ibidem querit exactiones, quas nec ipse, nec antecessores ejus ullo tempore habuerint. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus prædictum Milonem infra viginti dies post susceptionem præsentium litterarum studeatis diligentius convenire, ut inventum cuprum absque dilatione restituat, et injustas exactiones in eadem ecclesia exercere nulla ratione præsumat, vel in præsentia vestra super his justitiæ eis exhibeat complementum, alioquin in eum excommunicationis sententiam proferatis, et terram ipsius non differatis supponere interdicto. Datum Laterani idibus decembris.

(*Ex Archiv. Regniac.*)

N° 48.

Accord de Guillaume comte d'Auxerre, avec Arduin, abbé de Saint-Germain, pour des serfs.

(An 1159.)

Ego Guillelmus comes Nivernensis: notitiæ præsentium et futurorum tradere curavi, quod querela fuit agitata inter me, et Dominum Arduinum abbatem S. Germani Autissiodorensis, de filiis vel hæredibus Garini, qui cognominabatur Bibe sanitatem. Ego autem, cum diligenter inquisissem de jure B. Germani, vel meo, quicquid in eis requirebam totum donavi et guerpivi Deo, et B. Germano, pro salute animæ meæ, et antecessorum meorum, laudantibus et consentientibus uxore mea Ida, et et filio meo Guillelmo jam milite. Hujus rei testes sunt, magister Stephanus de Puntis, clericus meus, cum aliis qui nominantur in carta. Ex parte domini abbatis, Stephanus celerarius S. Stephani, et cæteri qui similiter nominantur in carta. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo quinquagesimo nono, Adriano papa præsidente, Ludovico rege Francorum, Henrico Trecensium comite, Alano pontifice Autissiodorensi.

N° 49.

L'évêque Alain et son Chapitre, donnent aux religieux de Saint-Eusèbe le droit d'annate sur chaque prébende vacante.

(An 1159.)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Non debet multis precibus laborare, qui quod pium est desiderat impetrare; ideoque ego Alanus, Dei gratia Autissiodorensis episcopus, capitulum B. Stephani, petitioni tuæ, reverendissime nobis in Christo, Hugo abba ecclesiæ BB. Laurentii et Hilarii de Abbatia, benignum dandus assensum concedenter tibi et ecclesiæ tuæ, videlicet B. Eusebii in eleemosyna, ut quoties in ecclesia nostra canonica va-

caverit, quacumque occasione vacaverit, omni exclusa exceptione, totiens ex quo vacasse dignoscitur usque ad unius anni circulum, ecclesia tua redditus canonicæ ex integro habeat; et ut ecclesiæ tuæ in perpetuum rata permaneat ista nostra donatio, in præsenti cartula fecimus eam scribi, et cartulam sigillo proprio, et sigillo capituli nostri muniri. Hujus rei testes, Willermus decanus, Rainaudus archidiaconus, Gaufridus cantor, Germanus subcantor, Hugo lector, Landricus de Dracy, Robertus Stephanus d'Escan, sacerdote, Savericus camerarius, Petrus de Varzy, Gaufridus Gemellus, Anselmus, Robertus de Divione...... diaconi, Ulricus de Legny, Josbertus de Prilly, Stephanus Rabi, Siguinus subdiaconi. Quicumque autem contra hanc piam nostram institutionem temerario ausu ire præsumpserit, nos eum auctoritate Dei, et nostro vinculo anathematis innodamus, donec condigna satisfactione pœniteat. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo quinquagesimo nono, Ludovico rege Francorum, Willelmo Nivernensi consule, Hugone cancellario.

(*Ex titulo Ms. autographo latente in prioratu S. Eusebii Autiss., integro in membrana et sigillis.*)

N° 50.

Donation de Guillaume, comte d'Auxerre, de Villeneuve Saint-Salve, et remise des droits de Diges à l'abbaye de Saint-Germain.

(An 1161.)

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, S. matris ecclesie filiis, quod ego Willelmus Nivernensis comes eleemosynam illam, videlicet medietatem Noveville cum appendiciis suis, que sita est in Bosco de Tul, quam pater meus pro remedio anime sue, Deo et B. Germano Autissiodorensi donavit, laudo et concedo ecclesie S. Germani, absque omni calumpnia, jure perpetuo possidendam. Propter hoc ego Willelmus comes, filius ejus ad honorem Dei, et salutem anime sue, ut de peccatis et negligentiis suis, meritis et intercessionibus beati Germani et aliorum Christi sanctorum, inter quorum corpora in eadem requiescit ecclesia, veniam consequatur ecclesie B. Germani, et monachis Deo ibidem in perpetuum servituris, qui pro reatibus suis intercessores semper existant, hospitationem illam quam in burgo et potestate Digie habebam penitus dimisi et sine omni reclamatione in eternum guerpivi; dedi etiam ecclesie B. Germani hominem quemdam, nomine Petrum Scotum, cum heredibus suis. Preterea donavi ad largissimam monachorum inibi commorantium refectionem panis et vini generalis, et pidancie piscium in die anniversarii sui, sexaginta solidos de meo censu S. Gervasii, de quibus statui ut crastina die S. Remigii annuatim persolvantur. Ne autem hoc, aut temporum vetustate, aut alicujus hominis perversitate immutaretur, aut penitus deperiret, litterarum mearum adnotatione, et sigilli mei impressione signavi. Hujus rei testes sunt, Hugo Senonensis archiepiscopus, Alanus episcopus Autissiod. Guido prepositus S. Stephani, Guillelmus decanus, Stephanus cellerarius, Guarnerius senescallus, Opo de Rogeio, Stephanus de Petra-Pertusio, Atto prepositus S. Germani, Andreas major de Escanno. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centisimo sexagesimo primo, regnante Ludovico

(*Ex cartul. Ms. S. Germani Autiss. in Camera, cap. 3, f. 62*).

N° 51.

Don du bois de Tul ou de Tuleau au Chapitre d'Auxerre, par le comte de Nevers.

(An 1161.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guillelmus comes Nivernensis, notum fieri volo tam presentibus quam futuris S. matris ecclesie filiis, quod canonci B. Stephani Prothomartyris, in bosco de Tul, usuarium suum habebant, et placuit patri meo boscum hebergiare, et sic factum est. Canonici vero usuarium quod in predicto bosco habebant, tali modo amiserunt. Unde ego Guillelmus comes filius ejus valde pertimescens, ne anima patris mei pro tali facto periclitaretur, aut aliquod damnum incurreret, quicquid habebam a via qua itur ad stagnum usque ad Monestal, videlicet boscum, atque justitiam, et quicquid ibi habebant totum memoratis canonicis B. Prothomartyris Stephani, sine aliqua retentione donavi, et in perpetuum possidere concessi. Ut autem hoc ratum et inviolabile firma stabilitate permaneat, litterarum mearum annotatione, et sigilli mei impressione signavi. Hujus rei testes sunt, Hugo Senonensis archiepiscopus, Alanus Autissiodorensis episcopus, Guido prepositus S. Stephani, Guillelmus decanus, Stephanus cellerarius, Garnerius seneschallus, Odo de Pogeyo. Actum est hoc Autissiodori, anno ab Incarnatione Domini, millesimo

centesimo sexagesimo primo, regnante Ludovico piissimo rege Francorum.

N° 52.

Charte en faveur de l'Abbaye de Regny, où sont nommés plusieurs lieux du diocèse d'Auxerre aux environs de la paroisse de Sougères.

(An 1163.)

Ego Alanus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, notum fieri volo tam presentibus quam futuris, quod Gibaudus de S. Verano, et frater ejus Rainaldus concesserunt et laudaverunt per manum Radulphi venerabilis abbatis de Fonteneto, presente Theobaldo abbate de Scarliis, et Willelmo ejusdem loci quondam abbate, tunc monacho Fonteneti, et Gaufrido de Monte-Regali, et Rainaldo de Ratille militibus, Deo et B Marie de Regniaco, et Ascelino abbati ejusdem loci et fratribus ejus in perpetuum, quicquid fratres illi acquisierant in terra de Toire, sive proprium in manu eorum, sive de casamento eorum esset, perceptis per hoc quingentis solidis, et equo uno; et gistum quod ad censum dederunt pro dimidio modio avene annuatim persolvendo, deportandoque ad Sanctum-Veranum, inter festum S. Remigii, et Natale Domini, et reddendo eis ad mensuram que tunc temporis, cum hec adsensuatio fieret, currebat Autissiodori; pro tali videlicet parte terre quam ipsi fratres habebant, que clauditur eis terminis : videlicet a quercu de Campo-Senix sic divisa est per metas et signa per devexum montis Viennensis, et tendit ad terram de Annay, et per desubter villam sitam ad terram de Soëriis, usque ad concisum de Aquosis, et inde per et desuper puteum de Passeleriis, sicut indicium vie demontrat, que tendit a Fossa-Gelet, ad ecclesiam de Soëriis, et sicut partitur communitatibus de Passeleriis, et tendit ad locum qui vocatur Posticiolum, inter terram Regniacensium, et terram S. Marie de Monasteriis, et inde usque ad predictum quercum de Campo-Senix, sicut demonstrant posite mete. Si autem predictum censum vendere, vel a se, vel aliquo modo alienare vellent, quandiu ecclesie Regniacensis tantumdem dare vellet, quantum alter obtulisset, non possent ipsum censum alteri vendere, dare, vel aliquo alio modo commutare, nisi ecclesie Regniacensi. Hanc autem donationem, vel adcensuationem laudant uxor domini Gibaudi, que pro hac re marcham argenti accepit, et filius ejus Gaufridus, qui quinque solidos, et filia ejus Sara, que duos solidos habuit. Nam ceteris filiis ejus qui in cunabulis erant, et necdum loqui poterant, singulis duodecim denarii pro hac re dati sunt. Cujus laudationis testes sunt, Johannes Roberti, Guillelmus filius Guidonis Rufi, Gaufridus Barellus, Atoez prepositus, Gaufridus Ferratus, Therbaldus Sannerius, Richardus de Leinsec. Ut autem donatio et adcensuatio ista rata in perpetuum, et firma habeatur, sigilli nostri auctoritate roboramus. Facta sunt hec, anno ab Incarnatione Domini nostri millesimo centesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, concurrente primo, epacta vigesima-quinta, pontificatus vero Domini nostri Alexandri pape tertii, anno quinto.

N° 53.

Lettres touchant les bourgs de Diges et Escamps.

(An 1163.)

Ad cavendas que per successionem fiunt calumpnias, litteris tradere curavimus, quoniam querela erat inter Willermum comitem Nivernensem, et Arduinum abbatem S. Germani Autissiodorensis, de quibusdam consuetudinibus quas habet idem comes in villis S. Germani, Digia et Escanno, salvo jure ecclesie, et salvis consuetudinibus comitis. Concessit idem comes, ut ea que, vel ipse, vel homines sui, seu filius ejus, vel sui, tempore guerre sue quam habuit cum Nargaldo de Tociaco, et Willelmo de Donna Petra, et Gibaldo de S. Verano, in eisdem villis fecerant, vel aliquo modo ceperant, nullam vim, vel ad jus constituendum, vel ad faciendam consuetudinem obtinerent. Concessit etiam ut augmentatio illa que in curia de Escanno, ejus consilio et assensu a supradicto abbate facta est, eadem libertate innitatur, et eisdem consuetudinibus consistat, quibus ante factam augmentationem prior curia consistebat. Testes Rainaldus Prior de Karitate, et sexdecim alii in carta notati.

(*Ex cartulario Ms. S. Germani Autiss. in Decania, cap.* 12, *f.* 57),

N° 54.

Accord entre les abbayes de Regni et de Crisenon, sur un bien situé à Arcy.

(An 1163.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Alanus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, et ego Willelmus Nivernensis comes : notum esse volumus presentibus

et futuris, quod inter ecclesias de Regniaco, et de Crisennone, de molendinis de Arseio controversia orta est, sed per manum Gaufridi Clarevallis abbatis, et Idæ comitisse Nivernensis, utriusque partis assensu taliter terminata est, ut de tota possessione illa quam ibi moniales tenebant, scilicet de quatuor molendinis, et uno fullone cum piscaria, et omnibus aliis ad eosdem molendinos pertinentibus, duas partes in omni jure, et in omni proficuo, ecclesia de Crisennone perpetua deinceps pace sine ulla reclamatione possideat, tertiam autem partem similiter in omnibus predictis ecclesia Regniacensis obtineat : molendinarios autem moniales de Crisennone duos ibi ponant fideles homines, et qui fidelitatem jurent etiam Regniacensibus : similiter Regniacenses, vel qui ab eis eorum partem habuerit unum fidelem, et qui fidelitatem juret monialibus, si servitium datum fuerit, sine vel inde dividatur similiter, ut illi tertiam partem habeant, ille duas : si querelam habuerint, vel utrique, vel quelibet pars adversus molendinarios de redditibus suis, in ipso loco pariter convenientes indicabunt, et reddito capitali de emendatione, habebunt illi partem tertiam, ille duas. Si pro reparatione aliqua ibi expensas fieri oportuerit in ecclesiis vel molendinis, ponent similiter illi tertiam partem, ille duas : si autem ad summationem monachorum moniales expensas ministrare noluerint, monachi si voluerint, vel qui pro eis partem eorum tenuerint, expensas facient et totum redditum possessionis illius pro capitali recipient, donec rehabeant quicquid expenderint. Similiter si ad summotionem monialium pars altera expensas ministrare noluerit, ipsæ si voluerunt, expensas faciant, et totum redditum pro capitali recipiant usque ad plenam restitutionem expensarum : similiter de censu moniales duas partes persolvent, monachi vero tertiam. si Regniacenses partem suam pro pecunia vendere voluerint, habebunt eam moniales, si tantumdem dederint, quantum alter obtulerit : si vero pro terra vel aliqua possessione eandem partem suam voluerint commutare, habebunt eam moniales, si dederint eis eque eis placitam possessionem : sin autem libere cui voluerint, partem suam Regniacenses tradent cum omni integritate possidendam sicut concessa est eis. Similiter de partibus suis moniales erga monachos eandem tenebunt legem, ut si eas voluerint vendere non liceat, nisi monachis, si tantum voluerint dare, quantum alter obtulerit. Hanc compositionem Ascelinus Regniacensis abbas, cum toto conventu suo, et Agnes abbatissa de Crisennone, cum toto similiter laudaverunt suo conventu, et approbaverunt : quam presentia nostra recognitam, ad petitionem utriusque partis etiam nos approbavimus et laudavimus, et ut deinceps inviolabilem habeat firmitatem testium subscriptione, et sigillorum nostrorum impressione, cum sigillis eorum per quos hæc facta est compositio, et sigillis utriusque ecclesiæ, præsentem cartam signari fecimus et muniri. Testes hujus compositionis Gaufridus abbas Clarevallis, Ricardus Alquerus, Bartholomeus, Jacobus monachi ; Ida comitissa, et Guido puer, filius ejus ; Stephanus cantor Autissiodorensis, Stephanus archypresbyter, Radulphus capellanus comitissæ, Gaufridus clericus ejusdem, Obertus de Mairri clerici ; de militibus quoque Herbertus de Mairri, Bauduinus Grossus, Bauduinus de Migi, Gaufridus de Monte-Regali, Nicolaus de Malliaco ; de servientibus, Raaldus Autissiodorensis, Milo præpositus de Mailli, Stephanus de Baissi, Rainaldus filius ejus. Actum est hoc a nobis, anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXIII. Indictione xj. Epacta xiij. Concurrente j. Alexandro tertio Romano pontifice, Ludovico rege Francorum.

(Ex Tabul. Regniaci.)

N° 55.

Don de l'usage de la Perrière de Fonfay, à l'abbaye de Bourads.

(An 1164.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint universi presentes et futuri, quod Burdinus de Donziaco, et Guido filius ejus usuarium lapidicinii de Fonfay, quod injuste calumniabantur, sicut et coram testibus professi sunt, ecclesie Boniradii in eleemosyna concesserunt. Quod ego Alanus Autissiodorensis episcopus, ut ratum permaneat, sigillo meo confirmare curavi. Hujus rei testes sunt Gofridus Dominus Donziaci, Gofridus de Luets, Itardus de Donziaco. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXIIII.

(Ex Tabul. Boniradii.)

N° 56.

Accord du comte Guillaume avec Ardoin, abbé de Saint-Germain, touchant le droit de gîte à Auxerre, Irancy, Aucep ; sur les bois de Moutiers, et sur Diges.

(An 1165.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus

Sancti. Ego Willelmus comes Nivernensis, filius Guillermi, qui in capitulo S. Germani sepultus jacet, cunctis presentibus et futuris notum facio quod Domnus Arduinus S. Germani Autissiodorensis abbas, et fratres ejusdem loci quasdam querelas adversum me habebant, que hoc modo decise sunt. De arbergeria quam milites et homines mei in castello S. Germani, et in burgis adjacentibus acceperant, recognosco quod nullam arbegeriam ibi habeo, nec aliquo modo habeo debere; in villa quoque de Irenciaco, et in villa de Aucepio similiter, homines mei arbergeriam et credentiam acceperant : sed recognosco quod in eis nullam arbergeriam habeo, nec credentiam, neque apud Bellum-Montem in officinis monachorum. De haiis vero quas pater meus tempore guerre in nemoribus S. Marie monasterii Melederensis, permittente ejusdem loci priore fecit, recognosco quod si homines S. Marie, vel animalia monachorum, aut hominum S. Marie ibi capta fuerint, forisfactum totum debet prior habere, nec ego, vel servientes mei de S. Salvatore aliquid inde habere debemus, nec aliquam violentiam haiarum causa exercere. Recognosco etiam quod in burgo de Digia, seu potestate, neque turrim, neque domum, neque firmitatem habeo aliquam, nec deinceps edificare debeo, vel heres meus. Hujus rei testes magister Stephanus cantor, et alii sex in carta notati. Ex parte abbatis, Durandus prior de Disesia, et alii tres in carta notati; et multi alii. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo quinto.

(Cart. S. Germ. f. 55 v*).*

N° 57.

Engagement fait par Jean, vicomte de Ligny, à l'abbaye Saint-Germain, pour* 5 *ans, de tout ce qu'il possédait à Rouvray, moyennant* 30 *livres.

(An 1165.)

Ego Guillelmus comes Nivernensis, notum fieri volo, tam presentibus quam futuris, quod Johannes vicecomes Lagniaci, quicquid habebat apud Rovretum, seu in proprio dominio, seu illud quod cum Guillelmo de Asneriis partiebatur, et cum Herveo de Frazino, Arduino abbati et monachis S. Germani Autissiodorensis, usque ad quinque annos pro triginta libris pignori obligavit, tali scilicet conditione, quod gageriam istam usque ad terminum predictum redimere non poterit, nec aliquis pro eo. A termino vero isto in antea poterit ipse redimere, vel ego Guillelmus comes. Si vero moneta Autissiodorensis tunc debilitata fuerit, in electione abbatis et monachorum erit, aut accipere triginta libras, aut quatuordecim marchas. Sciendum etiam quod talliam hujus gagerie, quam predicti milites cum vicecomite semel in anno faciebant, similiter cum camerario Sancti-Germani facient mensurare, ad laudem videlicet ipsius et servientium vicecomitis. Hoc juravit Johannes vicecomes tenere, et garentiam erga omnes portare. Hoc etiam Ermeniardis mater ejus, et Hersendis uxor sua, et Daimbertus frater ejus laudaverunt. Hoc etiam laudavit et juravit Obertus cognatus ejus, de cujus casamento partem tenebat. Hoc laudavit Guillelmus de Asneriis in presentia mea. Hoc etiam ego Guillelmus comes Nivernensis, quia de casamento meo erat, laudavi et sigillo meo firmavi. Hujus rei testes tres in carta notati.

(Ex Cartul. Ms. S. Germani Autiss. in Camera, cap. 3, *f.* 62.*)*

N° 58.

Don fait à l'abbaye de Saint-Germain, d'un revenu sur l'église de Saint-Loup d'Auxerre, par l'évêque Alain.

(An 1166.)

In nomine Patris et Filii, et Spiritus-Sancti. Ego Alanus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, notum fieri volo omnibus, tam futuris quam presentibus, quod in ecclesia S. Lupi que ad monasterium S. Germani Autissiodorensis pertinere dignoscitur, electionem seu presentationem presbyteri, et quarumdam festivitatum oblationes eidem monasterio, sicut hactenus habuit, concedimus et confirmamus, salvo tamen jure episcopali; et quoniam presentis vite status incertus est, nos in ea seminare cupientes, quod in futuro cum gaudio metamus, in prefata S. Lupi ecclesia de beneficio illo quod ad saderdotem pertinere videbatur, centum solidos pro anniversario nostro faciendo, predicto B. Germani monasterio annuatim persolvendos concessimus. Verumtamen quoniam magister Stephanus cantor B. Stephani Autissiodorensis eandem tenet ecclesiam, presentatus a venerabili fratre nostro Arduino, prenominati monasterii abbate ; hi centum solidi persolvi non poterunt, nisi per voluntatem ipsius magistri Stephani, donec eo de medio sublato, aut morte, aut religiosi habitus assumptione, ex tunc salvo jure antiquo prefatum beneficium centum solidorum, mo-

nasterium B. Germani percipiet; reliquum vero sacerdos habebit ex integro. Hoc autem ut firmiter et inviolabiliter teneatur, sigilli nostri impressione firmavimus. Hujus rei testes sunt Arduinus abbas Ripatorii, Themannus capellanus noster, Bartholomæus archidiaconus Autissiodorensis, Stephanus sacrista, Rainaudus-Richardus. De monachis, Constantius prior, Ravelano thesaurius, Bernardus infirmarius, et multi alii fratres qui tunc presentes in capitulo erant. Actum est anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo-sexto.

(Ex Carta Ms. S. Germani Autiss. in Camera, cap. 2. fol. 62 rect.)

N° 59.

Réunion de la Prévôté de l'église d'Auxerre au Chapitre.

(An 1166.) (1)

In nomine Domini nostri Jesu-Christi. Notum sit presentibus et futuris, quod ego Alanus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, convocatis personis, scilicet Petro archidiacono, Guillelmo decano, Radulpho thesaurario, Stephano cantore, et ceteris canonicis Autissiod. ecclesie, ipsius utilitati et paci cupiens in posterum providere, dedi et concessi preposituram cum omni jure suo, totius capituli communitati post decessum Guidonis prepositi, sive morte, sive habitus mutatione, sive dignitatis promotione; ut post decessum meum singulis annis anniversarium meum faciant: hoc quoque canonici laudaverunt, et tam persone quam alii qui adfuerunt, se bona fide servaturos, et ulterius prepositum non electuros juraverunt. Accraantavi etiam in capitulo canonicis, et in verbo veritatis statui, quod a personis et canonicis extunc substituendis, idem juramentum fieri faceremus; quod qui facere noluerit, tandiu beneficio prebende careat, donec hujus nostre institutionis formam, sicut alii juraverunt se observaturum juret. Ut autem hec nostra donatio et institutio firmior in posterum habeatur, hujus rei donum per impositionem libri super altare B. Stephani fecimus, præsentibus Ascelino abbate Regniacensi, et Joanne abbate Rupium, et Gaufrido priore S. Eusebii, et tam personis quam canonicis S. Stephani fieri, ac ipsis presentibus omnes illos qui hoc juramentum aliquomodo infregerint, et huic institutioni contraire temptaverint: ego Alanus episcopus et predicti abbates, et alii sacerdotes ecclesie, vinculo anathematis innodamus. Actum est hoc solempniter in capitulo Autissiodorensi, anno Incarnationis Domini millesimo centesimo sexagesimo-sexto, pridie Kalendas maii, presentibus Ascelino abbate Regniacensi, Johanne abbate Rupium, Gaufrido priore S. Eusebii; et de canonicis ecclesie Sancti-Stephani, Petro archidiacono, Guillelmo decano, Rodulpho thesaurario, Stephano cantore, Roberto lectore, Regnaldo camerario, Germano succentore, et multis aliis.

(Ex Cartulario ecclesiæ cathedralis Autissiod.)

(1) Cependant en 1176 le titulaire Gui, prenait encore le nom de prévôt. (V. Cart. Sancti-Mariani, Archives de l'Yonne, donations diverses).

N° 60.

Acte qui se rapporte à celui qui est coté ci-dessus, num. 52.

(An 1167.)

Ego Willelmus Nivernensis comes, etc. Tandem post multas altercationes inter eos, convenit quod Petrus Bernardi predictam ascensiam sicut ipse, et participes sui antea fecerant laudavit, et me fidejussorem dedit, ut si quando orta inde calumpnia non posset pro jure garentire, ego pro jure garentirem predictis fratribus, et res predicti Bernardi in manu mea detinerem, donec ipse Petrus Bernardi garentiam portaret. Hujus rei testes sunt, Magister Stephanus cantor Autissiodorensis, Seguinus de Crux, Raaudus burgensis Autissiodorensis. Porro pacem istam et ascensiam laudavit Petronilla uxor predicti Bernardi, que unam inde suem habuit; laudavit autem et filius eorum Hugo, et filie Elisens et Sennaant.

(Ex Tabul. Regniaci.)

N° 61.

Autre fragment sur le même sujet.

(An 1167.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Guillelmus comes Nivernensis, pro remedio anime mee donavi et concessi monachis de Regniaco, Deo ibidem in perpetuum servituris, eam partem. . . . .
Dedi etiam monachis. . . . .
commune cum eis in mon. . . . . .
jure perpetuo possidendum, don. . . .
eis quinque arpenta Bruciarum. . . .
inter prata eorum, et stratam, per quam ducunt fœna sua. Hujus testes sunt magister Stephanus, Gaufridus clericus, Ra-

audus Furnerius de Droja, Hugo prepositus Castri-Censurii, Stephanus Letardus. Actum est hoc apud Castrum-Censurii, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo; et hoc laudaverunt E. uxor comitis, et Guido frater ejus.

N° 61 bis.

Lettre du prieur et du couvent de Sainte-Milburge de Venlock en Angleterre, dépendant du prieuré de la Charité-sur-Loire, relative à une révolte des serfs du prieuré.

(Vers 1168.)

Honorabili domino et patri in Christo charissimo, domno Humbaldo, priori de Charitate, et ejusdem loci sacro conventui, frater Humbertus, humilis fratrum de Veneloc minister et ejusdem loci humilis conventus, tam devotam quam debitam sancte obedientie reverentiam.

Distantia locorum invidente, vobis, sanctissimi patres et domini, loqui presentialiter prohibemur. Necesse est tamen ecclesie nostre gravamen, dedecus nostrum commune, paulatim vobis plangere : justum est quidem ut membrorum infirmati condoleat sanitas. Quod si aliquod verbum minus cautum abundantia cordis et vehementia doloris eliciat, (dolor enim non multum differt ab insania, dum est in impetu sue accessionis), vestre charitatis, si placet, ignoscat devotio. Vestre igitur sanctitatis paginam debita qua decuit reverentia suscipientes, ex ejus tenore vera et falsa vobis esse intimata perpendimus. Et quid mirum, si vera falsis misceantur in omni............ sed vestra novit discretio triticum in horrea congregare, zizannium vero igni tradere comburendum.

Meminimus, sancti patres et Domini, nos in Natali Domini literas, vestre voluntatis interpretes, ex omni consilio capituli nostri, domno priore nostro tunc temporis in capitulo non residente, nec aliquo (novit Dominus) ad literas impetrandas properante, vobis destinasse. Hoc ideo ad memoriam reducimus quia in literis nobis transmissis admiramini, quod, cum tunc de domno priore nostro, et de melioratione domus nostre per industriam ejus, et de ordinis integritate, laudabile et fidele perhibebamus testimonium, cur de tam predicabili gaudio ad tam repentinam subversionem, ut scribitis, perventi, vos testificare distulimus. Quamobrem sanctitatem vestram latere nolumus quod erga nos sancte religionis florent instituta, pax summa, et paries integer (1), sine dubietate scientes quod, minus quam meruerit, laudes ipsius, et fidelitatem erga ecclesiam Charitatensem, et piam ejus (erga) ecclesiam Venlocensem solicitudinem extulimus. Immo in tantum erga eumdem crevit devotio nostra, videntes eum modis omnibus utilitati nostre ecclesie intendentem, nec in adversis deprimi, nec in prosperis extolli, quod pro eo in carcerem et in mortem ire parati sumus. Nocent tamen quedam adversa, quod rustici nostri, minus consulte contra nos levaverunt calcaneum suum, volentes ad arbitrium suum priorem deponere et alium subrogare, quod avertat Deus. Nos siquidem omnia opera nostra in lapide adjutorii fundamus in quo obstruetur os loquentium iniqua. Orta igitur tali dissensione in confusionem ecclesie nostre, curiam regis adierunt; sed a curialibus immisericorditer salutati, sine honore, ut justum fuit, recesserunt; literas tamen, ut moris est, in curia regis secum ad vicecomitem de Salopeschir portantes, ad vos tandem reccurrentes et falsa suggerentes, literas quales voluerunt sanctitati vestre premiserunt. Dum vero hec agerentur, dies quamplures eis statuimus, mandantes ut apud Veneloc venirent, et si quid foret emendandum, per visum baronum vicecomitis de Salopeschir et proborum hominum de nobis libere tenentium, emendaretur. Tandem de errore suo compuncti, super corpus sancte Milburge sacramentum prestiterunt quod de cetero nobis et ecclesie nostre fideles in omnibus existerent. Sed hec omnia in crastino in irritum revocantes, erat eis novissimus error pejor priore : unde cultros et carrucarum ferramenta nobis projecerunt. Ad hec horribile quid et a seculo inauditum, unde vestra inconsolabiliter debent concuti corda, sanctitati vestre intimabimus. Die martis infra Pentecosten, que dies nobis vere erat dies martis, immo fere mortis, egrediente conventu cum feretro, comitante innumerabili multitudine hominum utriusque sexus ad processionem faciendam, ut moris est ecclesie nostre, et completo jam sermone, ad populum proposueramus malefactores ecclesie sententia excommunicationis innodare. Quo audito, insurrexerunt in nos rustici nostri, qui preeuntes; Venelochiam venerunt, et valvas ecclesie nostre in tribus locis obsederunt.

Tandem, nobis venientibus, viam occu-

(1) Il faut peut-être lire *prior* au lieu de *paries*; ou bien *paries* est une expression métaphorique pour désigner le chef, l'appui de la communauté.

paverunt clamantes : « Comprehendite virum injustum et occidite ! » Sed, gratia Dei et militum auxilio defensi, illesi evasimus : sed post nos lapides et baculos indevote jacebant, ita quod aliqui monachorum et servientium ictus graves susceperint. Post talem et tam enormem excessum miserunt se rustici super VI monachos et quatuor milites, ut ipsi gravamen eorum et excusationem priores audirent, et auditis hinc inde propositis, ipsi assessores quod justum foret statuerent, ut prior et rustici sine aliqua reclamatione judicium subirent. Quod, annuente Domino, ea die factum est, et se in misericordiam domini prioris obligaverunt, et in crastino terris suis colendis intenderunt. Porro venientes nuntii eorum a vestre sanctitatis amplexu, a pace formata resilierunt, sibi per literas eisdem transmissas addentes cornua : quod, salva reverentia vestra, minus caute actum fuit, quia in absente non est ferenda sententia. Si que ergo in vobis miseratio, si que virtus charitatis, si que compassionis viscera, luporum rabiem, si placet, coerceatis et potestativa authoritate vestra presumptionem malignantium cohibeatis. Unum siquidem noveritis, quod nisi huic pesti occurratur, opprimet honorem Charitatis presumptio laïcalis. Nos siquidem in hac causa facilius possumus mori quam vinci.

(Publié dans l'Annuaire de la Nièvre).

N° 62.

Dons de Gui, comte d'Auxerre, à l'abbaye de Saint-Marien.

(An 1170.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Boni filii est indicium boni patris imitari studium. Idcirco ego Dei largitioni, Guido Nivernensis comes, pro modulo mee devotionis majorum meorum emulator existens, canonicis Premonstratensis ordinis in suburbio Autissiodorensi Deo servientibus concedo, ut de consuetudinario redditu illius mei ponderis quo venalia ponderantur nihil reddant, sed quantumcumque ad suos usus necessarios emerint absque illius pretii redditione ponderent. Omnia ab enim beneficia que ab avo et patre et fratre meo ante tempus consulatus mei eisdem canonicis collata sunt, quatenus quiete in perpetuum possideant, laudans stabilio, et stabiliens laudo. Verum ne eorumdem beneficiorum alicujus prava subreptione pars aliqua possit imminui, et sic pax canonicorum a me stabilita perturbari, volui ipsa beneficia litteris annotari, et promisse eleemosyne subtus ascribi : terram scilicet certis limitibus diffinitam in loco quem vulgus Vetera-prata appellare consuevit; nunc autem ipsi fratres cognominant Capellam (1); molendina cum stagno et terram in territorio quod dicitur Praien, certis finibus terminatam. Quod si de predictis eidem terre adjacentibus hominibus qui possident quid acquirere poterunt, si pratorum census comitis fuerit, absque censu possidebunt. Item in nemoribus quorum nomina sunt hec : Bar et Thol, arbores infructuosas que mortuum nemus appellantur ad comburendum. Preterea, super fluvium Belche sedem unius molendini et aque exclusam per terram suam superius et inferius molendinum necessarium, ac terram jacentem inter exclusam aque superiorem, et prata inferius posita, et viam ad molendinum ducentem, ex dono fratris mei suum etiam hortum olerum, quem ipsi fratres tenent et excolunt prope eos super Ycaune fluvium, et quasdam consuetudines denariorum et annone, quas ex quibusdam possessionibus suis reddere consueverant; estallos etiam ad vendenda venalia in illa area domus quam prope portam Fiscalem acquisierant. Denique concedo eis, ut ubicumque grangie eorum infra posse meum site sunt, animalia ipsorum sicut vicinarum gentium animalia communiter, nullo prohibente, utantur pastura; sed et si terras meas, aut villas alicui dedi aut dedero, eorum tamen vel rerum suorum custodiam nulli attribuo, nec in quibuslibet eorum possessionibus dominium aut justitiam aliquam alicui habere permitto. Ut igitur hec rata, inconvulsaque permaneant, feci ea litteris annotari, sigillique mei impressione muniri. Acta sunt hec apud Autiss. anno Incarnationis Domini, M. C. LXX; consulatus vero mei secundo; astantibus in aula mea Garnerio seneschallo, Stephano de Petra-pertusa, Johanne preposito comitis, Joanne Petromajore Sancti-Gervasii, Raaudo nummulario, Symone Vezeliaci.

(Ex Tabul. S. Mariani.)

N° 63.

Don d'une portion de forêt proche Auxerre, à l'abbaye de Saint-Marien, par le même Gui, comte d'Auxerre.

(An 1171.)

In nomine sancte et individue Trinitatis : Probabile est apud laudabiles viros, si princeps de rebus suis pro salute sua

(1) La Chapelle, paroisse de Venoy.

largitur servis Dei, quos in ejus servitio noverit esse assiduos. Idcirco ego Guido Nivernensis comes, zelo majorum meorum accensus, universis presentibus, pariter et posteris volo notum fieri, quod quamdam partem nemoris mei quod vu gariter Bar appellatur, canonicis regularibus Premonstratensis ordinis, ab ecclesia S. Mariani in ecclesiam B. Marie et S. Martini translatis, ob remedium anime mee et paparentum meorum dedi. Hanc itaque donationem nemoris certis terminis et terminorum nominibus feci distingui, videlicet quidquid est a stagno eorum usque ad lacum Mulsum, sicut via publica que ducit Autissiodorum a nemore Sancti-Stephani dividit nemus meum; item quicquid nemoris est a predicto laco, usque ad alium lacum qui appellatur *Del-Borber*; exhinc qua rectius exiri potest ad campum qui fuit Ramberti, nunc canonicorum. Hanc etenim predictam nemoris partem, laudante Rainaudo fratre meo, ita libere et absolute ut ego tenebam ad faciendum quicquid eis utile videbitur.... concessi, etc. Actum Autissiodori, anno ab Incarnatione Dominica, M. C. LXXI; consulatus vero mei tertio; astantibus et audientibus Roberto et Thoma clericis, Damiano et Gautero Berardo militibus, Petro de Corceun, Johanne preposito, Petro de S. Peregrino.

(Ex Tabul. S. Mariani.)

N° 64.

Don de l'église de Venouse à l'abbaye de Saint-Père d'Auxerre, par l'évêque Guillaume.

(An 1171.)

Ego Willelmus, Dei gratia, Autissiod. episcopus. Notum esse volo futuris et presentibus, quod ad preces religiosorum donavi ecclesie S. Petri Autissiodorensis ecclesiam de Venosa perpetuo possidendam, cum omni ejusdem ecclesie beneficio, et capellaniam de Robreto, salvo jure et redditibus quos ecclesia Sancti-Germani in prefata capella habere dinoscitur. Quod ut ratum permaneat et inconcussum, presentem paginam sigilli mei appositione munivi. Actum publice in capitulo S. Stephani, anno Verbi incarnati millesimo centesimo septuagesimo primo.

(Ex autographo in Tabul. S. Petri Autiss.)

N° 65.

Charte de Gui, comte d'Auxerre, relative aux violences commises par ses gens sur la terre d'Escamps.

(An 1171.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guido comes Nivernensis omnibus tam presentibus quam futuris, nota fieri volo ea que sequuntur. Servientes mei in munitionem de Escano quam esse constat propriam ecclesie B. Germani, cum armata manu, hospitandi causa, cupientes violenter irrumpere, cum homines loci sibi suisque timentes, violencie illorum obsistere conarentur, quosdam eorum occiderunt, quosdam multis confossos vulneribus, reliquere semineces. Pro tam evidenti sua, ecclesie que sue injuria, venerabilis abbas ejusdem ecclesie Arduinus, presentiam meam semel et iterum adiit, immanitatem facti, et innocentium mortem damnumque ecclesie conquerendo exponens. Ego igitur querelam ejus justissimam esse considerans, habito cum hominibus meis consilio, et pro damni recompensatione, simulque satisfactione de tam gravi injurie et pro salute anime patris mei et parentum meorum, dedi absolute et libere Deo et ecclesie B. Germani, Guillelmum de Monte-Marcii et uxorem ejus, et fratrem, et heredes eorum, et totum tenementum ubicumque illud habeant cum omnibus acquisitis ab eis vel acquirendis. Quicquid etiam querelabam in uxorem Guarnerii Camberlenci, et in filios, vel filias, seu in tenementum illius, totum guerpivi, et dedi libere et absolute Deo et jam dicto beato Confessori, ut eo modo et ea conditione qua vel ego, vel antecessores mei predictum Willelmum, et uxorem, et fratrem ejus, et heredes et res mobiles vel immobiles eorum habuerant et possederant, habeant illos ecclesia S. Germani jure perpetuo. Testes sunt Garnerius seneschallus, et xvj alii in carta notati. Hoc autem donum, ut ratum et inconvulsum jam dicte ecclesie omni etate permaneat, presentem cartam sigillo meo muniri precepi. Actum publice Autissiodori, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo primo, regnante Ludovico piissimo rege Francorum.

(Ex Cartul S. Germani, f. 56.)

N° 66.

Don de l'église de Vincelles à l'abbaye de Saint-Marien, par l'évêque Guillaume.

(An 1172.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Willelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, universis presentibus pariter et futuris, notum volumus fieri, quoniam ecclesiam de Vincellis ecclesie S. Mariani possidendam in perpetuum dedimus. Siquidem presbyter qui prefatam ecclesiam tenebat, eam in manu nostra remisit, et nos de eadem ecclesia ecclesiam B. Mariani per manum Domini Milonis ejusdem loci abbatis investivimus. Prefatus vero Milo eumdem presbyterum nobis presentavit, cui animarum curam commendavimus, eique ecclesie cui servierat, servire precepimus. Constituentes, assensu ejus et voluntate, quatenus pro censa ecclesie sue quadraginta solidos Autissiodorensis monete, et decem libras cere annis singulis per duos..... in kalendis maii partem mediam, et in octavis Sanctorum omnium partem reliquam ecclesie B. Mariani persolveret. De ceteris vero presbyteris per futuras temporum series in eadem ecclesia substituendis, predicte ecclesie electionem presbyteri et presentationem habere statuimus. Ut igitur hec nostra constitutio quoquomodo non possit immutari, fecimus eam presentis scripti attestatione, sigillique nostri muniri impressione. Acta sunt hec Autissiodori, in domo nostra, anno Incarnationis Dominice, M. C. LXXIII, sub testibus istis, Hugone, scilicet nepote nostro, ecclesie S. Stephani Autissiodorensis cantore, Rainaudo-Ricardi, Stephano Ollandi, Joffrido de Chengüil canonicis S. Stephani.

(Ex Tabul S. Mariani.)

N° 67.

Confirmation d'un accord entre Gui, comte d'Auxerre, et le chapitre de la cathédrale, par Louis VII, au sujet des droits de gîte à Pourrain et à Chichery.

(An 1173.)

Ego Ludovicus rex Francorum, notum facio tam presentibus quam futuris, quod compositio inter Capitulum Autissiodorense, et Guidonem comitem Nivernensem in hunc modum facta est. Pro capitalibus Capituli Autissiodorensis violenter ablatis a comite, invadiavit comes eidem Capitulo pro quingentis libris Silviniacensis monete gistas potestatis Pulvereni et Chichiriaci. Concessum est et firmatum ex parte comitis quod in illis gistis invadiatis, nihil omnino comes Nivernensis accipiet, nisi prius reddiderit quingentas libras predicte monete in illo valore, in quo tunc erat moneta illa. Tunc enim quadraginta et octo solidi talis monete valebant marcham argenti ad pondus Trecense. Concessum est etiam ex parte comitis et ex parte Capituli, quod si forte comes vadium redimere voluerit, redditis quadringentis libris ejusdem monete in prefato valore, et iterum gistas voluerit accipere ultra unam per annum in predictis balliis : res in ille puncto erit in quo fuit ante invadiationem, id est, persona comitis sub excommunicatione, et terre ipsius sub interdicto. In curia etiam regis sub eodem statu erit in quo erat, donec controversia ista debitum finem, mediante justitia, fortiatur. Quod utique ut ratum et inconcussum permaneat, ad instantiam precum comitis in manu accepimus, et presentem paginam sigilli nostri munimine confirmavimus. Condictum etiam fuit et hinc inde concessum, sicut ab utraque parte accepimus, quod comes eandem paginam appositione sigillorum Senonensis archiepiscopi et Autissiodorensis episcopi sui faceret confirmari. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXIII.

(Ex autographo.)

N° 68.

Nouvel accord entre le comte Gui et le chapitre, sur les gîtes de Pourrain et de Chichery, par suite de l'infraction du précédent, par les serviteurs du comte. -- Rapport des monnaies d'Auxerre et de Troyes.

(An 1174.)

Ego Ludovicus rex Francorum, notum fieri volumus presentibus et futuris, quod post compositionem que inter Canonicos Autissiodorenses, et Guidonem comitem Nivernensem facta est per invadiationem gistarum Pulvereni et Chichiriaci erga canonicos, pro quingentis libris Silviniacensis monete ab ipso comite factam, contigit servientes comitis ex precepto ejus iterum terram canonicorum depredatos fuisse, sed tandem pro ipsius parte restauranda, cum eisdem canonicis comes convenit, et prioribus quingentis libris centum libras Autissiodorensis monete cum ipsis reddendas adjunxit, ut sexcente libre in vadimonio essent. Cum vero ad solutionis tempus ventum fuerit, ille centum libre Autissiodorenses, in illo valore reddentur, in quo erat moneta illa. Tunc

enim quinquaginta solidi talis monete valebant marcam argenti ad pondus Trecense. Quod utique ut ratum et inconcussum permaneat, ad instantiam precum comitis Nivernensis, et comitisse, et Senonensis archiepiscopi, presentem paginam sigilli nostri munimine confirmavimus. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXXIV.

(Ex autographo).

N° 69.

Fondations de la comtesse Ida, à l'occasion de la maladie de Gui, son fils.

(An 1175.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Ego Willelmus Autissiodorensis episcopus, notum fieri volumus tam presentibus, quam futuris, quod Ida nobilis comitissa Nivernensis, videns Guidonem comitem juvenem filium suum in extremis laborantem, materna pietate commota, promisit ei se daturam viginti libras redditus de terra dotalitii sui, pro remedio anime sue et antecessorum ejus, quod ipse quidem gratissimum habuit; et ut ab omni opere compleret, omnimoda prece postulavit. Volens igitur eadem comitissa hanc eleemosynam salubriter ordinare ad ecclesie tranquillitatem, et ad anime filii sui, et antecessorum suorum salutem, hoc modo promissum complevit. Homines quos habebat tunc temporis Varziaci, cujuscumque conditionis essent, et eorum heredes, in perpetuum possidendos nobis et successoribus nostris episcopis donavit et concessit. Nos autem, attendentes ejus liberalitem et devotionem quam erga nos et ecclesiam nostram habebat, in eadem ecclesia ante crucifixum altare novum constituimus, et duos presbyteros ab omni questu liberos, qui deinceps vicissim singulis diebus missam pro remedio anime prefati Guidonis comitis, et patris sui, et antecessorum suorum, omniumque fidelium defunctorum celebrabunt, exceptis Dominicis diebus et solemnitatibus in quibus missam quam volumus, pro tempore celebrabunt. Predictis nostris presbyteris suprascriptis redditus donavimus et assignavimus annuatim a nobis, et a successoribus nostris in perpetuum reddendos; unum videlicet modium frumenti in grangia de Giaco, et unum sextarium fabarum, duodecim modios vini, sex albi et sex rubei in torculari aut cellario nostro Autissiodorensi, sex libras Autissiodorensis monete in crucibus de Varziaco in crastino Pentecostes, et decem libras cere in nundinis de Tanneto ad luminare predicti altaris (1). Quod ut immotum perseveret, ac firmius habeatur, super hoc presens scriptum fieri, ac sigilli nostri munimine roborari fecimus. Hujus rei testes sunt Hugo Senonensis archidiaconus, Gaufridus de Chanquoil, Guillelmus cantor Clameciensis, Guillelmus capellanus comitisse, Gaufridus de Mont-Reali, Guillelmus Chacebois, Simon de Turre, camerarius comitisse, et plures alii. Datum ab Incarnatione Domini, M. C. LXXV.

(Ex Tabul. Eccl. Autiss.)

N° 70.

Reconnaissance de Mathilde, comtesse d'Auxerre, au sujet d'un legs fait à l'abbaye de Crisenon.

(An 1176.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Usus litterarum repertus est propter memoriam rerum. Inde est quod ea que in perpetuum rata esse volumus, litterarum memorie commendamus. Per hunc igitur morem ego Mathildis comitissa Nivernensis, notum facimus presentibus pariter et futuris, quod Guido comes Nivernensis, dominus et maritus meus in extrema infirmitate sue positus Tornodori, adhuc bone existens memorie, pro amore Dei et remedio anime sue et antecessorum suorum, ore proprio donavit et concessit centum solidos de redditibus sanctimonialibus de Crisenone, ad camisias emendas. Hos centum solidos eisdem sanctimonialibus assignavit in pedagio Autissiodorensi annuatim reddendos ad nundinas Tanneti, in quocumque loco vel in quocumque tempore nundine removeantur; laudantibus et concedentibus hanc donationem Domina Ida, matre comitis, et Domino Renaudo fratre suo. Hanc eandem donationem ego Mathildis uxor sepedicti comitis laudari volui et concessi, et in signum laudationis mee hanc presentem cartulam fieri precepi, et sigillum meum apposui.... Actum est hoc anno Verbi Incarnati, M. C. LXXVI.

(Ex Tabul. Crisennon.)

N° 71.

Charte de Guillaume de Toucy, évêque d'Auxerre, approbative de l'emploi qu'ont fait les religieuses de Crisenon, de leurs revenus de Varzy, à payer les dépenses de leurs vétures.

(An 1178.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Willelmus Autissiodorensis epis-

(1) *Nundine de Tanneto* étaient des foires établies proche d'Auxerre sur le Montartre.

copus, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod cum Crisenoni essemus in capitulo, conventus ejusdem loci nobis dixit quod de communi assensu, omnes moniales, ad emenda vestimenta sua, deputaverunt omnes redditus quos apud Varziacum habebant vel habiture erant, et omnia emolumenta carrucarum et vinearum suarum ibidem positarum, exceptis tantummodo expensis familie sue ibidem commorantis, et vinearum culturis. Rogaverunt etiam nos eedem moniales quod hoc scripto mandari et sigillo nostro muniri faceremus, ad majoris stabilitatis et firmioris perseverancie robur et munimen : quod quidem ad preces ipsarum fecimus sub anathematis pena, interdicentes ne quis ullo modo res predictas in alios usus expendere presumat et ne alicui successorum, hanc institutionem mutare, aut in irritum ducere liceat. Hoc autem totum factum est ob memoriam et mandatum cujusdam nobilis matrone, Garne nomine, sororis defuncti Ytherii de Tuciaco, in eadem ecclesia quiescentis ; nam cum eadem matrona predicte ecclesie multa beneficia contulisset in vita sua, in exitu etiam suo quater-viginti bixancios et decem et octo marchas argenti ibidem in elemosina dedit et multa alia. Rogans et precipiens quod ex predicta pecunia redditus emerentur, unde annuatim monialibus vestimenta providerentur. Tunc vero temporis ecclesia illa magno obligata erat debito, et consilio autenticorum et religiosorum virorum debita sua reddiderunt moniales de predicta pecunia et in recompensationem predictos redditus de Varziaco constituerunt, et ad majorem firmitatem tam nostro, quam sigillo earum firmatum est. Actum anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXXVIII.

(Tiré du Cartul. de Crisenon; D. Viole, t. III.)

N° 72.

Don des églises de Leugny et de Moulins à l'abbaye de Saint-Marien.

(An 1180.)

Ego Willelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, notum facimus tam presentibus quam futuris, nos pietatis intuitu et ob memoriam nostri annuatim faciendam, donasse et concessisse ecclesie B. Mariani et fratribus ibidem Deo servientibus, ecclesias de Lugniaco et de Molins cum presentatione capellanorum, et in eisdem ecclesiis solidos censuales, precipientes ut prescripta censa eis annuatim persolvatur a capellanis earumdem ecclesiarum, medietas in octabis omnium Sanctorum, et alia medietas infra octabam Pasche dedimus etiam eisdem Fratribus arpentum et dimidium terre ante molendina eorum de Gurgiaco, pro novem denariis censualibus in festo S. Remigii episcopo reddendis. Quod ut ratum et immobile in perpetuum permaneat, presenti scripto et sigilli nostri impressione confirmari fecimus. Hujus rei testes sunt Gaufridus abbas S. Laurentii, Hugo Senonensis archidiaconus, Bonamicus archipresbyter, magister Robertus Abolant, magister Fromundus, Willelmus sacerdos. Actum Autissiodori anno ab incarnatione Domini, M. C. LXXX.

(Ex Tabul. S. Mar. Arch. de l'Yonne, et scellé du sceau brisé de l'évêque.)

N° 72 bis.

Don de quelques dîmes à l'église de Saint-Marien.

(An 1181.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Willelmus Autissiodorensis episcopus, notum volumus fieri tam presentibus quam futuris, quod cum Willelmus capellanus de Oona minutas decimas de Monbustel, et de Vancellis, et de Faiel, quas milites tenebant, propriis sumptibus acquisisset, ante nos veniens, eas in manu nostra resignavit. Nos vero pietatis et precum ejusdem Willelmi intuitu, predictas decimas donavimus et concessimus ecclesie B. Mariani Autissiodorensis, et fratribus ibidem Deo servientibus, pacifice et quiete in perpetuum possidendas, et de ipsis Milonem abbatem ipsius ecclesie investivimus. Quod ut ratum, etc. Hujus rei testes sunt magister Odo canonicus S. Petri, Gaudricus capellanus S. Lupi, Willelmus nepos meus, magister Fromundus, Villelmus capellanus. Actum Autissiodori, anno a Verbo incarnato, M. C. LXXXI.

(Ibidem Arch. de l'Yonne.)

N° 73.

Fondation de la maison du Temple de Saint-Bris.

(Vers 1180.)

Viro venerabili fratri A. priori fratrum Templi qui sunt in Gallia et universo conventui fratrum, Gaufridus de Arsi frater domini abbatis Vezeliaci salutem et fidele

obsequium in Christo Domino. Sedule cogitans mecum de fallaci jocunditate hujus labilis vite, et nichil esse considerans quod tam veloci fine clauditur, contuli me ad considerandum quam felices sunt qui Christo militant, quam illorum bonum et si hic per exercicium virtutem cum amaritudine permixtum habet initium in consumatione, felicitas illorum non est habitura terminum. Hinc est quod milicie Christi particeps fieri cupiens, licet adhuc mundi hujus negociis implicatus detinear in seculo, decrevi in possessione mea facere mihi amicos qui me recipiant in eterna tabernacula.

Do itaque Templo qui est Jerosolimis et militantibus ibi Christo, in perpetuum unam carrucam terre quam habeo apud Sanctum-Priscum et unam carrucam necessarii bobus instructam, et tria jugera vincarum que vulgo dicuntur tria arpenz, et torcular unum et unam domum ad vinum et unam grangiam ad bladum reponendum, que omnia, Deo propicio parata erunt ante vindemiam; et aisanciam in nemore meo apud Arsi, scilicet boscum mortuum ad focum fratribus ibi degentibus et paxillos ad opus vinearum quas in presenti dedi et in futuro daturus sum. Et quum multis ingruentibus negociis que pretermitto ob brevitatem cartule, artha pecunarium aliquantulum exhausita est, et ad presens deest unde votum meum compleam, ideo supplico liberalitati vestre quatinus ex vestro edificetis mansionem fratrum, scilicet domum unam petrinam et subtus celarium et capellam honestam ad serviendum Deo. Et trado vobis clausum meum qui est apud S. Priscum et est ferax centum modiorum albi vini ut de precio vini edificetur domus, celarium et capella; et tandiu habete clausum donec universas expensas vestras recipiatis. Mittite ergo quemlibet ex vestris virum probum qui elemosinam, quam devovi Templo pro redemptione anime mee et parentum meorum et uxoris et natorum meorum, recipiat, et opus predictum consummare acceleret. Rogo etiam quatinus in medio vestrorum recipiatis et beneficia ordinis vestri sicut uni ex vestris et in vita et in morte concedatis. Et si aliqua occasio vos vel ad Villemosum accedere vel partibus nostris appropinquare fecerit, mandate mihi per presentium latorem ubi vobiscum loqui potero.

(Cartul. Templiers d'Auxerre. Arch. de l'Empire, S. 5235.)

N° 74.

Confirmation par Philippe-Auguste, étant à Auxerre, d'un legs fait à l'abbaye de Pontigni, par la comtesse Mathilde.

(An 1181.)

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Mathildis comitissa Nivernensis, in obitu Willelmi filii sui, et Guidonis comitis, sicut idem Guido dum viveret preordinaverat, quadraginta arpentos nemoris contulit ecclesie Pontiniacensi, ob remedium anime illius pueri, et Guidonis comitis Nivernensis. Quod ut ratum et firmatum habeatur, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere communimus. Actum apud Autissiodorum, anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXXXI, regni nostri tertio, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : S. Theobaldi dapiferi nostri, S. Guidonis buticularii, S. Matthei camerarii, S. Radulphi constabularii. Data per manum Hugonis cancellarii.

(Ex Cartul. Pontinacensi. Bibli. Reg. page 3).

N° 75.

Don de quatre breneaux de sel, à l'abbaye de Crisenon, par Guillaume fils du comte Gui.

(An 1181.)

In nomine...... Noverint...... quod ego Guillelmus, unicus filius Guidonis comitis Nivernensis, et Mathildis comitisse, amore Dei et remedio anime mee, et pro animabus patris et matris mee, omniumque antecessorum meorum, dedi in perpetuum, et concessi Deo et ecclesie B. Marie de Crisenone et sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, quatuor brunellos salis apud Autissiodorum. Preterea supradicte, in futurum, concessi ecclesie in nemore meo de Fretoy usagium ad unam quadrigam, videlicet in nemore mortuo. Quod ut ratum et inconcussum in posterum habeatur, cum ego Guillermus adhuc puer sigillum non habeam, ad preces et petitiones meas, Domina mater mea comitissa Nivernis, hanc meæ donationis cartulam sigilli sui impressione fecit communiri. Hujus rei testes sunt Dominus Narjotus de Toucy, et alii. Actum anno Domini, M. C. LXXXI.

(Ex Tabul. Crisen.)

N° 76.

Don de l'annuel des prébendes de Château-Censoir à l'abbaye de Crisenon.

(An 1182.)

Caritatis operibus operam impendentibus....... Pateat igitur tam presentium quam futurorum notitie, quod ego Seguinus ecclesie Castri-Censurii, Dei gratia humilis abbas, ejusdemque ecclesie Capitulum, animabus nostris querentes remedia, ecclesie B. Marie de Crisennone canonicorum nostrorum annualia, jure perpetuo concedimus possidenda...... ita scilicet quod quomodo prebendam vacare contigerit, a prima die cognita vacationis usque ad annum perfectum prebende vacantis fructus ecclesia de Crisennone integre recipiet, nullo ab ipsa in ecclesia Castri-Censurii exhibito servitio, excepto hebdomadali; quod omnino vacationis cursu solito, canonicorum persolvet. Actum est hoc anno Domini, M. C. LXXXII. Hujus rei testes sunt, Guerricus de Avalone, canonicus, Obertus de Cervon, Benedictus capellanus de Malliaco-villa, Christianus capellanus de S. Bricio, Rodulphus clericus de Malliaco, Laurentius de Baserna.

(Ex Tabul. Crisen.)

N° 77.

Accord de Pierre, comte de Nevers, avec l'abbé de Saint-Germain, sur les bois de Bruyeres et Monbolon.

(An 1187.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Petrus comes Nivernensis, omnibus tam presentibus quam futuris notum facio, quod venerabilis H. abbas Sancti-Germani Autissiodorensis, communi fratrum ejusdem ecclesie assensu, in pleno capitulo concessit et laudavit mihi, et heredibus meis comitibus Autissiodori, medietatem quorumdam nemorum suorum prope Autissiodorum, scilicet Magne Bruerie, et de Monbolun; et ego similiter concessi et dedi ecclesie medietatem juris mei quod in eisdem boscis habebam, tam in magnis forefactis, quam in custodia haiarum, et aliis omnibus rebus. Statutum denique fuit in eodem capitulo a me, et ab eisdem fratribus, quatenus predicte haie de Brueria, scilicet et Monbolun communiter vendantur, et precium earum inter me et ipsos equaliter parciatur. Post successionem vero haiarum, omne nemus tam ubi haie fuerint, quam reliquum in foresta ponatur, et communiter custodiatur. Quatuor ibi erunt forestarii, duo ex parte comitis, et duo ex parte ecclesie. Qui ex parte comitis erunt, jurabunt fidelitatem ecclesie. Qui ex parte ecclesie, jurabunt similiter comiti. Isti quatuor forestarii nec prepositis, nec aliis servientibus respondere tenebuntur, aut justitiam facere, nisi comiti tantum et ecclesie, sed per se ipsos justiciabunt nemora, forefacta levabunt, et fideliter partita communiter reddent comiti et ecclesie. De eisdem forefactis non poterit comes condonare vel dimittere alicui partem ecclesie, nec ecclesia partem comitis predicta nemora vendere vel donare; nec comes, nec servientes ejus sine consensu ecclesie poterunt, nec ecclesia sine consensu comitis. Si de illis, vel comes, vel ecclesia vendere voluerint, communi fiet assensu, et precium commune erit inter comitem et ecclesiam. Si de eisdem aliquid extirpari et in planum redigi contigerit, fundus terre, sine parte comitis proprius erit ecclesie, Inventum, mel et cera, pasnagia porcorum, communia erunt inter comitem et ecclesiam, exceptis porcis S. Germani, qui ibi sine pasnagio pascentur. Si quis in eis usuarium, aut aliam consuetudinem reclamaverit, comes defendet illud, et sibi, et ecclesie garentizabit. Quotiens comes voluerit in eis venari poterit, vel alius vice sua; similiter et ecclesia vel alius vice sua. Si aliquis forestariorum aliquid forefactum fuerit, de predicta forestaria per communem justitiam comprobabit. Si duellum exinde firmatum fuerit, de ipsis vel aliis quibuscumque hominibus occasione predictorum nemorum vadia communia inter comitem et ecclesiam erunt, et duellum per communem justitiam deducetur, et forefactum levabitur, et ad hec comprobanda in claustro Sancti-Stephani convenietur. Hanc autem conventionem infirmare aut commutare, vel predicta nemora de manu nostra, ego vel heredes mei removere aut aliquo modo alienare non poterimus, quin semper sint Autissiodorensis comitis, nisi forte jam dicte ecclesie S. Germani in eleemosynam ea dare voluerimus. Exceptum est autem de istis nemoribus quantum intra fossata de Bellomonte continetur, quod proprium ad justiciandum et custodiendum, vel quodcumque voluerit faciendum domui de Bellomonte sine parte mei vel alterius remansit. Similiter foresta haie de Urgiaco, et nemus de Bruerette sine parte comitis et sine custodia, proprium ecclesie S. Germani remansit, et est et erit, et neque ego, neque heredes mei in predicto nemore de Bruerette, neque in haiis que olim ibi fuerunt, aliquid de cetero recla-

mabimus. Et ut hec conventio inter me et ecclesiam solemniter facta, plenum firmitatis robur optineat, in capitulo S. Germani multis de baronibus, et hominibus meis coram positis eam recognovi, laudavi, et manu propria jurejurando firmavi, et presentis scripti attestatione, et sigillorum mei, scilicet et uxoris meæ A. Nivernensis comitisse, que hoc ipsum laudavit, impressione munivi. Acta sunt hec Autissiodori, apud S. Germanum, anno Incarnati Verbi, millesimo centesimo octuagesimo septimo, regnante Philippo rege Francorum.

(Ex Cartul. S. Germani, f. 47.)

N° 77 bis.

Accord entre Ardoin, abbé de S. Germain, et Bouchard, seigneur de Seignelay, touchant la terre de Gurgi.

(An 1175.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guillelmus comes Nivernensis, notum fieri volo tam presentibus quam futuris S. Matris ecclesie filiis, quod querela illa que erat inter Arduinum abbatem S. Germani, et Dominum Bocardum de Seliniaco super justitia et quibusdam consuetudinibus de terra Gurgiaci terminata est hoc modo : dictum est a servientibus meis qui veritatem sciebant, quid pater meus antequam salvamentum terre illius Domino Bucardo dedisset in ea habuerit, quod justitia de potestate Gurgiaci, tam parva quam magna, in terra B. Germani, et omnia que ad justitiam pertinent S. Germani est. Inventum in terra Gurgiaci, et custodes agrorum et vinearum S. Germani sunt : filii et filie Stephani Boerii S. Germani sunt. Si vero latro in eadem potestate deprehensus fuerit, vel convictus cum rebus suis extra atrium repertis, Domino Bocardo, vel servientibus suis tradetur ad redimendum, sive ad puniendum ; si vero convictus non erit, in eadem villa et non alibi per justitiam Sancti-Germani comprobabitur. Salvamentum habet Dominus Bucardus in ochiis illis in quibus focus est, que si hospite et foco vacuate fuerint, medietatem salvamenti eo anno tantummodo habebit, quo seminibus jactis culte fuerint, omnes ochias hospite et foco vacuas, carruca S. Germani libere excolet, et tunc de illis salvamentum non habebit; si iterum hospes ibi missus fuerit, salvamentum similiter habebit; salvamentum est mina avene in ochia, et duo denarii, et unus panis ivernagii, si panis non erit, nummus pro pane dabitur. Homines illi qui debent salvamentum, conducent illud Silliniacum in domum Domini Bucardi, et ipse dabit eis hesum. Si salvamentum statuto tempore redditum non fuerit, Dominus Bucardus, vel servientes ejus, vadia accipient, et capitale suum absque rectitudine habebit. Trossam feni habet Dominus Bucardus in hominibus S. Germani, aut in prato, aut in domo; si in domo fenum non invenerit, trossam palee accipiet, si neutrum nihil accipiet. Dictum vero est, quod si homines S. Germani pratum vel tenaturam emerint, quod trossam debeat quandiu venditor de parte illa quam retinet trossam reddiderit, emptor immunis erit; sin autem, idem pratum, vel tenatura trossam reddet. Sciendum vero est, quod in domo majoris S. Germani, qui manet in atrio, et aliorum qui in atrio manent, Bucardus nullam trossam accipiet, vel salvamentum. Si homines S. Germani se commendaverint Bucardo, quandiu voluerint commendati sui erunt, et cum inde exire voluerint commandationem reddent, et postea commendati sui non erunt. Hoc dictum est de illis qui sunt de potestate Gurgiaci. Liberi homines sunt Bucardi in eadem villa. Hujus rei testes sunt magister Stephanus, et alii decem. Actum est anno ab Incarnatione Domini, millesimo centesimo septuagesimo quinto.

(Ex Cartul. Ms. S. Germani Autiss. in Camera, cap. 2. fol. 62 rect.)

N° 78.

Lettre de Philippe-Auguste portant règlement de la monnaie frappée par le comte d'Auxerre et des conditions de son cours.

(An 1188.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi quod cognatus noster Petrus comes Nivernensis ad consilium et consensum episcoporum, abbatum et baronum comitatus Nivernensis monetam fecit ad quatuor denarios de fino argento, et sexdecim solidos, et octo denarios de pondere, in marca Trecensi, quam comes et uxor sua Agnes juraverunt perpetuo de cetero in jamdicto pondere et legalitate fideliter conservandam ; quam etiam jurabit filius comitis vel filia, et filii filiorum vel filiarum successive in posterum, ut duret in perpetuum. Si vero comes vel filius suus vel filia aut filius, filii vel filie monetam ipsam de supradicto pondere et valore in aliquo defraudarent vel fraudari sustinerent, ecclesiastice persone vel barones terre sue monetam suam

deinceps non tenerentur recipere, sed monetam quam vellent in terra sua sine occasione mitterent, et episcopi Autissiodorensis et Nivernensis, de comite et terra sua et heredibus suis justitiam facerent. Si autem fabricatores monete predictum pondus et valorem minuere presumerent, de ipsis justitia districta fieret, nec eis favore aliquo aut gratia parceretur. Et ut nulla possit in moneta ipsa fieri diminutio vel falsitas, frequentius probabitur a cambitoribus et discretis viris in cognitione argenti et ponderis, et ecclesiastice persone vel barones eam quandocumque voluerint, probari facient. Pro perpetuitate vero ipsius monete, et pro via Jerosolymitana, placuit personis ecclesiasticis et baronibus terre comitis, ut de singulis domibus que proprium habent mansionarium duodecim denarios, hoc tantum anno accipiet per civitates et castella, burgos et villas in quibus moneta Nivernensis debitum cursum habet. Ne vero beneficium duodecim denariorum quod comiti sponte hoc tantum anno impenditur, ecclesiis vel baronibus in consequentiam trahatur, quod nunquam fuerat, nec amodo erit, litteras nostras eis patentes tradidimus tam de monete perpetuitate, quam de indempnitate pro beneficio comiti semel gratis impenso. Quod ut in posterum ratum, illibatumque permaneat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate, ac regii nominis caractere inferius annotato precipimus confirmari. Actum Parisiis, anno ab Incarnatione Domini, M. C. LXXXVIII, regni nostri anno nono, astantibus in palatio quorum nomina supposita sunt et signa. Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri. S. Guidonis buticularii, S. Matthei camerarii, Radulphi constabularii. Data vacante cancellaria.

(Ex Cartul. episcopatus Autiss fol. 24.)

N° 79.

Lettre de Pierre, comte de Nevers, et d'Agnès sa femme, contenant rémission de la mainmorte qu'ils avaient sur leurs bourgeois libres d'Auxerre.

(An 1188, 29 juillet.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Usus litterarum propter rerum notitiam repertus est, ut ea que temporaliter fiunt per temporum successionem oblivioni non tradantur. Ea propter sciant omnes tam futuri quam presentes, quod ego Petrus comes Nivernensis, ego Agnes comitissa uxor ejusdem comitis, divino pietatis intuitu et sociorum nostrorum interventibus, nostris Burgensibus de Autiss., liberis videlicet, manum nostram quam in eisdem habebamus, tam modo existentibus quam superventuris remisimus, et ad meliorem prefate urbis restaurationem, quam ignis tam lacrimabiliter concremaverat, in perpetuum omnino quittavimus. Quod ut ratum et inconcussum in posterum habeatur, presentem cartulam sigillorum nostrorum munimine muniri precipimus. Hujus rei testes sunt hii : Mathildis comitissa Tornodori domina, et mater nostra, Clarembaldus de Noeriis, Stephanus Bornus, Letericus de Autissiod., Richardus de Castellulo, Rochericus, Hugo Goaudi, Petrus de Corcun. Actum est publice apud Druyam, anno Incarnati Verbi, M. C. L. XXXVIII, anno videlicet quo Dominus rex crucem assumpsit, die videlicet octabarum B. Marie Magdalene, que fuit IIII, kal. Augusti.

(Ex Cartul. Urbis Autiss.)

N° 80.

Don de cens par le comte Pierre à l'abbaye de Saint-Marien.

(An 1190.)

Ego Petrus, Dei gratia, Nivernensis comes, et Agnes comitissa uxor mea, tam futuris quam presentibus notum fieri volumus, quod cum ego comes ultra mare profecturus essem, dono concessimus in eleemosynam ecclesie et fratribus S. Mariani, totum censum quem nobis tunc debebant; qui et subtus annotatus est. Pro vinea episcopi Æduensis que est juxta eandem ecclesiam duodecim denarios, et quatuor *bichez* avene. Pro pitura que fuit Theobaldi majoris, sex denarios, et quatuor bichez avene. Pro vinea Odonis Borni, novem denarios. Pro vineis Magnicampi que fuerunt Domini Garnerii de Triangulo, tres solidos. Pro vinea Odonis Forestarii, tres denarios. Hanc eleemosynam fecimus presente Mathilde comitissa Tornodori. Quod ut perpetuo ratum permaneat, presentem paginam inde conscriptam, sigillis nostris fecimus communiri. Actum anno Incarnationis Domini, millesimo centesimo nonagesimo.

(Ex Tabul. S. Mar.)

N° 81.

Don de cent sous, monnaie d'Auxerre, à l'abbaye de Crisenon, par Pierre, comte d'Auxerre.

(An 1190.)

Noverint universi presentes et futuri, quod ego Petrus Nivernensis comes, Je-

rosolymam proficiscens, dedi Deo et ecclesie B. Marie de Crisennone, et sororibus ibidem Deo servientibus, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, centum solidos Autissiodorenses singulis annis in festo sancti Remigii in perpetuum in bursa capiendos. Hoc laudavit et voluit Agnes comitissa uxor mea. Quod ut ratum sit et firmatum, huic presenti cartule sigilla nostra apponi duximus. Actum apud Autissiodorum, anno Incarnati Verbi, millesimo centesimo nonagesimo.

(*Ex Tabul. Crisen.*)

N° 82.

Testament de maître Abbon chanoine d'Auxerre, docteur en médecine, contenu dans un acte capitulaire.

(An 1191.)

Ego Herveus Dei gratia decanus, et capitulum Autissiodorensis ecclesie, notum esse volumus futuris et presentibus, quod dilectus frater et concanonicus noster magister Abbo, anno Dominice Incarnationis, M. C. XCI, testamentum suum nobis coram positis hoc modo fecit et ordinavit. Pro faciendo anniversario suo donavit nobis et ecclesie nostre vineam de Petra Botelaria. Pratum de Belcha. Vineam de Junchis. Domum novam de Porta, et vineam de Grandi-campo; ita quod Ansellus de Torigniaco in vita sua tenebit vineam de Petra Botelaria, et pratum de Belcha, et inde nobis reddet annuatim viginti solidos. Reginaldus vero, quem pro Dei amore nutrivit, et in ecclesia nostra canonicari fecit, tenebit vineam de Junchis, vineam de Grandi-campo, et domum de Porta, et exinde reddet nobis singulis annis quinquaginta solidos, et tam isti quam prefati denarii in die anniversarii sui dividentur canonicis qui intererunt vigiliis et misse. Cum autem alteruter eorum obierit, ille qui superstes fuerit, totum tenebit, et totam censam reddet. Si vero prefati Ansellus et Reginaldus vineas quas tenebunt debita cultura non excoluerint, vel prenominatas censas statuto termino non redderent, nos vineas, domum et pratum acciperemus, et anniversarium, sicut dictum est, faciemus. Domum alteram de Porta dedit nobis pro faciendo anniversario Galteri medici, sed sciendum quod ista domus debet annuatim duos solidos in crastino Omnium Sanctorum ad Caritatem de Monte-Autrico et altera domus quam Regnaldus tenet tres solidos. S. Germano pratum de Soeriis, et centum solidos ad procurationem monachorum. S. Mariano libros suos de divinitate, scilicet quatuor Evangelistas, sententias et historias magistri Petri, Apocalipsim, et libros Salomonis, ea conditione, quod si canonicus ecclesie nostre eos habere voluerit ad legendum in domo sua, vel etiam in scolis, eos habeat, data cautione, quod postmodum ecclesie S. Mariani eos restituat. Operi ejusdem ecclesie scissum argenteum, quem prior servat. Refectioni fratrum ejusdem loci viginti solidos. Plantam de Viavallis ad exhibendam lampadam in dormitorio, vel in ecclesia monialium S. Juliani. Leprosis S. Simeonis sexaginta solidos, et quadraginta quos ei debent. Operi ecclesie S. Eusebii, viginti solidos et fratribus quinque. Operi S. Amatoris viginti solidos, fratribus quinque. Operi de Monte-Autrico viginti solidos, pauperibus decem quos ei debent; S. Petro viginti. Operi S. Gervasii quinque. Operi S. Mamertini quinque. Operi S. Lupi tres. Operi S. Marie sexaginta solidos quos ei debent super calicem. Operi capelle S. Stephani viginti solidos; fratribus de S. Maria quinque. Ponti decem quo Bernardus debet. Ad reficiendam domum viginti libras que accipientur de vino cum his qui operibus ecclesiarum dimittuntur. Operi S. Stephani decem modios vini rubei. Operi S. Petri in castello decem solidos. Monialibus de Crisenno septem modios vini. In die sepulture sue omnibus canonicis et presbyteris de choro nostro qui intererunt obsequio duodecim denarios. Aliis clericis de choro nostro quatuor denarios, pauperibus centum solidos. Equum et quadrigam vie S. Simeonis. Cappam pluvialem Galfrido leprosorum. Germano presbytero quadraginta solidos quos ei debet, et unum sextarium frumenti, et unum siliginis, et unum hordei. Residuum annone medietatem Regnaldo fratri suo, et medietatem Regnaldo puero. Item fratri suo mantellum novum, tunicam, duos sciphos argenteos, undecim coclearia, unum madrinum, cistam parvam ferratam, mortarium ereum, et quecumque ad usum medicine pertinent. Duas culcitras cum cussinis et lecto, et linteis, et opertorio, et tapeto. Ansello tres culcitras cum cussinis. Regnaldo puero duas culcitras cum lectis, et cussinis, et lintheis, sciphum madrinum, cistam magnam, libros de physica, et de artibus, et autores. Domui nostre Dei duas culcitras cum cussinis, et fenestram ferream. Domui de Monte-Autrico culcitram cum cussino et linteis. Singulis clericis de choro nostro qui legent psalterium duodecim denarios. De cupis et doliis tantum habeat Regnaldus, quod

vinum suum ibi possit facere. Cetera in domo remaneant. Si quid residuum fuerit, in dispositionem sit magistri Roberti, et Anselli de Torigniaco, et fratris Roberti de S. Maria.

(*Ex Cart. Capit. Autiss. f.* 37.)

(La mort de ce chanoine médecin est marquée au 14 novembre, dans les Obituaires écrits vers 1250.)

N° 83.

Lettres d'Agnès, comtesse de Nevers, sur l'anniversaire du comte Gui.

(An 1191.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Agnes, comitissa Nivernensis, notum fieri volo tam futuris quam presentibus, quod cum karissima mater mea Mathildis comitissa Tornodori, medietatem domus quam emit ab Hugone de Barris, pro remedio anime sue et pro faciendo anniversario Guidonis comitis bone memorie patris mei et suo, ecclesie et canonicis B. Stephani dedisset, et aliam medietatem ecclesiis S. Germani et S. Mariani, saniori postmodum usa consilio, quod pro faciendis duobus anniversariis parum videbatur donasse ecclesie B. Stephani, presertim cum domus illa communi incendio combusta fuisset, nec sine sumptuoso labore posset refici, totum illam domum cum cellario concessit, laudantibus fratribus prenominatarum ecclesiarum, et partes suas omnino quittantibus, ita quod medietas redditus qui proveniet de quinque operatoriis et cellario ipsius domus in anniversario Guidonis comitis patris mei, alia medietas in anniversario prefate matris mee dividetur canonicis qui servitio intererunt, et ceteris clericis, prout mos est in illa ecclesia dividere. Ut autem hoc pie devotionis donum stabile foret et ratum, P. karissimus vir meus, antequam Jherosolymam iret, et ego laudavimus et sigillis nostris confirmavimus. Insuper ut redditus perpetui manerent, et augeri potius possent quas minui, omnes illos qui quinque operatoria et cellarium sepedicte domus conduxerint, ab exercitu et chevalchia et excubatione, scilicet a custodia ville de nocte, que vulgo cerchia dicitur, quittavimus et frangivimus, et eos ab his tribus servitiis immunes et quietos peremtiter fore concessimus. Hanc vero ultimam donationis mutationem, et totius domus, sicut supra scriptum est, ecclesie B. Stephani a matre mea factam donationem cum pretaxata hospitum franchisia et libertate, ego Agnes comitissa Nivernensis iterum laudo, et presenti pagina sigillo meo roborata confirmo. Debet autem sepe nominata domus xij denarios de censu. Prioris donationis et confirmationis testes sunt Droco de Melloto, Lethericus Baledart, Milo Bornus, Petrus Choselli, Petrus de Corcon, Regnaudus clericus comitisse Tornodori, Gaufridus capellanus P. comitis, et plures alii. Hujus autem secunde confirmationis testes sunt eadem mater mea, idem Petrus de Corcon, idem Milo Bornus, magister Zacharias notarius meus. Data apud castrum Malliacum, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, regnante Philippo rege Francorum, Hugone vero episcopo presidente sedi ecclesie Autissiodorensis.

(*Ex Cartul. Capit. Autiss. fol.* 52.)

N° 84.

Fondation de Pierre, comte d'Auxerre, à l'église de S. Marien, pour l'âme d'Agnès, sa femme.

(An 1193.)

Ego Petrus Nivernensis comes, omnibus tam futuris quam presentibus : notum fieri, quod cum Agnes uxor mea in extremis agens testamentum suum faciendum super me dimisisset, pro remedio anime ejus dedi et concessi ecclesie et fratribus S. Mariani quadraginta solidos censuales in parochia S. Gervasii, et ventas ejusdem census : ita quod predicte Agnetis anniversarium per singulos annos in predicta fiet ecclesia. Quam condonationem atque concessionem presenti pagina conscriptam, ut eidem ecclesie in perpetuum firma permaneat, sigilli mei munimine consignari precepi, anno Incarnationis Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio.

(*Ex Tabul. S. Mariani.*)

N° 85.

Reconnaissance de Pierre, comte d'Auxerre, comme c'est gratuitement que les bourgeois des églises d'Auxerre lui ont aidé à fermer la ville de nouveaux murs du côté de la rivière.

An 1193.

Ego Petrus comes Nivernensis : notum volo esse universis ad quos littere iste pervenerint, quod Dominus Autissiodorensis episcopus, et canonici B. Stephani, ceterique prelati ecclesiarum Autissiod, ad instantissimas preces Domni regis Francorum et meas, de mera liberalitate sua

voluerunt, quod homines eorum juvarent me ad faciendos muros ex parte aque prefate civitatis, cum certissimum sit, quod nec ipsi, nec homines eorum aliquid ponere debeant ad faciendam quamlibet munitionem ipsius civitatis. Ne igitur ego vel successores mei comites Nivernenses hac occasione aliquid ab eis ad simile opus exigere debeamus, presenti pagina certifico, et ne in consuetudinem trahatur, modis omnibus fieri prohibeo. Promisi etiam eis, quod litteras apertas domini regis eis habere facerem, antequam collecta super hoc facta de hominibus suis levaretur. Iniquum enim esset, si beneficium, quod de gratia et mera liberalitate mihi aliquando factum est, in prejudicium ecclesiarum in posterum redundaret. Actum Autissiodori, anno Dominice Incarnationis, M. C. XCIII.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 86.

Lettre de maître Pierre d'Auxerre, écrivain du XIIIe siècle.

(An 1200.)

Carissimo patri abbati S. Mariani Domino Miloni, et universis ejusdem loci fratribus, magister P. Autiss. salutem mentis et corporis. Vineam meam de Maringues, et grangiam quam emi a Petro Evraudi, concessam Johanni nepoti meo in vita sua possidendas; ita tamen ut post mortem ipsius ad nostram rediret proprietatem. Nunc autem quoniam sicut Domino placuit, diem mortis mee prevenit, ne aliquando fortuiti casus impedimentum occurrat, predictas domum et vineam vobis in perpetuum possidendas concedo, me tamen eas retinente ad usum tantum quandiu Dominus mihi permiserit; et exinde memoriam matris mee annuam que in cemeterio vestro requiescit, intuitu pietatis et misericordie facietis. Ut autem in publicam veniant hominum cognitionem, sub certitudine sigilli mei litteris apertis expressi donationem.

(*Ex Tabul. S. Mariani.*)

N° 87.

Lettres de Philippe II, roi de France, par lesquelles il confirme certains octrois faits par Pierre, comte d'Auxerre, à ses bourgeois de la même ville.

(An 1200.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod comes Petrus Autiss. et Tornodor. quittavit Burgenses suos qui sunt de censiva Autissiodorensi, qui etiam debebant ei equitationes, torneamenta et exercitus, sicut continetur in carta nostra quam Burgenses habent de torneamentis, equitationibus et exercitibus; ita videlicet quod illi qui debebant ei torneamenta, equitationes et exercitus, debebunt ei singulis annis in octavis nativitatis Domini quinque solidos, tali modo quod ille qui quinque solidos pagare non poterit, ponetur ad mensuram secundum considerationem curie ipsius comitis et Burgensium, sicut habetur in magna carta nostra de mensura secundum quod ille qui ditior erit non debet nisi viginti solidos. Hoc autem eisdem Burgensibus quamdiu idem comes vixerit, duximus concedendum. Quod ut ratum firmumque permaneat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato, presentem paginam ad petitionem ipsius P. comitis et Burgensium fecimus confirmari. Actum Parisius, anno Domini M. CC., regni vero nostri anno vicesimo primo, astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo, S. Guidonis buticularii, S. Matthei camerarii, S. Droconis constabularii : sic sign.

Data vacante (*monogramme*) cancellaria.

(*Ex Cartul. Urbis Autiss. fol.* 35.)

N° 88.

Annonce de l'Obit de la mère de Pierre, comte d'Auxerre, tiré de l'ancien Nécrologe de Notre-Dame de Paris.

(An. 1200.)

Octodecimo kalend. octobris, obiit Helysabeth mater Petri Comitis Autissiod. que dedit nobis et hospitali centum solidos annuatim percipiendos in redditibus quos habebat apud Chantecoc, qui eam jure hereditario contingebant. Quos centum solidos quia tam capitulum, quam hospitale sine contradictione laboribus et expensis magnis habere non poterant, predictus Petrus comes filius ejus dedit tam capitulo, quam hospitali XL libras parisiensium, de quibus duas partes habuimus, et hospitale tertiam.

(*Cod. Reg.* 3883. 3.)

N° 89.

Lettre du pape Innocent III à l'évêque d'Auxerre Hugues de Noyers, pour l'inviter à poursuivre des usuriers publics.

(Entre 1198-1206.)

Cum in diocesi tua sint quamplurimi usurarii, de quibus minime dubitatur quin sint usurarii manifesti, contra quos propter timorem potentum qui tuentur eosdem, nullus accusator apparet; nec iidem sint per sententiam condemnati; fraternitati tue taliter respondemus quod licet contra eos non appareat accusator, si tamen aliis argumentis illos constiterit esse usurarios edita libens poterit exercere.

(*D. Viole mss.*, t. III, n° 127.)

N° 90.

Lettre du pape Innocent III, à Hugues de Noyers, évêque d'Auxerre.

(Entre 1198 et 1206.)

Cum tibi de benegnitate sedis apostolice sit indultum quod ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentium in tua dispositione perveniat; nos consulere voluisti, an appellatis vocabuli clericorum, tam ad canonicos quam ad non canonicos extendatur, et infra consultationi tue taliter respondemus quod appellatio clericorum non solum alios, sed etiam canonicos comprehendit.

(*D. Viole*, ms., t. III, n° 127.)

N° 91.

Lettres de l'archevêque de Rouen (vidimées par l'évêque d'Auxerre, portant don de 10,000 harengs, en faveur de l'abbaye de Pontigny.

(An 1201, 1er juin.)

Sanctissimo patri ac domino Honorio Dei gratia summo pontifici, H. permissione divina Autissiodorensis ecclesie minister humilis cum devoto pedum osculo totius subjectionis et reverentie famulantum. Sanctitati vestre notum facimus nos ea que secuntur in carta pie memorie Walteri quondam Rothomagensis archiepiscopi et capituli sui, verbo ad verbum diligenter inspexisse.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Walterus Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, salutem in domino. Ad universitatis vestre volumus noticiam pervenire, nos, divine pietatis intuitu, assensu et voluntate capituli nostri, dedisse et concessise dilectis amicis nostris abbati et conventui Pontigniacensibus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, decem milia allectruum annuatim in manerio et portu nostro de Diepa, de redditu nostro solvenda, inter festum Omnium Sanctorum et festum sancti Martini, libera absque omni consuetudine. Ut autem hec nostra donatio rata et inconcussa permaneat, eam presenti scripto et sigilli nostri munimine duximus corroborandam. Ad majorem etiam securitatem sigillum capituli nostri presentibus litteris fecimus apponi. Testibus Arnaldo Cisterciensis, Balduino Tersicampi, Johanne de Quinci abbatibus, Domino Ric... (ardo?) decano Rothomagensis, magistris Johanne de Vilers et Roberto Balbo et Ric....., Hairo canonicis Rothomagensis; Roberto filio Ric..... clerico. Datum per manum Roberti de Sancto-Nicholao apud Rothomagum, anno incarnationis dominice millesimo cc° primo, kalendas junii.

Quam cartam integram et sine ulla lesione invenientes, ad peticionem fratrum Pontigniacensium litteris presentibus in testimonium veritatis sigillum nostrum apposuimus. Datum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quarto, mense januario.

(Scellé autrefois du sceau de l'évêque.)

(*Archives de l'Yonne, fonds Pontigny.*)

N° 92.

Augmentation du nombre des chanoines de Varzy.

(An 1202.)

Hugo, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in vero salutari, salutem. Cum militans Ecclesia triumphantis indigeat subsidio in paucis per se sibi sufficient, nisi triumphans sustentaverit, triumphantium memoriam debent habere pre oculis militantes. Nos igitur adhuc de numero militantium, adhuc incerti de victoria, ad illud ad quod nostra non sufficit imbecillitas, sanctorum pro nobis intercessiones imploramus : Attendentes autem beate virginis Eugenie merita que nostris subvenire potest excessibus, tanquam que usque ad martyrium pro Domino strenue militavit, in ejus ecclesia que fundata est a nostris patribus et sanctis ejusdem virginis pignoribus dotata in castro nostro Varziaci, augmentavimus numerum prebendarum. In prefata siquidem ecclesia ante dies nostros

nonnisi novem canonici fuerant, quibus tres canonicos addidimus, ut de cetero sint duodecim, et numerus apostolicus impleatur, augmentato numero personarum, ne de redditibus tenuatis oriretur in ecclesia conquestio, redditus dignum duximus augmentare, preter illa que ab antecessoribus nostris ecclesiæ illi data fuerant, donavimus et nos eidem ecclesiam beati Petri sitam in ipso castro Varziaci, ita ut predicti canonici eam in perpetuum possideant integre et quiete liberam et absolutam a paratis, censiva, questu et collecta, et ab omni exactione tam episcopali quam archidiaconi et archipresbyteri. In eorum siquidem arbitrio scilicet canonicorum posuimus et in dispositione ut vel ipsi in ecclesia beati Petri per hebdomadas serviant, vel capellanum eligant, quem ad illam ecclesiam episcopo presentent. Preterea concessimus eisdem canonicis decimas agriculture nostre quam habemus apud Varziacum vel sumus habituri quocumque modo terre nostre illic culte fuerint vel per nos vel per alium decima pars portionis frugum que ad nos vel successores nostros devenerit supradictis canonicis persolvetur; similiter et decima vini nostri et castanearum et pasnagii quoties contigerit in nemoribus nostris Varziacensi pasnagium fieri. Sepedicti vero canonici dederunt et quittaverunt sedi pontificali Autissiodor. quicquid juris habebant in decima Varziacensi, tam magna quam parva. Nos vero in hujus doni sui recompensationem dedimus eisdem canonicis et concessimus tresdecim sextarios frumenti et tresdecim sextarios ordei, annuatim percipiendos in grangia nostra episcopali aut in redditibus Varziacensibus. Donavimus etiam eisdem canonicis in remedium anime nostre censum quem habebamus in cemeterio Sancti-Petri, cujus tertiam partem ipsi possiderant ab antiquo, et propter hoc anniversarium nostrum annuatim se facturos promiserunt, ita quod canonicis qui presentes intererunt servitio, distribuatur census ille. Prefata siquidem ecclesia cum ante dies nostros unicum haberet personam, alium in ea constituimus qui dicitur cantoria : et ut cantor liberius illi dignitati deserviat et devotius, ei contulimus capellam Sancti-Andree, concedentes ut ipsam possideat cantor in perpetuum cum omnibus ad eam pertinentibus liberam ab omni exactione, procuratione, censiva, et cantor capelle illi canonice providere teneatur et personatui suo Varziacensi deservire; et ne donis istis nostris secularis vel ecclesiastica persona possit contradicere presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Varziacum, et datum anno Incarnati Verbi millesimo ducentesimo secundo.

(*Tiré du Vidimus de l'évêque Guillaume des Grez de l'an* 1286.)

N° 93.

Don fait par Daimbert, seigneur de Seignelay, à l'abbaye de Pontigny, de son clos de vigne au Mont-Saint-Sulpice, en reconnaissance de ce que les moines l'ont associé, ainsi que sa femme, à leurs prières et lui ont accordé la sépulture dans leur maison.

(An 1202)

Ego Daymbertus dominus Siliniaci, notum fieri volo presentibus et futuris, quod cum Johannes abbas, totusque conventus Pontiniacensis, michi et uxori mee Margarite participationem beneficiorum et orationum domus sue sua gratia concessissent; insuper et nobis sepulture locum in domo sua et plenarium obsequium post obitum nostrum sicut uni ex ipsis communiter indulsissent : ego Daymbertus eidem abbati et conventui totum clausum vinee mee de Monte Sancti-Sulpicii, concedente et laudante jam dicta M. uxore mea et Stephano filio meo, pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum in elemosinam erogavi. In cujus rei testimonium presentem cartam feci fieri et sigilli mei munimine roborari. Actum in presentia domni Petri Atrebatensis episcopi et Johannis ejusdem loci abbatis tociusque conventus, extra portam Pontiniacensem, die beate Marie-Magdalene, anno ab Incarnatione domini M°CC° II°.

(Scellé du sceau du seigneur de Seignelay publié dans le t. III des Mémoires de l'histoire d'Auxerre.)

(*Archives de l'Yonne, fonds Pontigny.*)

N° 94.

L'évêque Hugues de Noyers fait remise de la main-morte aux bourgeois de Varzy, etc.

(An 1202.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Pontificalis interest officii, ea que mores educant rei publice auctoritatem augent, singulis per emolumentum prosunt, in universis exemplum imitande rei transfundunt, procurare. Hujus rei obtutu, ego Hugo Autissiodorensis ecclesie minister indignus, attendentes animarum periculum imminere, quod nostri burgensis de Varziaco decimam vinearum sua-

rum presumpserunt usque modo non solvere : videntes etiam utilitatem istius oppidi nostri jacturam afferre quod nos et predecessores nostri consuetudinem habuimus que *manus - mortua* dicitur, per quam nec bona parentum devolvebantur ad legitimos heredes, nec bona fidelium , turbato ordine mortalitatis, referebantur ad patres; unde et patres discolos filios et inquietos a se separare, et bonas filias emancipare non audebant, verentes quod ne uterque, vel alteruter jure successionis frustraretur, et filias etiam nupti tradere verebantur, ne forte dos profecta a patre non regrederetur ad patrem; unde et bonum matrimoniale deerat, et nonnunquam pudor virginalis deperibat, ad hec aderat nobis et predecessoribus nostris affuerat jus exigende tallie in martio pro vineis nostris excolendis. Exigebamus autem a singulis singulos obolos pro feno nostro colligendo, pro segetibus nostris sarculandis, pro vineis nostris vindemiandis. A quibusdam etiam burgensibus a nobis vel predecessoribus nostris non emancipatis habebamus jus exigendi singulos sextarios pro singulis modiis vini ab eis venditis, que consuetudo tabernagium vocabatur. Hec omnia nobis vel ecclesie nostræ magnum emolumentum non afferebant, et oppidi decolorabant libertatem et statum reipublice offendebant. His omnibus consideratis et salubri habito consilio, peragenti tamen id nutu divino, a predictis consuetudinibus eos quittavimus, et in posterum plenarie decimam partem fructuum vinearum suarum se nobis et successoribus nostris in perpetuum soluturos obligarunt. Unde nos et nostri ad singulas portas predicti oppidi, per quas publicus ingressus et egressus patet, custodes nostros constituemus, qui decimam partem fructuum vinearum percipiant, et in usus nostros convertant. Ad hec elegimus nobis et successoribus nostris singulis annis mensem augustum, in quo non licebit alicui vendere vinum, nisi nobis vel mandato nostro cum singulis anni mensibus bannum haberemus, in quibus vinearum nostrarum vinum soli vendere possemus, non licebit autem nobis vel mandato nostro vinum nostrum in mense augusto carius vendere quam venditum fuerit in supradicto oppido antea per annum. Ut autem hec firma et illibata permaneant et inconcussum vigorem fortiantur prescripta fecimus annotari, et sigillo nostro confirmari. Actum publice anno gratie M. CC. II.

(*Ext. du Gallia Christiana*, *t.* XII, *preuves de l'église d'Auxerre.*)

N° 95.

Prérogatives et droits de l'évêque d'Auxerre.

(XIIe siècle.)

Episcopus Autissiodorensis in comitatu et diocesi Autissiodorensis est major dominus in spiritualibus et temporalibus; nam omnes et singuli domini temporales dictorum comitatus et diocesis dominia in eisdem situata, paucis exceptis, tenent a dicto episcopo, in feudum vel retrofeudum. Quod volens demonstrare quidam episcopus Autissiodorensis ab Innocentio papa tertio reprehensus cur non servasset in diocesi Autissiodorensis sentenciam interdicti latam auctoritate apostolica in regno Francie, se excusavit legato apostolico super hoc conquerenti, dicens quod rex Francorum in diocesi Autissiod. propriam terram dicitur non habere; et hac de causa episcopus Autissiodorensis in sua diocesi vulgariter nuncupatur *chief-sires*, eo quod quasi omnes ejus subditi ab ipso solo tenent sua dominia temporalia in feudum vel retrofeudum. Ipse autem episcopus, suam totam temporalitatem a rege aut alio domino non tenet in feudum vel homagium, sed a solo Deo et ecclesia quia ipsam recepit a beato Germano duce quondam a Romanis in Gallias constituto, reliqua parte sui dominii relicta comiti Autissiodorensis quam voluit ab episcopo in feudum teneri.

(*Tiré d'une copie prise sur le Cartulaire de l'évêché. — Archives de l'Yonne* 6 g/v.)

N° 96.

Accord des chapitres de Sens et d'Auxerre, pour l'échange de certains serfs.

(An 1203, 1er septembre.)

Guillelmus decanus et universum Autissiodorensis ecclesie capitulum, omnibus ad quos littere presentes pervenerint, in Domino salutem. Notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod cum inter nos et venerabile capitulum Senonense super quibusdam hominibus in terra ejusdem capituli manentibus, et ad nos vel pro toto vel pro parte spectantibus, quorum nomina subscripta sunt, a quibus jura nostra habere non poteramus, coram judicibus a Sede Apostolica delegatis orta fuisset contentio, tandem ad agendum ea que pacis sunt, hinc inde convenimus et actore eo qui pacis est actor, in hanc unanimiter conve-

nimus sententiam ut eligerentur boni viri qui de jure utriusque ecclesie diligenter inquirerent, quoniam quosdam habebat homines ecclesia Senonensis in potestate nostra qui similiter jura sua reddere non volebant, inquisita autem fideliter veritate facerent hominum ad homines excambium pro numero et facultate eorum ex parte capituli Senonensis ad hoc duo electi sunt, videlicet Guillelmus de Pruneto canonicus Senonensis, et serviens eorum de Sancto-Albino Dux nomine. Ex parte vero nostra similiter duo scilicet Galterius cantor Autissiodorensis et Ferrandus major Egligniaci : et isti quatuor de hoc bona fide exequendo corporale prestiterunt juramentum qui legitima inquisitione facta cognoverunt quod in nominibus quorum nomina subsequntur ecclesia Senonensis totum vel partem habebat.

Suivent les noms.

Hisque diligenter inquisitis prefati investigatores quibus hoc specialiter injunctum fuerat dictorum hominum fecerint excambium, et factum tam nobis quam Senonensi ecclesie retulerunt, quod utique hinc inde pari ratum habuimus voluntate. Ac ne futuris temporibus valeat in irritum revocari, litteras nostras super hoc Senonensi tradidimus ecclesie, et mutuo ejus litteras accepimus facti seriem continentes. Actum quarto nonas septembris, anno Incarnati Verbi millesimo ducentesimo tertio.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 97.

Accord de Dreux de Merlot, seigneur de Beauche, et de Raoul, abbé de Saint-Germain, sur des bois.

(An 1203.)

Noverint universi presentes litteras inspecturis, quod ego Drogo de Merlot, et venerabilis frater Radulphus abbas S. Germani Autissiodorensis, totusque ecclesie conventus inter nos convenientes, post compositiones cartarum et conventionum que in ipsis de nemore Magne Bruerie continentur et utilitati utriusque partis providentes, ex communi assensu assumpserunt dictus abbas et prefatus conventus sibi in partem ecclesie sue sexaginta sex arpenta de nemore Magne Bruerie in perpetuum possidenda. Ego autem Drogo totidem et ultra pro avantagio nemoris de Montbolum, sicut in mea et sua continetur carta decem arpenta ex parte mea, et decem ex sua ; ita scilicet quod quater-viginti et sex arpenta mihi et heredibus meis possidenda retinui in vicinio domus mee de Belca, reliquo nemore inter me et ipsos communi, remanente forestarie communi, justitia communi, forefactis communibus. Ita tamen quod nullum ibi recipiant ego et heredes mei ad manendum. Et si contigerit boscum extirpari, fundus terre est et erit monasterii B. Germani, nec ab eadem ecclesia ullo modo poterit alienari. Quod ut ratum, notum omnibus habeatur, presentem cartam sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio.

(*Ex Tabul. S. Germ. Autiss.*)

N° 98.

Supplément à la chronique de saint Marien, non imprimé dans l'édition de Camusat.

Vie de l'abbé Milon tirée de l'exemplaire de cette chronique conservée à S. Germain d'Auxerre qui vient de l'abbaye des Eschallis, et dont l'écriture est du xiij^e siècle.

(An 1203.)

Anno Domini M.CC.III., Domnus Milo S. Mariani quartus abbas diem claudit extremum. De quo pauca perstringere volumus, arbitrantes dignum ut ejus memoria inscribatur volumini quod fecit conscribi. Ut enim in premio premisimus ipsius ducente ac docente industria, nostraque parvitate pariter annitente ceptum peregimus. Milo ergo patre genitus est Anselmo domino castri Trianguli, viro magnifico, et inter Campanie proceres prepotenti. Mater ejus Elisendis et ipsa prenobilis, que cum diu in seculo floruisset, postea in cenobio quod dicitur Fons Ebraldi se sub professione religionis astrinxit, et longevam in domino duxit vitam. Fuit autem eis numerosa progenies, ex quibus alios rerum amplarum constituerunt heredes, alios sub monasterialibus disciplinis divinis mancipavere servitiis. Quorum Milonem adhuc puerum duodennem, domino Hugoni ex abbate Pontiniaci Autissiodor. tunc presuli tradidit pater suus. Porro presul in ecclesia Sancti-Mariani ubi Premonstratensem ordinem nuper adduxerat, obtulit puerum disciplinis regularibus imbuendum. Sic ergo Milo a puero locatus in Sanctuario in omni religionis et honestatis forma sub claustrali nutritus est impensius disciplina. Quem fratres ob egregiam indolem cum esset annorum duodetriginta promoverunt in patrem. Promotus non juniorum sed seniorum frequentabat colloquia, sic sue precavens juventuti ut nil

posset sinistrum de ipso vel malevolus suspicari. Quos maturiores prudentioresque noverat circa se habuit, et eorum sic se agebat consilio ut non tam pater quam socius videretur. Frugalitati studuit, in explenda necessitate sic modicus, ut etiam inter fratres minimos, vix quisquam eo modicior haberetur. Tranquillus moribus, amansque quietis, fugitans publici, fugitans ostentationis et glorie curias principum sive pontificum, et si urgentibus interdum negotiis adiit, quo minus tamen potuit, expetivit. Cum fratres haberet inter Campanie proceres et divitus et potentia preminentes, semper tamen in humilitate se deprimens sic fastidivit generis fastum, quasi se nescierit generosum. Divinis officiis et altaris cultui, omnimodam jubebat diligentiam adhiberi. Circa hospitum susceptionem sollicitus, semper eos voluit et benigne suscipi, et officiose tractari. In corrigendis fratrum excessibus erat vehemens et severus juxta persone tamen et excessuum qualitatem, adhibito moderamine discretionis, ut severitatis vino misceret oleum lenitatis. Consanguineis et propinquis carnalibus nil unquam voluit dilargiri. Dandi parcissimus fuit, nisi cum utilitati domus sue cerneret expedire, petentibus se solitus dicere, se esse pauperem, nec sibi licitum prodigere rem communem. At cum fames (1) ingrueret et plebem teneret prout sibi facultas extitit, manum munificam in pauperum sustentatione profudit. Discretus et gravis erat in consiliis, veritatis amans, tenax justitie, a qua nec metu nec favore deflexit. De omni re plus fidebat orationi quam industrie proprie vel labori. Vitia insectabatur, non homines, amans et provehens illos precipue quos amantes boni et ad bonum crederet aspirare, sed nec in naturalibus minimus fuit; nam et ingenio viguit perspicaci, tenacique memoria, elegantis existens forme, reverendi vultus, mediocrisque stature.

Locum quem inhabitabant canonici S. Mariani dictum olim vicum S. Martini, a Guillelmo comite Nivernensi donari obtinuit, et a fundamentis extruxit, transtulitque conventum et per annos circiter xxxiij rexit atque provexit. In conscribendis libris non parcens expensis, insignem confecit bibliothecam, quesitis undecunque voluminibus cumulatam. Planetis, dalmaticis et tunicis, capis et palliis, calicibus et crucibus, textibus deauratis et operose compositis aliisque utensilibus et variis ornamentis suam reliquit ecclesiam multipliciter insignitam. Quandiu ferre se potuit imbecille corpusculum a celebratione non destitit divinorum. Cumque sic et honestate morum et gravitate consilii preniteret, exhibebatur ei ab omnibus reverentie plurimum et honoris; eratque inter Premonstratenses abbates nominis precellentis.

Illud quoque arbitramur addendum, utpote memoria non indignum, quod Guidonem priorem et Gocuinum suppriorem habuit, quos habuerat in pueritia nutritores. Quorum Guido annis quinquaginta, alter quadraginta quatuor suis sub eo officiis functi sunt, et in eis sunt defuncti viri religionis amantes, spirituque ferventes, et quos ipse coluit tanquam patres, alterum severitatis, alterum lenitatis merito reverendos.

Porro autem cum in senium vergeret, cepit intumescere pedibus et per annum plus solito infirmari. Cumque ingravescente morbo et corpore fatiscente, jam non posset ecclesiam frequentare, salutifere unctionis expetit medicinam, convocat filios, astant omnes, amoris intimi erga patrem testibus lacrymis profluentes. Petit sibi absolutionem, si quid deliquit in aliquem. Testem invocat Dominum, quia universos et singulos semper dilexerit, nec unquam privato vel amore vel odio quemquam repulerit sive provexerit. Hortatur attentius de statutis ordinis propensius observandis, de divino officio instantius prosequendo, fratres grandevos et debiles compatienter et humane tractare, hospites benigne suscipere, exhibere se modicos et frugales, ut pote quibus essent modice facultates, de omni negotio ad Deum recurrere et in ipso confidere, curam non habere parentum sicut nec ipse de suis unquam curaverit, alienumque hoc esse debere ab eo qui parentibus et seculo valefecit. Id quoque perhibet, quia quandiu religionis et continentie bonum vigebit interius, exteriores quoque copie nullatenus defuture erunt. Exemplo esse pleraque cœnobia in quibus religionis defluente bono, bona quoque exteriora dilabi patens est, et jugi defluere detrimento. Addit preterea se nos in bono relinquere statu, nec destituendos fore divini miseratione consilii quandiu in hac boni perseverentia fuerimus radicati. Monet omnimodis unanimitatem servare invicem, et esse in electione concordes. Hec aliaque perplura tam copiose quam salubriter adhortatus, postquam de more inunctus est omnibus ubertim flentibus tanquam ultimum vale faciens, osculum

(1) Reliqua hujus Historiæ avulsa sunt ex Ms. S. Mariani.

pacis dedit, et paucis diebus postea supervixit.

Interim vero dum optatum exitum prestolatur, quam jucunda visione meruerit consolari non debet tacite preteriri. Si quidem videbatur sibi videre Dominum in solio presidentem multitudine innumerabili circumstante, seque ad pedes accedere presidentis et dicere : non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Evigilans quid viderit secum recogitat, et paulo post oculos in soporem revolvens, eandem conspicit visionem, et pedibus Domini se advolvens, Non te, inquit, dimittam. nisi iterum benedixeris mihi. Cui Dominus iteratam illico benedictionem impertit. Alia post hec vice visum est sibi quod Domino assisteret, et Dominus ei preciperet : vade Jerusalem. Et ille : Ignoro Domine viam; et Dominus quemdam ex circumstantibus, digito notans, Hic, inquit, dux itineris erit tibi. Et ille : Quis est hic Domine ? et Dominus : Hic est qui Tobiam conduxit. Testis est Deus, quia sicut ab ipso audivimus, ita et scripsimus. Sane pridie quam obiret, dilectos iterum convocat filios, et exhortatis eis ultimo vale dicto singulis suprema dat oscula. Nocte subsequenti lectulum de stramine et cinere quem dicunt aream jubet sterni, et in eo ut moris est, se deponi. Jam conventus de matutinis redierat, cum ecce hora migrationis ejus instante, cepit urgescere dolor, et eum acrius fatigare. Postulat adesse conventum et suscipere disciplinam, dicens per hoc suffragium se illico leniendum. Id nempe more suo egebat in eo illa vis fidei que semper viguit, et de alienis suffragiis quam de suis meritis plus presumpsit. Accedunt et exponunt dorsa filii circa patrem in extremis agentem, et tam lacrymabiliter quam de voto suscipiunt disciplinam. Ipse vero postquam cum eis penitentiales psalmos cantare ceperat, et post breve dum psalmodia interim decantatur, expirat sancto et placido fine migrans a corpore, ipsa quam optaverat et predixerat die, hoc est xvj. kalend. Aprilis, quando predecessorum suorum coabbatum Raineri, Bertoldi, Osberti solet anniversarium celebrari. Migravit autem sicut dierum plenus, ita et meritorum ut credimus, anno etatis sue lxxv. conversionis lxiij, prelationis xlvij. Successit ei frater Bernodalis prior.

Hic pater, etc.

(*Epitaphe en vers.*)

N° 99.

Remise de la main-morte, par le Chapitre à ses bourgeois d'Auxerre.

(An 1204, 17 novembre.)

Willelmus decanus et totum capitulum Autissiodorensis ecclesie : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra, quod nos omnibus hominibus et feminis nostris de tota potestate Autissiod. quandam consuetudinem, que manus mortua vocatur, remisimus et quittavimus in perpetuum; salvis omnibus aliis consuetudinibus quas in eis habebamus. Propter hanc autem quittationem ipsi quittaverunt nobis panem et burgaceam quam eis dare solebamus in festo B. Stephani de augusto. Dederunt etiam nobis sexcentas libras Pruvinensis monete ad redditus emendos. Ordinatum itaque fuit et condictum, quod ipsi de communi eorum consilio et assensu, aliquos viros bone opinionis eligent, qui jurati bona fide pecuniam istam de ipsis juxta possibilitatem singulorum levabunt. Quod si aliquis eorum beneficium hujus quittationis habere non vellet, et pecuniam sibi ab electis impositam reddere contradiceret, si de eo vel de suis excasuram accideret, communitas aliorum excasuram illam haberet, sicut nos habere solebamus. Si autem aliquis contradicentium et pecuniam sibi impositam reddere nolentium ad villam que in potestate nostra est, transierit, bona fide ei erimus coadjutores ad reddendum quod super eum fuerit positum. Etsi ille vel illa postea redierit Autissiodorum ad manendum, non habebit quittationem istam donec totum quod super eum fuerit persolvat. Si aliquis eorum qui hanc quittationem emeruit ad aliquam villam nostram transierit, cui manus mortua nondum remissa fuerit, et ibi mansionem faciens moriatur, legem et consuetudinem illius ville sustinebit. Si vero in potestate Autissiodorensi, vel in alia potestate que ad nos non pertineat, mansionem faciens moriatur, ubicumque possessionem habuerit, tam in nostra quam alterius terra, possessiones ille quantum ad nos spectat, ad heredes suos, eo mortuo, libere devolventur. Si aliquis de aliqua villa nostra cui manus mortua non fuerit remissa, ad potestatem Autissiod. venerit, quittationem istam non habebit isti ad illos, et illi ad istos libere poterunt transmigrare. Liberi homines vel femine qui de terra non venerint, sed de altera, si hominibus vel fœminis quittationem istam habentibus matrimonio se copulave-

rint, vel alio modo, sicut consuetum est, ecclesie nostre se donaverint, quittationem istam similiter obtinebunt. Si contentio fuerit inter heredes defuncti, quis sit propinquior et ei debeat succedere, ante nos venient, et judicio Capituli contentio illa terminabitur. Promisimus etiam nos rogaturos Dominum episcopum, quatenus hoc litteris suis confirmare dignetur. Quod si noluerit, homines sui qui similiter ab eo manum mortuam emere volunt, litteras nostras non habebunt, donec homines nostri suas episcopi litteras similiter habeant. Litteras etiam Domini Senonensis, archiepiscopi, et Domini PP. sine sumptibus nostris idipsum procurabimus confirmari. Actum est hoc publice in capitulo nostro, quintodecimo kal. decembris, anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quarto. Dat. per manum Roberti lectoris.

(*Ex Tabul. Capituli Autiss.*)

N° 100.

Testament de Robert Abolanz, chanoine, lecteur de Saint-Etienne d'Auxerre.

(An 1205.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus Abolant, peccator, presbyter, canonicus et lector B. Stephani, antequam habitum Premonstratensis ordinis susciperem, testamentum meum in hunc modum ordinavi.

Eeclesie B. Stephani dedi domum meam de porta Fiscali, que debet pro censu eidem ecclesie viij denarios; et S. Marie extramuros iiij denarios. Vineam de Nantela que debet pro censu v denarios S. Juliano. Vineam de cathedra que debet pro censu v denarios S. Germano, et tertiam vineam sitam in Bofaudo que debet pro censu ix, denarios heredibus Milonis Filonis. Hec omnia tenebit Ulricus capellanus capelle S. Stephani, et Girardus capellanus S. Johannis quandiu vixerit. Post Girardum, Ulricus et successores sui capellani capelle S. Stephani totum tenebunt, et inde solvent capitulo centum solidos annuatim infra octavam Epiphanie, qui centum solidi cum aliis viginti quos capitulum mihi concessit super domum in qua manebam, quandiu vixero, dividendur canonicis qui intererunt misse que cantabitur de S. Spiritu, pro benefactoribus ecclesie nostre, tertia die post festum S. Vincentii, et post obitum meum, illis qui intererunt vigiliis et misse anniversarii mei. Si predicta pensio statuto termino reddita non fuerit, capitulum totum accipiet, et quantumcumque inde habere poterit supradicto modo dividetur. Supra quandam vineam assignavi canonicis B. Marie x. solidos. Canonicis de Trinitate v et capellanis S. Johannis v quos supradicto modo inter se divident, et in missa de S. Spiritu, et in die anniversarii mei clericis non canonicis de choro nostro donavi domum quam Fulco concanonicus noster tenet sub annua pensione xxx. solidorum quos reddere tenetur infra octavas Natalis Domini, et post mortem ejus, quantum de domo haberi poterit, cum auctoritate et consilio capituli dividetur clericis qui intererunt matutinis. Caritatibus de Monte-Autrico dedi domum quam Ulderus presbyter tenet, et quandiu eam tenebit reddet tres solidos unicuique quatuor caritatum. Post mortem ejus tota domus cedet caritatibus. Ad serviendum ecclesie feci fieri duo volumina in quibus continentur passiones et vite sanctorum, a kalendis maii usque ad kalendas januarii; tertium quoque librum qui portatur ad stationes. Donavi etiam ecclesie cappam de pallio, vestimenta sacerdotalia, et calicem argenteum intus et foris deauratum, cujus pondus est marcha et dimidia, et viginti duo denarii. Obtuli etiam super altare pallam benedictam theutonico opere decenter operatam. Decanus autem et capitulum de mera liberalitate sua ad sepulturam meam cum processione se venturos promiserunt. Ad mandatum itaque capituli hec omnia in presenti cartula annotavi et apposito sigillulo meo, ut sigillum capituli apponeretur, impetravi. Actum publice in capitulo S. Stephani, anno Incarnati Verbi, millesimo ducentesimo quinto.

(*Ex Tabul. Capituli Autiss.*)

N° 101.

Charte du comte Hervé, en faveur de l'abbaye de Pontigny, portant confirmation de l'échange fait entre les moines et le défunt comte Guillaume, de Sainte-Porcaire et de Lorent.

(An 1205, 25 août.)

Ego Herveus comes Nivernensis, omnibus notum facio presentibus et futuris, quod laudante et concedente Mathilde uxore mea, concessi monachis Pontiniaci commutationem que facta fuit inter eos et bone memorie Guillelmum comitem Nivernensem de S. Porcharia et de Lorent, confirmans et concedens sicuti continetur in carta dicti comitis, quam dicti habent monachi. Ad augmentum quidem domus Pontiniacensis, in remissionem peccato-

rum meorum et predecessorum meorum dedi eis quinquaginta arpenna nemoris de Barro, juxta Autissiodorum in perpetuum possidenda. Quod ut ratum habeatur, presentes litteras sigilli mei muninime roboravi. Datum Clamiciaco, anno Domini, M. CC. V. octodecimo kal. septembris.

(*Ex Tabul. Pontiniac. Archiv. de l'Yonne.*)

N° 102.

Charte d'Hervé, comte de Nevers, portant permission à l'abbé de Saint-Germain de vendre les bois de Saint-Sauveur à condition qu'il aura la moitié du produit.

(An 1207.)

Ego Herveus comes Nivernensis omnibus notum facio me concessisse Radulfo abbati beati Germani Autissiod. ut sepes et nemora de Sancto-Salvatore vendantur, tali modo, quod medietatem venditionis illius habebo. Post venditionem autem de dictis sepibus et nemoribus, in eodem statu remanebit in quo erat ante venditionem. Actum Lugduni, anno gratie M° CC° VII°.

(*Cart. S. Germ.* f. 93 v).

N° 103.

Échange entre l'évêque d'Auxerre et les chanoines de Saint-Amatre, de terres en Morot, contre la redevance de 12 muids de vin qu'il leur payait.

(An 1208.)

Andreas Dei permissione dictus abbas, et universis ecclesie B. Satyri conventus, omnibus ad quos littere presentes pervenerint, in Domino salutem. Noverint universi pariter presentes et futuri, quod dilecti fratres et canonici nostri S. Amatoris Autissiodorensis de assensu et voluntate nostra quittaverunt in perpetuum venerabili Patri Willelmo Autissiodorensi episcopo, et successoribus suis, decem modios vini rubei et duos albi quos idem episcopus memoratis canonicis nostris annuatim solvere tenebatur, sicut in autenticis bone memorie Alani quondam Autissiodorensis episcopi continetur. Prenominatus vero episcopus in recompensationem quitationis istius dedit et concessit in perpetuum canonicis nostris S. Amatoris terram in territorio de Moreto sitam, quam acquisivit ab Iterio Borno milite, et quandam portionem clausi sui domui dictorum canonicorum contiguam, et ab omni censu liberam et immunem, salvis et integris per omnia aliis articulis qui in prelibato autentico continentur. Ut autem quittatio dicta de assensu nostro facta, perpetuam obtineat firmitatem, presentem cartam scribi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo octavo, mense aprili.

N° 104.

Charte de Pierre, comte d'Auxerre, qui prouve l'existence d'une église de S. Renobert à Auxerre, dite Moûtier, en 1209, quoique nullement monastère.

(An 1209.)

Ego Petrus comes Autissiodorensis : notum facio universis, quod laudo et concedo donationem quam Alexander Fuignez fecit Galtero de Meso, de domo sua que sita est ante monasterium B. Renoberti apud Autissiodorum. Et ut hoc ratum habeatur in posterum et immotum, presentem paginam sigilli mei munimine roborari precepi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nono.

(*Ex fragmentis veteris cujusdam Cartularii Capituli Autiss.*)

N° 105.

Origine de la foire de la Chapelle de Saint-Salve, à la fête de Saint-Denis.

(An 1209.)

Ego Petrus comes Autissiod. et Tornodor. notum facio omnibus ad quos presentes litteras pervenerint, quod donavi et concessi pauperi ecclesie Sancti-Salvii singulis annis in festo beati Dionysii nundinas unius diei ibidem celebrari ; ita quod eadem ecclesia libere et absque ulla contradictione omnes redditus nundinarum percipiet. Dedi etiam in eleemosyna pro me et pro uxore mea et parentibus nostris in nemore meo de Bar unam quadrigatam lignorum ad usum prefate ecclesie, quantum unus equus de illo nemore semel in hebdomada poterit adducere. Quod ut ratum habeatur, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nono.

(*Ex Tabul. S. Mariani Autiss.*)

N° 106.

Reconnaissance du comte de Joigny en faveur de l'abbaye de Saint-Julien d'Auxerre, pour le four de Migennes.

(An 1210.)

Ego Willelmus comes Joigniaci, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum in curia Senonensi questio verteretur inter me ex una parte et venerabilem abbatissam et conventum S. Juliani Autissiodor. ex alia, ex parte ipsarum contra me fuit propositum quod cum pie memorie Regnaudus pater meus eis dedisset in eleemosynam furnum de Migenna, ita quod nullus infra dictam parrochiam furnum possit construere sine ipsarum licentia vel assensu, me contrario istud penitus inficiante in dicta parrochia furnum faciebam construi in ipsarum prejudicium et gravamen. Tandem vero per virum venerabilem Arnulfum abbatem Sancti-Petri Autissiodor. mediatorem inter nos ad pacis reformationem constitutum talis compositio intercessit, quod ego dictum furnum prenominatis abbatisse et conventui libere sine contradictione, perpetuo pacifice possidendum concessi, et si quid juris in eo habebam dedi, ita quod in eadem parrochia nullus alius furnus possit construi, sine ipsarum licentia et assensu, excepto furno de Caumenchon qui sicut solet ibi debet esse. Ita quod nulli homines in furno illo coquant, nisi tantummodo homines monachi de Caumenchon vel monachus. Adjeci etiam quod nullus heredum meorum aliquid super predictis reclamare poterit. In cujus rei memoriam litteras presentes sigillo meo munitas prefate abbatisse et conventui beati Juliani Autissiodori tradere curavi. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CC. X.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 107.

Lettre du roi Philippe-Auguste, confirmative de la transaction passée entre le comte et le chapitre d'Auxerre, au sujet de leurs hommes à Auxerre, Mailly et Bétry.

(An 1210.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Philippus Dei gracia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod sicut ex autentico dilecti consanguinei nostri Petri comitis Autissiodorensis perpendimus super querelis et contentionibus quas capitulum Autissiodorensis habebat contra eundem comitem Petrum, ita pacificatum est inter ipsum et eos : quod dictus comes concessit eis et adhuc concedit bona fide et juramento interposito firmavit quod nec ipse nec heredes ejus de cetero, hominem vel hospitem ad Autissiodorensem ecclesiam quoquomodo pertinentem vel qui quandoque pertinuerit, in terram suam recipiet vel retinebit, vel recipi sustinebit. Nec canonici Autissiodor. retinebunt homines ejus de Malliaco vel de Betriaco eodem modo. Homines autem eorum qui sunt apud Betriacum, videlicet isti : Bernardus de Vallemarci, Theobaldus frater ejus, Galterus Limateros, Abbas avunculus ejus, Bergondio, Hugonellus Planteronce : si ad terram capituli reverti voluerint predicto comiti placebit, et si quandoque reversi fuerint idem comes non poterit eos retinere sicut nec alios. Preterea ipsi et servientes comitis, necnon et omnes ballivi ejus qui se intromitent de Autissiodoro, de Malliaco et Betriaco, quociens mutabuntur jurabunt quod nichil capient vel capi facient de rebus ecclesie Autissiodorensis, donec prius decano et capitulo Autissiodorensis monstratum fuerit et ipsi de jure faciendo in capitulo defecerint; si vero inter comitem et ipsos supra predictis orta fuerit querela, sine duello, per testimonium duorum vel trium bonorum hominum cognoscetur et emendabitur. Quod si contra predictas comes vel heredes suos contraire vel in aliquo contigerit attemptare, idem comes amicos et fideles nostros archiepiscopum Senonensis, Lingonensis et Autissiodorensis episcopos rogavit ut terram ejus tandiu teneant interdicto suppositam et ipsum comitem excommunicatum donec fuerit competenter emendatum. Promisit etiam dicto capitulo et concessit quod bona fide ad hoc laboraret quod nos conventiones istas confirmaremus; et si dictus comes conventiones istas non teneret, nos ad universas res suas quas ex nobis tenet assignaremus quousque dicto capitulo super hoc esset satisfactum. Quod ut perpetuum robur obtineat sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato, ad petitionem dicti comitis presentem paginam quantum ad nos pertinet confirmamus. Actum anno Domini M. CC. decimo, regni nostri anno XXX° secundo.

(*Tiré d'un fragment du Cartul. du chapitre d'Auxerre existant aux Archives de la préfecture de l'Yonne, XIII° siècle.*)

N° 108.

Accord entre Hervé, seigneur de Gien, et l'évêque d'Auxerre, relativement aux droits du premier sur la terre de Cosne et d'autres fiefs, et sur la dîme d'Entrains.

(An 1210 environ.)

Ego Herveus Giemensis dominus, notum fieri volo tam futuris quam presentibus quod inter me et dominum meum Autiss. episcopum talis intervenit pactio : quod homines Conade in exercitum ducere non debeo, nisi eadem die qua domum suam exierint, domum suam possint reverti. Bannum Conade facere non possum, nisi de vino meo proprio quod ante festum Sancti-Martini ad usus meos emptum sit, et in domo mea repositum. De rachatatione terre mee que de feodo ipsius est quam ipsi debeo, in beneplacito ejus et in bona submonitione erit. De feodo Capelle de quo erat contentio in curia Domini episcopi faciam juris plenitudinem. De decima que est apud Interannum villam meam de qua canonici beati Stephani Autiss. se devestitos esse conqueruntur, concessi quod si probatum fuerit temporibus patris vel avi mei eos prefatam decimam habuisse, eis illam restituam. Ad majorem etiam pacis stabilitatem communi statutum est assensu quod si aliqua inter nos emerserit contentio, episcopus unum amicorum suorum eliget, et ego unum, illi vero duo tertium, qui tres, mediante juramento, bona fide litem terminabunt.

(Cet acte est sans date.)

(*Ex Cartul. Episc. Autiss. fol.* 47.)

N° 109.

Pierre de Courtenay promet d'observer l'accord fait avec les moines de Vézelay, au sujet de Voutenay.

(An 1210, juillet.)

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Petrus comes Autissiodorensis et Tornodorensis, obligavi me et mea in manu domini regis Francorum pro tenendis conventionibus que sunt inter me et ecclesiam Verziliacensem super compositione de querela Volteneti, prout in carta mea et Petri filii mei plenius continetur. Ita videlicet quod si vel ego vel Petrus filius meus a predictis convencionibus, quod absit, resiliret, dominus rex super omnibus perditis et dampnis que pro isto negocio incurreret ad me et ad mea assigneret sine forefaciendo et tandiu teneret donec omnia dampna et perdita sua ei ex integro restituerentur. Actum anno Incarnatione dominice M° CC° X°, mense julio.

(Scellé du sceau de P. de Courtenai, figurant un cavalier tenant un pennon; et pour légende au revers : *secretum meum michi.*)

N° 110.

Le comte Pierre dispense les charpentiers, ouvriers en fer et maçons d'Auxerre de le suivre à la guerre ou à la chevauchée.

(An 1210, septembre.)

Ego Petrus comes Tornodorensis et Autissiodorensis, notum facio omnibus presentibus et futuris, quod antequam censiva Autissiodori institueretur, fabri, carpentarii, cementarii non debebant mihi equitationes nec exercitus nisi ad retrobannum solummodo et ad obsidionem; et tunc eis ad me venientibus faciebam de jure ferramenta mea deferri. Singulis vero diebus quibus in obsidione morabantur, unicuique debebam et donabam quatuor denarios. Hoc prohibeo litteris meis id ipsum confirmando datis anno verbi incarnati M° CC° mense septembri.

(*Cartul. du Chapitre d'Auxerre*, *Archives de l'Yonne.*)

N° 111.

Confirmation par le pape de l'établissement d'une collégiale dans la chapelle Notre-Dame de Toucy.

(An 1211.)

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri..... Autissiod. episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilius prebere assensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere.

Cum igitur sicut per tuas nobis litteras intimasti bone memorie Hugo predecessor tuus ad ampliationem divini cultus in capella beate Virginis castri Tociaci canonicos instituerit prebendales, parrochialem ecclesiam Sancti-Petri ejusdem castri, ad ipsius donationem spectantem eis liberaliter assignando, et tu postea, quod ab eo factum fuerat, approbaris. Nos, tuis precibus inclinati quod ab eodem predecessore tuo pie et provide factum est, et a te postmodum approbatum, autoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Laterani

quarto nonas octobris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

(*Ex Tabul. Tociac.*)

N° 112.

Don par l'évêque Guillaume de Seignelay au chapitre d'Auxerre, d'une partie des dimes de vin de Cravan.

(An 1212.)

Willelmus Dei gratia Autissiodorensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Cum totius ecclesie Dei decorem et ampliari cultum divinum ubique velimus inter ceteras ecclesias Autissiodorenses, utilitatem ecclesie pariter et honorem singulari desideramus affectu. Hec est enim que nos ab infantia tenere educavit, et de gradu in gradum provehens, in sui tandem fastigio licet preter merita collocavit. Ea propter cum ecclesia de Crebano vacaret, que tertiam partem decimarum vini totius ville de Crebano habere solita erat, quarum duas partes dilecti filii capituli Autiss. habebant. Nos mediatem illius tertie partis decimarum vini, quam ad ecclesiam de Crebano diximus antea pertinere dicto capitulo contulimus sexta tantum parte universarum predicte ville decimarum ecclesie remanente, ea videlicet ratione ut de proventibus dictarum decimarum quas eis contulimus, panis fiat distribuendus canonicis assistentibus in ecclesia divinis officiis, horis videlicet constitutis, nec in alios usus nisi ad panem tantum, dictam partem decimarum committi liceat, nisi forte de assensu nostro vel successorum nostrorum episcoporum. Quod si forte prefatum capitulum dictam partem decimarum in alios usus converteret, eandem nobis libere occupare liceret. Illud quoque nobis retinuimus, ut si quando redditus loco predictarum decimarum dicto capitulo assignabimus, competentes easdem decimas nobis liceat revocare, et de ipsis nostram facere voluntatem. In cujus rei testimonium presentes litteras fecimus annotari, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo undecimo, mense februario.

(*Tiré de la copie faite par un notaire.*)

N° 113.

Promesse de Manassès d'Orléans et de Guillaume de Seignelay, son frère, évêque d'Auxerre, de ne grever personne au sujet du différend élevé entre eux et Philippe-Auguste (1).

(An 1212, août.)

Manasses Aurelianensis episcopus et Willelmus Autissiodorensis Dei gratia episcopi, omnibus presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noveritis nos concessisse domino nostro Ph. regi Francorum illustri, quod nullum hominem vel feminam trahemus in causam super matrimonio contracto secundum formam ecclesie et consuetudinem approbatam, post relaxationem interdicti factam ab archiepiscopo Senonensi, nisi causa esset rationabilis quod accusari posset matrimonium si non fuisset positum interdictum in nostris diocesibus, vel pro quocumque alio facto pertinente ad ecclesie sacramenta facto secundum consuetudinem ecclesie approbatam. Promittimus etiam bona fide quod occasione domini regis nichil faciemus contra canonicos beati Aniani, quod non faceremus si querelam habuissemus contra alium; et quod nullum clericum vel laïcum gravabimus occasione domini regis. In cujus rei memoriam presentes litteras fecimus annotari, et sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Meledunum, anno Domini M. CC. duodecimo, mense augusto.

(Pièce scellée des sceaux des évêques d'Orléans et d'Auxerre.)

(*Archives de l'Empire*, J. 170. n° 5.)

N° 114.

Exemption pour l'évêque Guillaume de Seignelay, d'aller en personne à la guerre.

(An 1212, août.)

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Universis ad quos littere presentes pervenerint, salutem. Noveritis quod nos personam dilecti et fidelis nostri Willermi Autissiodorensis episcopi relaxamus ab exercitu nostro quandiu vixerit, ita tamen quod ipse faciet nobis servitium exercitus nostri per milites suos, sicut commune episcoporum et baronum nostrorum debet. Actum Meld. anno Domini, M. CC. XII, mense Augusto.

(*Cartul. Philipp. Aug. fol.* 111. *in Biblioth. Regia. publié dans l'Ampliss. collection d. D. Martene*, t. I, p 1110, avec la reconnaissance de l'évêque.)

(1) Lebeuf n'en parle pas.

N° 115.

Fondation de la collégiale de Cône par l'évêque G. de Seignelay.

(An 1212.)

Guillelmus, Dei gratia, Autissiodor. episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Hujus exemplo provocati qui decorem domus Dei et locum habitationis glorie ipsius diligere profitetur, ad ampliandum cultum divinum ad laudem et gloriam nominis Dei, in ecclesia B. Laurentii de Conada canonicos instituimus et prebendas, concedentesque eisdem ecclesiam ab omni onere liberam et immunem : vacante quoque ecclesia de Nusiaco, consentiente et laudante capitulo separavimus ab ea decimas magnas omnes tam bladi quam vini et tres pecias terre arabiles, quarum una est juxta Crucem, secunda dicitur ad Rocham, tertia juxta viam que dicitur de S. Verano, et preterea Burdegalium morum. Et hec omnia canonicis B. Laurentii dedimus et concessimus in perpetuum, toto residuo presbytero rectori de Nusiaco remanente, qui presbyter etiam habebit decimas minutas parochie sue et terram arabilem que est inter grangiam et vineas et pratum, preterea quod contiguum est terre illi. Tenebuntur etiam canonici de conada solvere presbytero de Nusiaco annis singulis de vino decimarum sex modios eque bono ac canonici percipient, et hoc tempore vindemiarum. Canonicis vero in perpetuum erit grangia et torcular, ita tamen quod presbyter de Nusiaco habebit usuagium in torculari ad vinum suum faciendum. Eadem auctoritate presbyter solvet annis singulis in octava omnium Sanctorum ecclesie B. Laurentii decem libras cere ad ejusdem ecclesie luminare. Actum anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo.

(*Ex Tab. Conad.*)

N° 116.

Règlement de Guillaume de Seignelay, touchant les chanoines de la collégiale de Notre-Dame de la Cité.

(An. 1213.)

Villelmus Dei gratia Autissiodorensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, perpetuam in Domino salutem. Ut inter ejus membra numerari possimus, qui fecit utraque unum evangelizans pacem, iis qui prope erant, et iis qui longe, ad ea que pacis sunt semper intendere toto mentis affectu debemus, et discordantes ad concordiam revocare. Quapropter cum inter dilectos filios capitulum Autissiodor. ex una parte, et canonicos B. Marie infra muros ex altera, de cruce portanda controversia emersisset, tandem utraque parte ordinationi nostre se supponente precise ita inter eos duximus ordinare. Statuimus itaque quod canonici B. Marie in nullo casu de cetero crucem portent. Capitulum vero ad ordinationem nostram concessit, ut presb. diaconi et subdiaconi B. Marie canonici quilibet in ordine suo deserviant altari majoris ecclesie, et suas faciant septimanas, ita quod tempore septimane sue, presbytero beate Marie canonici quilibet in ordine suo deservient altari majoris ecclesie et suas faciant septimanas, ita quod tempore septimane sue presbytero B. Marie canonicus minutarum partitionum integram percipiat portionem. Qui si forte canonicus tortarius fuerit, vel etiam aliquis de canonicis majoris ecclesie canonicus B. Marie esse contigerit, in ea septimana in qua tanquam canonicus B. Marie in majori deserviet ecclesia unica erit minutarum partitionum per diem contentus portione ; diaconi vero et subdiaconi beate Marie canonici in ea septimana in qua in majori deservient ecclesia, dimidiam percipient partitionem. Servient autem canonici beate Marie illis tantum diebus quibus canonicis tortariis licet servire. Quod si forte unum, vel plura grossorum signorum festa infra suas evenerint septimanas, nec ipsi tunc deservient, nec sicut predictum est minutas percipient portiones. Si vero presbyter, diaconus, sive subdiaconus B. Marie canonicus tempore septimane sue defecerit, tenebuntur et ipsi sicut et majores canonici ad emendam : de septimana vero chori non tenebuntur. Porro si absentes fuerint beate Marie canonici, vel in scholis, vel extra villam manentes, nec tunc deservire, nec ad emendam pro defectu hujusmodi tenebuntur. Oblationes vero que ad manum presbyteri B. Marie canonici tempore septimane sue venient, ejus erunt, exceptis oblationibus illis que ad sacristam sive ad alium de consuetudine pertinere noscuntur. Ordinatum fuit preterea quod duo diaconi B. Marie canonici in festis annualibus procedent induti dalmaticis cum diacono majoris ecclesie canonico qui leget evangelium. Similiter et duo subdiaconi B. Marie canonici procedent cum subdiacono majoris ecclesie canonico qui legit epistolam, et nos si presentes fuerimus, dabimus tam diaconibus quam subdiaconibus B. Marie sic procedentibus dimidiam

portionem. Quod si presentes non essemus, ipsi nihilominus procedent sicut superius est expressum, nec percipient dimidias port ones, quia nec tunc majores canonici percipiunt ab episcopo portionem. Statutum etiam fuit quod canonici B. Marie qui modo sunt, juramento prestito, promittent in capitulo quod deinceps de cruce non moverent capitulo questionem, et quod honorem, reverentiam et utilitatem majoris ecclesie servarent, de cetero sine suo mittendo : quod et ipsi fecerunt. Qui vero deinceps ab episcopo in ecclesia B. Marie instituentur canonici infra mensem ex quo fuerint instituti, id ipsum se observaturos in capitulo jurabunt. Capitulum autem confirmavit eis beneficia a bone memorie Domino Hugone quondam episcopo collata. Quando vero aliquem canonicorum B. Marie obire contigerit processio majoris ecclesie ibit ad corpus et tantum obsequii fiet, pro quolibet eorum defuncto, quantum pro tortariis defunctis fieri consuevit. Sciendum autem quod non intelligimus extendi portiones illas minutas de quibus superius fecimus mentionem ad portiones illas que fiunt in capitulo, quando fit compotus hujusmodi, sed tantum ad eas que fiunt in ecclesia ratione servitii. Notandum vero quod si presbyter B. Marie canonicus post septimanam suam ad missam pro defunctis in sequenti hebdomada teneatur, quicquid oblationum ad manum ipsius veniet, ejus erit, et preterea de anniversario suam percipiet portionem. Adjiciamus preterea statuentes ut in dicta B. Marie ecclesia de cetero viginti sint tantum canonici, et non plures; et viginti due prebende, nec plures. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio decimo.

(*Ex Tabul. B. Mariæ in Civit. Autiss.*)

N° 117.

Règlement donné par Guillaume de Seignelay aux chanoines établis à Toucy par Hugues, son prédécesseur.

(An 1213.)

Willelmus, Dei gratia, Autiss. episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi quod cum bone memorie dominus Hugo predecessor noster, quondam Autiss. episcopus, in ecclesia B. Marie de Tuciaco ad ampliandum cultum divinum instituisset canonicos et prebendas, et canonicis ibi deservientibus utramque ecclesiam B. Marie videlicet, et Sancti-Petri libere contulisset ab omni onere preter paretam immunes. Nos ejus vestigiis inherentes, et quod ab eo factum fuerat de institutione canonicorum in dicto loco ratum et gratum habentes de ipsis ecclesiis et servitio a dictis canonicis faciendo ita duximus ordinare, ut thesaurarius qui major est in ecclesia et duas habet prebendas, clericum habeat qui res ecclesie conservet, et horis canonicis pulset campanas qui et tenebitur fidelitatem canonicis adhibere. Ordinavimus preterea ut quilibet canonicus septimanam faciat cujuslibet ordinis successive, presbyteri scilicet, diaconi, subdiaconi ita ut dummodo pauci sunt, diaconum et subdiaconum in missa habeant majoribus tantum in solemnitatibus videlicet Nativitate Domini, Apparitione, Pascha, Ascensione, Pentecoste et omnium sanctorum festivitate, necnon et in omnibus beate Marie solemnitatibus et sancti Petri. Canonici vero, vel si infirmitate vel alia prepediti necessitate suas non potuerint facere septimanas, per socio suos vel per aliquos vicarios eas fieri procurabunt. Ordinatum fuit preterea quod canonicus ea die qua matutinis interfuerit, de pane et vino que ea provenient, portionem suam habebit. Si vero matutinis non interesset, nisi forte infirmitate detentus de lecto non posset surgere, nihil penitus de pane et vino ea die provenientibus perciperet. Quod si canonicus infirmetur in villa, portiones quas ceteri canonici percipiunt, percipiet. Si vero extra villam infirmetur, nihil omnino est percepturus. Canonicus autem neque ad scolas, neque ad peregrinationem ire poterit, nisi.... petita licentia et concessa : poterit tamen absens canonicus esse et habere licentiam eundi ad necessitates suas per octo dies in vere, octo in estate, octo in autumno, et octo in hieme, nec tunc reputabitur pro absente. Si vero amplius absens fuerit, nisi de manifesta et rationabili causa, ei reputabitur ad defectum. Statuimus etiam ut in ecclesia beati Petri capellanus qui curam habeat animarum ad presentationem canonicorum sit. Et pro capellania sua habeat valentiam fructuum unius prebende ex integro et duos prati arpentos qui sunt in Roueria, et insuper ea que pro communione et baptismo percipiuntur. De legatis vero si legatum canonicorum valuerit tres solidos, et legatum capellani duodecim denarios valere poterit, et secundum hujusmodi estimationem, si legatum canonicorum plus valuerit et plus valebit capellani legatum. Concessimus etiam eis ut quadraginta solidos cense quos dilectus filius Humbaudus Autissiodorensis ecclesie canonicus a dicta percipit ecclesia

post obitum ipsius Humbaudi, vel si eos in vita sua resignaverit libere habeant, nec cuiquam eos deinceps reddere teneantur. Thesaurarius quoque qui major est in ecclesia et persona, excessus canonicorum et clericorum in ecclesia deservientium corriget. Quod si per se non potuerit emendare, ad nos habebit recursum, ut que corrigenda fuerint, corrigamus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio decimo.

(*Ex Tabul. Colleg. Tociac.*)

N° 118.

Erection de la chapelle du château de Betry, proche Vermenton, en paroisse.

(An 1213.)

Guillelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi quod vacante ecclesia de Vermentone, que redditibus abundabat, in cujus parochia Bitriacum castrum, et infra castrum capella sita erant, nos multiplici ratione inducti dictam capellam parochialem ecclesiam esse statuimus et matricem : primo quia Bitriacum locus est munitus, ad quem propter munitionem de qua semper timetur difficiles sunt aditus et egressus, nec licet presbytero, si forte quis egrotaret in castro, vel ad egrum de nocte intrare, vel etiam ut parvulos ad ecclesiam baptizandos deferrent habitatores castri de nocte exire. Secundo, quia cum castrum predictum aliquantulum ab ecclesia parochiali distaret, propter locorum distantiam multa poterant incidere pericula de viatico et confessionibus infirmantium et baptismate parvulorum. Hec igitur attendentes dictam capellam de Bitriaco matricem esse ecclesiam constituimus, separantes eam ab ecclesia de Vermentone et concedentes eidem, ut de cetero et in perpetuum habeat redditus illos quod vir nobilis Petrus comes Autissiodorensis pro deserviendo in capella presbytero de Vermentone assignaverat, et preterea bladum quod parochiani solvere tenentur. Statuimus etiam ut habitatores Bitriaci et omnes infra limites constitutos manentes parochiani sint de cetero ecclesie Bitriaci. Sciendum quoque quod nos vacante ecclesia de Vermentone separavimus ab ea quicquid decimarum ipsa ecclesia apud Saciacum, tam in blado quam vino sive etiam rebus aliis percipere solita erat, et dedimus decimas illas consentiente et laudante capitulo Autissiodorensi matricularie in ecclesia Autissiodorensi de novo a nobis institute. Volentes autem ut presbyter Bitriaci competentem habeat sustentationem, statuimus ut ecclesia de Bitriaco dictas decimas in perpetuum habeat, et matriculariis Autissiodorensis ecclesie quos de novo instituimus duodecim libras Autissiodorensis monete presbyter de Bitriaco solvere teneatur terminis constitutis, juramento prestito, medietatem videlicet in octavis omnium sanctorum, et medietatem in octavis Pasche annis singulis. Ecclesiam quoque de Vermentone vacantem predicte dedimus matricularie, eodem capitulo consentiente et laudante, retenta tamen nobis et successoribus nostris episcopis presbyteri institutione. Verum ne matricularii de bonis ecclesie de Vermentone matricularie predicte concesse tantum percipiant, quod presbyter ab episcopo institutus in ea sufficientes redditus non haberet; statuimus ut presbyter de Vermentone annis singulis juramento prestito decem et octo libras Autissiodorensis monete matriculariis institutis a nobis terminis prenotatis solvere teneatur preter antiquam sexaginta solidorum censam quorum quadraginta capitulo Autissiodorensi, viginti vero canonicis B. Marie juxta majorem ecclesiam site debentur. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio decimo.

(*Ex titulo manuscripto.*)

N° 119.

Donation aux lépreux de Saint-Siméon.

(Entre 1207 et 1214).

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod Belinus de Salicibus se Deo et quod habebat in molendinis Saliciorum infirmis S. Simeonis distribuit, hoc donum in presentia sacerdotis et Rodulphi et Gautherii. Ipse et uxor et pueri eorum bona fide laudaverunt, et de hoc dono Symoni de Silviniaco xxx. libras de proviniacensibus reddiderunt. Sciatis enim quod domina Haimela et Guido Willermus que filius ejus et filie hoc donum a quibus movebat pro quatuor libris laudaverunt. Hujus rei testes sunt *Willelmus* episcopus Guido prepositus, magister Haericus, Stephanus sacrista, *Rotbertus Abalanx*, Gauterius li voiers, Ursus nepos ejus, Letericus Balidars, Jocelinus filius Vierie, Amaurius Chotars, Jocelinus de Digia, Willemus caci bue. Et de necessariis molendinorum domus Sancti-Simeonis la *tornure et les excluses* facere debet et alia necessaria molendinorum inter firmos et predic-

tam dominam communiter facere debent.

(Scellé autrefois ; (*Archives Impér.* S. 5237, carton 292.)

N° 120.

Déclaration de Pierre, comte d'Auxerre, en faveur des bourgeois de sa cense dans la même ville.

(An 1213-14, janvier.)

Ego Petrus marchio Namucensis, et comes Autissiodorensis et Tornodorensis, notum facio universis presentibus et futuris, quod bona fide constitui et concessi ut de omnibus que possident Burgenses Autissiodori qui sunt de censiva, sicut continetur in magna carta, remaneant quiti et immunes et in bona pace, et de omnibus querelis de quibus eos traxi in causam, sicut de stallis, de alvennis, de pertica qua mensurantur terre, de moneta, de juramentis draperiorum et carnificum, et omnibus aliis querelis que emerserant usque ad hanc diem, remaneant quiti et in pace. Levatas suas faciant bona fide pro negotio ville quotienscumque viderint expedire. Si homo censive vendiderit in domo vel in stallo alicujus qui non sit de censiva, pro forifacto domus vel stalli non me possem capere ad hominem censive vel ad res ejus. De prepositura vero Autissiodori ipsi remanent quiti usque ad festum S. Johannis, et inde sunt quiti litteris presentibus testificantibus. Actum Autissiodori, anno Incarnati Verbi, millesimo ducentesimo tertio decimo, mense januario.

(*Ex Cartul. Urbis Autiss. fol.* 36.)

N° 121.

Lettre de Pierre, comte d'Auxerre, faisant mention des droits d'usages qu'ont tous les habitants de Saint-Gervais au bois de Bar.

(An 1213-14, janvier.)

Ego Petrus marchio Namucensis, et comes Autissiod. et Tornodor. notum facio universis, quod omnes homines de S. Gervasio, usuarium suum habent et semper habuerunt in bosco de Barro ad omnia que necessaria sunt ad carucam et ad vinculum bladi. Habent etiam usuarium suum ad tremulum et charmum et corilum et acrum et genestam, et ad omne nemus mortuum et etiam in eodem bosco pasturagium habent ad omnia pecora sua. Testificor etiam quod si in dicto bosco aliquid donavi domui Pontiniaci, vel alicui alii dictum usuarium nec dedi, nec dare potui. Ad hujus etiam rei confirmationem presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tertio decimo, mense januario.

(*Ex Cartul. urbis Autiss. fol.* 35.)

N° 122.

Don de Pierre, comte d'Auxerre, à l'église cathédrale, sur le salage de Mailly.

(An 1214.)

Ego Petrus marescalis Namucensis, comes Autissiodorensis et Tornodorensis; ego Yolanda uxor ejus : notum facimus presentibus et futuris, nos dedisse in perpetuam eleemosynam ob remedium animarum nostrarum capitulo Autissiodorensi sexaginta solidos redituum in salagio de Malliaco, annis singulis in festo Sancti-Remigii percipiendos. Quod si redditus salagii ad perficiendos dictos sexaginta solidos non sufficerent, nos de aliis redditibus nostris ejusdem castri videlicet Malliaci eos perficiemus, et predicto termino reddi faciemus. Dictum autem capitulum nobis concessit ut annis singulis semel in anno missa de Sancto-Spiritu quandiu vixerimus celebretur pro nobis. Post obitum vero nostri, vel alterius tantum annis singulis in anniversario nostro vel alterius tantum missa celebrabitur pro defunctis. Rogavimus autem venerabilem Dominum Patrem Guillermum Autissiodorensem episcopum, de cujus feodo dictum castrum movet,ut dictam eleemosynam nostram ratam haberet, et litteris suis patentibus super hoc capitulo traditis confirmaret, quod et ipse concessit et fecit, et nos in testimonium dicte eleemosyne nostre presentes litteras fecimus annotari, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quarto decimo.

(*Ex Cartul. Eccles. Autiss.*)

N° 123.

Lettre de Pierre, comte d'Auxerre, à Blanche, comtesse de Champagne.

(Vers l'an 1214.)

Charissime Domine sue Blanche comitisse Trecensi Palatine, Petrus comes Autissiodorensis, salutem et benedictionem. Noveritis quod omnia feci que vobis promiseram ; et hoc idem Petrus de S. Fidolo, et gentes vestre testificabuntur. Mitto igitur ad vos Adam fidelem servientem me-

um, latorem presentium, ut per eum mihi mittatis centum marchas, et ego vos quitto.

(*Ex Cartul. Campanie, Bibl. Reg. fol. iii.*)

N° 124.

Confirmation par le pape, de l'établissement de trois marguilliers dans la cathédrale d'Auxerre.

(An 1214, 19 janvier.)

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri...... Autissiodorensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Sane tuis hec nobis litteris intimasti, quod cum in Autiss. ecclesia pauci essent matricularii et custodes, ut preter matricularios illos quos sacrista Autissiodorensis in eadem ecclesia tenetur habere, tres in eadem, unum videlicet clericum, et duos laicos ordinasti, ut multiplicatis custodibus et ministris, que agenda sunt in eadem ecclesia agantur commodius, et res ipsius fidelius et diligentius conserventur matricularíis illis certis redditibus ab ecclesiis de Vermentone et Bitriaci, et denariis Pentecostalibus de Varziaco percipiendis de assensu et voluntate Autissiodorensis capituli assignatis. Ut igitur ordinatio matriculariorum ipsorum et assignatio reddituum illis factarobur possit firmitatis habere, nobis humiliter supplicasti, ut eas apostolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur tuis precibus annuentes quod a te super his pie ac provide factum est, capituli tui accedente consensu, ratum habentes autoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, decimo quarto kalendas februarias, Pontificatus nostri anno sexto decimo.

(*Ex Tabul. Cap. Autiss.*)

N° 125.

Désistement de ses prétentions sur un serf, par un chevalier, en faveur de l'abbaye S. Germain.

(An 1214, décembre.)

Villelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum Humbaudus Fillons miles impeteret Ebrardum de cereno et ejusdem heredes tanquam homines de capite et super capitali servitio, tandem coram nobis predictus miles constitutus predictum Ebrardum, necnon et ipsius heredes ecclesie B. Germani Autissiodorensis quittavit in perpetuum, et ab impetitione qua eos impetebat, penitus absolvit. Quod ut ratum sit et firmum, et ut perpetuum robur obtineat, in hujus quittationis memoriam et testimonium ad partium petitionem presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno gratie, M. CC. XIV. mense decembri.

(*Ex Cartul. S. Germani Autiss. in Decania, cap. xviij, f° 87 v°.*)

N° 126.

Hommage du fief de Coulanges-sur-Yonne, par Pierre, comte de Nevers, à l'évêque d'Auxerre.

(An 1215, juillet.)

Ego Petrus comes Nivernensis notum facio quod ego villam de Collenges super Ionam cum pertinenciis suis, teneo de episcopo Autiss. in feodum et homagium, tali modo quod post decessum meum ille qui tenebit villam de Colenges, eam tenebit ab episcopo Autiss. et ejus successoribus ad tale ligium homagium ad quale feodum apportat. Preterea in presencia carissimi domini mei Philippi regis Francorum recognovi quod decima predicte ville et territorii est episcopi Autiss. et ad eum pertinet, et successores ejus episcopos Autiss., et eam predicto episcopo et successoribus ejus teneor conservare. Actum Parisius anno incarnati Verbi M° CC° XV°, mense julio.

(*Ex de D. Viole, m^s. n° 127. t. III.*)

N° 127.

Accord de l'évêque d'Auxerre avec le chapitre de Varzy.

(An 1215, août.)

Villermus Dei gratia Autiss. episcopus omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod cum dilecti filii nostri canonici Varziacenses habeant et habuerunt ab antiquo decimas in omnibus terris nostris propriis apud

Varziacum, quocumque modo per nos vel per alios excolantur, et nos quasdam de terris illis dedimus ad vineas plantandas, ipsi canonici decimam vini de vineis illis de novo plantatis, sicut de blado antea percipiebant, sic debere percipere asserebant. Habebant preterea iidem canonici villulam quandam juxta Varziacum, que dicitur Willenne, in qua homines, justitiam et dominium ab antiquo habuerunt, tandem nos et ipsi convenimus in hunc modum : Quod predicti canonici villulam nominatam, et omne jus et dominium quod habebant in ea, et omnes homines suos, tam ibi quam alibi commorantes, nobis et successoribus nostris episcopis in perpetuum quittaverunt, decimas etiam vini vinearum que de novo plantate sunt in terris nostris prenominatis, et que plantabuntur, ipsasque terras nobis et successoribus nostris episcopis similiter in perpetuum quittaverunt. Nos autem intuitu divine pietatis, et in recompensationem predictorum, concessimus eis vicesimam partem vini totius decime nostre de Varziaco, salva tamen eis decima quam habent ab antiquo in vineis nostris propriis. Accipient autem sepedicti canonici partem suam nominatam in vino de decima, tam de bono quam de minus bono secundum portionem sibi assignatam. Non habebunt autem predicti canonici dominium aliquod in decima predicta, nec impedire poterunt nos vel receptorem nostrum, quominus nos vel successores nostri sepedictam decimam cuicumque voluerimus vendamus ad pecuniam vel ad vinum, vel ad quodcumque aliud : de eo tamen quod de decima proveniet, quicquid sit pecunia, vel aliud suam, sicut dictum est, recipient portionem. Volumus et nos preterea quod si aliquis canonicorum habeat apud villam nominatam aliquid proprium pro prebenda, ei remaneat, justitia salva nobis remanente. Preterea dictis canonicis concedimus, quod si terra plantata vineis ad agriculturam redierit, decimam bladi habeant sicut prius habebant. Quod ne possit in posterum perturbari, presentem cartam fecimus sigillo nostro roborari. Datum apud Varziacum, anno domini millesimo ducentesimo decimo quinto, mense augusto.

(*Tiré de la copie faite par un Notaire.*)

N° 128.

Lettres touchant l'établissement et la dotation des chanoines de la Trinité dans l'église d'Auxerre.

(An 1213 et 1215, août.)

Ego Guillelmus decanus, et universum Autissiodorensis ecclesie capitulum : notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod cum olim bone memorie D. Hugo Autissiodorensis episcopus in capella sua que fundata est apud Autissiod. in majori ecclesia, in honore sancte et individue Trinitatis instituisset canonicos et prebendas, et postmodum per Dominum Patrem et Dominum Guillelmum episcopum Autissiodorensem qui modo sedet, ordinate fuerint prebende predicte. Nos pium ipsorum attendentes circa Dominicum officium propositum, ordinationem factam super dictis prebendis a prefato venerabili patre D.Guillelmo episcopo nostro sicut in ejus authentico continetur rescripto, ratam habemus et gratam, et presentium communimus testimonio litterarum, authenticum quidem episcopi nominati litteris nostris dignum duximus apponendum quod tale est. Guillelmus Dei gratia Autissiod. episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi quod cum bone memorie Hugo Autissiodorensis episcopus venerabilis pater et Dominus antecessor noster tanquam qui sollicitus fuit cultum divinum semper ampliare in capella sua que fundata est apud Autissiodorum in majori ecclesia, in honore sancte et individue Trinitatis, constituisset canonicos ibidem Deo servientes, et assignasset eisdem redditus quosdam qui erant de episcopatu, et sine assensu capituli; propter quod talis donatio in posterum poterat revocari : nos qui ei successimus, licet indigni, devotam ejus attendentes voluntatem, et eandem acceptantes, dictis canonicis qui modo quatuor sunt numero in futurum per nos plures futuri, Domino annuente, ad presens assignavimus duodecim libras Autissiodorensis monete in nummis Pentecostalibus de Varziaco, ut unusquisque sexaginta solidos infra octavas Pentecostes percipiat annuatim; donavimus etiam eisdem decimas quas emimus a Domina Lugua relicta Sevini militis de Longo Campo. Preterea cum canonici S. Amatoris ab antiquo habuissent singulis annis duodecim modios vini in cellario episcopi, et dedissemus eis alios redditus, et sic nobis acquisissemus illos duodecim modios sic acquisitos, donavimus capelle nos-

tre et canonicis supradictis ibidem servientibus duodecim alios modios vini, ut quisque habeat sex modios vini, quatuor rubei et duos albi annuatim in cellario episcopi recipiendos. Adjecimus etiam ...... S. Bartholomei et pertinentias ejus, sicut et antecessor noster adjecerat, ut proventus inde venientes, eis veniant in commune. Donavimus etiam eisdem ut quisque eorum recipiat annuatim duos bichetos fabe in grangia nostra recipiendos. Hec ad presens ordinavimus, adhuc Domino annuente, plenius ordinaturi. Actum anno Domini, M. CC. XIII, mense Maio. Ut autem istud in posterum revocari non possit, presentem paginam consensus nostri fecimus annotari, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, mense augusto.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 129.

Confirmation du droit de patronage de douze églises au chapitre d'Auxerre.

(An 1215, août.)

Willelmus Dei gratia Autissiodorensis episcopus : dilectis filiis Willelmo decano, totique capitulo Autissiodor. in Domino salutem. Cum a nobis petitur quod ratio exigit aut equitas persuadet, facilem volumus et debemus prebere consensum. Ea propter, dilecti in Christo filii, postulationibus vestris justis benevolum impartientes favorem, vobis vestrisque successoribus in futurum ecclesias in quibus jus patronatus hactenus habuistis, videlicet de Baserna, de Oysiaco, de Acolaio, de Crevenno, de Corvou, de Monastello, de Chemiliaco, de Gurgiaco, de Pulvereno, de Lindriaco, de Parliaco, de Bellovidere cum omni jure decimarum, justiciarum hominum, seu proventuum quorumcumque quod in eisdem ecclesiis sive villis usque nunc noscimini habuisse, autoritate presentium confirmamus, et sigilli nostri patrocinio communimus. Actum anno Domini, M. CC. XV. mense augusto.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 130.

Don du tiers de Leugny au chapitre d'Auxerre, par le chanoine Patricius.

(An 1215, août.)

Willermus Dei gratia Autissiodorensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Universitatem nostram nosse volumus quod constitutus in presentia nostra dilectus filius Patricius Autissiodorensis canonicus, donavit et concessit in perpetuum ecclesie beati Prothomartyris Stephani, capitulo videlicet Autissiodorensi, pro remedio anime sue, et fratris sui Willelmi de Nerbona, quicquid ipsi acquisierant apud Lugniacum ab Ansello nepote et Palmario fratre ejus, videlicet tertiam partem ville ejusdem per omnia. Donavit insuper quicquid ipsi habuerunt in decimis de Nulliaco, et donum quod frater ejus prefatus super iis ecclesie supradicte innovavit et fecit. Cujus devotionem attendentes canonici ad petitionem ipsius omnia premissa tradiderunt eidem sub annua pensione sexaginta solidorum quoad vixerit, qui solventur annuatim in anniversario fratris sui superius nominati, et distribuentur canonicis qui servitio interfuerint celebrando. Post mortem vero ejus omnia premissa libere et quiete ad capitulum revertentur, et inde in anniversariis eorum annuatim solventur in singulis centum solidi, de quibus quatuor libre canonicis assistentibus, et viginti solidi canonicis qui non interfuerint, in singulis dividentur. Quod ut ratum maneat, ad petitionem ejusdem Patricii presentem cartam notari fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, mense augusto.

(*De la copie écrite par un notaire.*)

N° 131.

Lettres d'Innocent III, au sujet de la juridiction de l'évêque d'Auxerre sur l'abbaye de Saint-Germain.

(An 1216, 5 janvier.)

Innocentius episcopus, servus servorum Dei : venerabili fratri Autissiodorensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Postulante quondam dilecto filio Magistro H. procuratore tuo, abbatem et conventum S. Germani Autissiodorensis ab impedimento quod tibi super visitationis et correctionis officio inferebant, apostolice Sedis autoritate compesci, procurator partis adverse respondit, monasterium illud Cluniacensi esse subjectum, pro quo dilectus filius tunc abbas et in nostra presentia exhibuit defensorem. Super quibus venerabili fratri nostro Trecensi episcopo et conjudicibus suis sub certa forma caussam duximus committendam. Tandem nepote ac dilecto filio Cluniacensi abbate apud Sedem apostolicam

constitutis, per quoddam scriptum felicis recordationis Eugenii pape coram nobis exhibitum ad abbatem Cluniacensem in predicto Autissiodorensi monasterio, receptionem et correctionem canonicam inter alia pertinere......... Quia vero quid ad correctionem ordinis, et quid canonicam correctionem spectaret, secundum diversos et adversos partium intellectus in dubium ducebatur, nos sic declaravimus verba predicta ut interruptio silentii, retentio propriorum, contemptus obedientie in...... he que sunt ordinis se..... negligentia in divinis, et alia que considerantur circa observantiam regule monachalis ad correctionem ordinis : accusatio vero criminalis, seu etiam civilis impetitio, et alia que ordinarie jurisdictionis existunt ad correctionem canonicam pertinere dicantur, et quod uterque visitet et corrigat secundum declarationem predictam que fuerunt corrigenda in monasterio memorato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani nonis januarii, pontificatus nostri anno octavo decimo.

(*Ex Cartul. Episcopatus Autiss. fol.* 94.)

N° 132.

Accensement par le comte Pierre de Courtenay, de la ville d'Auxerre et de ses faubourgs, pendant six ans, aux bourgeois du même lieu, pour le prix de deux mille livres.

(An 1215-16.)

Guillelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nobilis vir dilectus et fidelis noster P. comes Autissiodorensis tradidit burgensibus de Autissiodoro ad censam, villam suam de Autiss. cum suburbiis, et cum omnibus appendiciis plene et integre ad sex annos singulis annis pro duobus millibus librarum proviniensium. Ita quod dicti burgenses habebunt totam censivam, videlicet viginti solidos et minus, et quinque solidos de equitatione, et omnes reditus, proventus, emolumenta, excasuras, raptum, homicidium, furtum et omnia forifacta integre, nullo sibi retento. Habebunt etiam burgenses castellum et domos castelli pro negotiis suis faciendis, vel pro preposito suo ibi manendo. Concessit etiam eis comes quod quidquid veniet Autiss. et ibi manebit sit de censiva, et mittat in expensis ville, nisi sit homo ecclesiarum Autissiod. vel homo vicecomitis vel militis qui sit mansionarius apud Autissiod. Quidquid venire voluerit apud Autissiod. libere et quiete poterit venire et recedere. Communitas ville eliget duodecim burgenses, et illi duodecim eligent prepositum, et isti bona fide tractabunt omnia negotia Autissiod. prout viderint expedire. Isti etiam eligent tres burgenses qui omnia negotia forinseca ad Autissiod. pertinentia tractabunt, et ibunt pro negotiis ville quocumque necesse fuerit, et erunt Jurati. Si vero dicti burgenses in aliquo deliquerint, ad consilium nostrum, et quadraginta burgensum emendabitur, ille qui mittendus fuerit. Infra hunc terminum non fabricabitur moneta Autissiodorensis Transactis hiis sex annis villa Autissiod. redibit ad consuetudines magne carte. Si quis infra hunc terminum litteras comitis attulerit, vel aliquam justam pretendit rationem super aliquo debito quod comes vel comitissa uxor sua ei debeant, et super hos non possint deffendi ab illis qui in loco comitis erunt, et oporteat debitum solvi non de rebus burgensium, sed de pagamento quod burgenses ei debent, persolvetur. Similiter si Dominus rex voluerit habere servitium comitis ratione feodi quod de illo tenet, ille qui in loco comitis erit, istud servitium faciet. Alioquin de pagamento quod burgenses ei debent, persolvetur, fieret istud servitium. Pagamentum autem comitis sic fiet : Duo millia librarum de primo anno ei reddent Burgenses ad proximum festum sancti remigii. De aliis annis ei facient pagamentum quolibet anno ad tres terminos, videlicet in festo omnium sanctorum, in festo Candelose et in festo Ascensionis, et fiet istud pagamentum comiti vel mandato suo per manum et testimonium nostrum. De quolibet pagamento habebunt burgenses litteras nostras testimoniales et illius qui pro comite recipiet pagamentum. Et quod per litteras istas testificatum fuerit, ratum erit, nec comes, nec aliquis alius ex parte sua a dictis burgensibus aliquid super hoc poterit exigere. Si autem contingeret quod dicti burgenses deficerent in aliquo pagamento statutis terminis, comes vel mandatum suum hoc ostenderet nobis, et nos per excommunicationem vel quibuscumque aliis modis cogeremus ad solutionem, et exinde nobis precipientibus, comes vel mandatum suum

posset assignare ad res burgensium. Dictum etiam fuit quod ille qui aliam terram comitis custodiet, si requisitus fuerit a burgensibus, eos tenebitur adjuvare quando fuerit requisitus. Super pagamento duorum millium librarum primi anni, statutum est quod si forte infra primum annum comitem decedere contigerit, quod de tempore restabit usque ad finem anni ad respectum nostrum, vel decani, vel abbatis S. Petri qui pro tempore erunt, restituetur burgensibus de rebus comitis. Et super hoc eis obligavit Malliacum, Betriacum et Colongia-super-Yconam cum omnibus appendiciis per manum nostram de cujus feodo sunt. Et ista tria castella tenebimus in manu nostra, donec Burgensibus sit de redditibus et proventibus satisfactum. Promisit etiam comes burgensibus, et concessit quod infra hos sex annos non tollet Autissiod. de manu sua. De eo si quidquid quod burgenses infra hos sex annos fecerint, non poterit comes illos vel aliquem illorum in causam trahere, vel aliquid ab eis exigere quum ipsi in pace remaneant per juramentum suum. Promisit etiam eis comes, et bona fide concessit quod per se, vel per alium non faciet, nec fieri sustinebit pro posse suo aliquid propter quod iste conventiones possint dissolvi. Anni isti incipient ad festum Sancti-Johannis, quod erit anno Domini M. CC. XVI. Hoc autem comes et Yolenda comitissa et Ph. filius eorum tenere juraverunt, et nos ad petitionem burgensium promissimus dicto comiti. Quod si burgenses ab istis conventionibus in aliquo resilirent, nos ipsos burgenses excommunicaremus donec esset plenius emendatum. In hujus itaque rei confirmationem, presentem cartulam sigilli nostri munimine roboravimus. Actum anno Domini M. CC. XV. mense martio.

(*Ex Cartul. Urbis Autiss. fol.* 37.)

N° 133.

Don d'un serf au chapitre d'Auxerre, par le comte Pierre de Courtenay.

(An 1216.)

Ego Petrus comes Autissiodorensis : notum fieri volo universis presentes litteras inspecturis, quod donavi Deo et ecclesie beati Stephani Autissiodorensis et capitulo ejusdem Ecclesie, in puram et perpetuam eleemosynam, Robertum Episcopum et heredes ipsius. In cujus rei confirmationem presentes litteras fieri precepi, et sigilli mei munimine roborari. Actum anno Incarnati Verbi, millesimo ducentesimo sexto decimo.

(*Ex Tabul. Eccles. Autiss.*)

N° 134.

Charte de Pierre, comte d'Auxerre et de Tonnerre, portant exemption du droit de prise en faveur de l'abbaye de Reigny.

(An 1216, novembre.)

Ego Petrus comes Autisiodori et Tornodori, notum facio universis presentibus pariter et futuris quod promisi et concessi abbati et monachis Regniaci, quod ego vel heredes mei, vel aliquis alius qui terram meam teneat, non capiemus equos vel quadrigas eorum, vel boschum eorum, vel res eorum, vel hominum suorum nisi de mandato et voluntate eorum. Et si forte, quod absit, hoc facere presumpserimus, dicti monachi, si voluerint, sententiam dari facient in me et terram meam sine aliqua malivolentia : nec eandem sententiam facient relaxari donec plenarie fuerit emendatum. Concessi etiam et promisi dictis monachis quod quotiens prepositi mei mutabuntur apud Mailliacum, apud Betriacum, apud Colengias, et apud Vultenetum, et alii prepositi mei ubicumque fuerint, jurabunt se bona fide has conventiones observaturos. Ad hujus itaque rei confirmationem presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexto decimo, mense novembri.

(Pièce scellée autrefois du sceau du comte, dont il ne reste que les lacs en cordelettes de chanvre.)

(*Archives de l'Yonne, fonds Reigny.*)

N° 135.

Fondation du prieuré de Boticens, dit aujourd'hui Boutissain, proche S. Amand en Puisaie, par Itier de Toucy.

(An 1218.)

Ego Iterius de Tociaco, notum facio presentibus et futuris, quod cum bone memorie Dominus Narjotus pater meus, ob remedium anime sue ecclesiam beate Marie de Petrosa in proprio suo fundo fundasset, ipsamque omnium herbarum suarum, nec-non et aliarum rerum suarum acquisitarum et acquirendarum in civitate de Periosa decimam dari dotasset, sicut in proprio nostro autentico plenius continetur, tandem ego Iterius ejusdem filius, ejus

inherens vestigiis, precavens in futurum, ne dicta ecclesia in hoc de suo possit defraudari, seu ab aliquo successorum meorum super hoc perturbari, attendens etiam quod humana fragilitas promotior sit ad retinendas decimas quam solvendas, habito super hoc prudentium consilio, de assensu et voluntate venerabilis patris et Domini mei Willelmi Autiss. Episcopi, nec-non etiam abbatis et canonicorum Sancti-Saturi, dedi et concessi ad presens pro remedio anime nostre et antecessorum nostrorum, pro solutione dictarum decimarum ad sustentationem canonicorum ecclesie B.M. de Boticens Deo servientium, ad quos antedicta ecclesia de Petrosa concessione felicis recordationis Domini Hugonis quondam Autiss. episcopi dicitur pertinere, octo septarios avene in grangiis meis de Lan et de Petrosa vel in territorio ipsarum totaliter si grangie ibi non fuerint, quacumque modo cultum fuerit vel... in octavis omnium sanctorum annuatim persolvendos. Dedi preterea canonicis B. Marie de Boticens decem modios vini meri boni et legitimi sine aqua, albi vel rubri de vino clausi mei de Petrosa tempore vindemiarum, ibidem annis singulis persolvendos, et si vinum dicti hujusmodi clausi ad hoc non sufficit, de vino eque valente ibidem vel alibi comparato dictis canonicis apud Petrosam annis singulis decem modii persolventur. Verum quoniam pater meus capellam de Petrosa quotiens presens esset et procurationem suam in domo sua habendam concesserat in perpetuum, ego pro procuratione illa dedi et concessi canonicis B. Marie de Boticens centum solidos cursalis monete et alios centum solidos pro eleemosyna fratris mei Narjodi in ferragio meo de Sancto-Amando ad Nativitatem Domini annis singulis percipiendos, nec-non et viginti solidos ejusdem monete, ut inde lampas una exhibeatur que de nocte ardeat semper in capella mea de Petrosa, qui similiter in ferragio meo de Sancto-Amando annis singulis percipientur, atque dedi et concessi sepedictis fratribus de Boticens agnum pinguem singulis annis in pascha ad usum fratrum ejusdem domus, et pastum ad usum viginti porcorum absque pasnagio per nemora nostra de Puisegia vel Petrosa, haiis meis vel plassetis exclusis. Preterea si defectus bladi in grangiis meis supradictis vel in territorio ipsarum seu vini in clauso meo de Petrosa, vel si in ferragio de Sancto-Amando defectus contigerit, quominus undecim libre persolventur sicut superius est expressum, ego vel quicumque Dominus Petrose vel ferragii extiterint, persolvere tenebuntur ad integrum omnia supradicta, terminis constitutis. Quod si forte quod absit, id facere noluerimus vel neglexerimus, per censuram ecclesiasticam ad id faciendum nos astringimus compellendos supradictos. Adjunctum est, et ad petitionem meam a venerabili patre et Domino meo Willelmo episcopo Autissiodorensi, et abbate Sancti-Saturi, nec-non a priore Sancti-Amatoris Autissiodorensis, ad cujus curam et provisionem domus de Boticens et que ejus domus sunt pertinere noscuntur, concessum et constitutum est, ut unus predictorum Fratrum de Boticens qui tres esse debent in loco, quotiens ego et vel uxor mea apud Petrosam fuerimus residentes, in capella nostra de Petrosa singulis diebus celebret. Cum autem absentes fuerimus, tunc in ecclesia Boticensi singulis diebus missam, quandiu vixerimus de Sancto-Spiritu celebrabit : post obitum vero meum pro defunctis aliam missam que nobis ibidem ab antiquo debet diebus..... ita quod in eadem domo singulis diebus due misse pro nobis persolventur. Que omnia ut perpetuam obtineant firmitatem, voluntate et assensu uxoris mee Berte, que etiam hec omnia supradicta firmiter servaturam promisit, presentes litteras sigillo meo munivi quas et eadem uxor mea sigillo suo munivit in testimonium. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo.

(*Tiré d'un Vidimus du 2 mars 1422, signé de Fontaffroy.*)

N° 136.

Déclaration par R. de Courtenai qu'il n'a aucun droit sur Hervé, cellerier de Diges.

(An 1218, décembre.)

Ego Robertus de Cortoniaco : notum facio universis ad quos littere presentes pervenerint, quod per inquisitionem legitime factam a ballivis et servientibus meis scivi et cognovi quod nihil habebam juris in Herveio celerario de Digia, nec in rebus suis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, mense decembri.

(*Ex cartul. S. Germani, in Decania, cap. 20, f. 58*).

N° 137.

Etablissement des religieux hospitaliers de Montjou à Appoigny, sous la dépendance de l'évêque d'Auxerre.

(An 1219.)

Guido beati Bernardi Montis-Jovis prepositus totusque ejusdem loci conventus, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, in Domino salutem. Cum bone memorie Hugo quondam Autissiodorensis episcopus Domum Dei de Appogniaco, castro vicelicet Autissiod. episcopi, quam a primis erexerat fundamentis et de bonis episcopatus dotaverat, nobis concessisset habendam, institutione tamen et destitutione magistri ejusdem Domus, sibi successoribusque suis retenta, ipso viam universe carnis ingresso, venerabilis frater Willelmus Altissiodorensis episcopus dicti successor Hugonis ratam non habens donationem de illa domo nobis factam, quoniam super ipsa donatione Altissiodorensis capituli nec litteras habuimus, nec assensum, dictam domum cum pertinentiis suis cepit, et longo tempore detinuit in manu sua. Quia vero idem episcopus postmodum voluit et consensit ut prefata domus, etsi non ex donatione dicti Hugonis antecessoris sui sine consensu sui capituli sicut premissum est facta, ex sua tamen largitione consensu sui capituli confirmata ad nostram ecclesiam pertineret, quid juris in ipsa tam idem episcopus quam Altissiodorense capitulum nos habere consenserit, ad petitionem ejusdem episcopi presenti scripto duximus declarandum, nec ultra quam inferius est expressum quicquam juris in ea possumus vindicare. Igitur conversi ad eandem domum tam clerici quam laici observare tenebimur regulam quam tenemus secundum quod in aliis domibus consimilibus nostri ordinis observatur, illis duntaxat exceptis capitulis si qua sunt que subsequenti ordinationi possent in aliquo contraire. Clerici qui voluerint ad eam converti non recipientur ibi, nisi de nostra licentia, assumpti etiam debent nobis et ecclesie nostre facere professionem, si tamen aliquis ibidem recipi petierit qui quacumque de causa non possit, vel etiam nolit pro sui receptione nostram adire presentiam, volumus et concedimus ut si episcopus Altissiodorensis vel successores ejus pensata utilitate domus, ipsum viderint admittendum, ad mandatum eorum magister ejusdem domus ipsum recipiat in canonicum et in fratrem : qui etiam infra sex menses ab ejus receptione, eundi ad Montem-Jovis pro professione sua facienda, iter debebit arripere, nisi etas vel quecumque proprii corporis debilitas ipsum impediat, vel nisi nos tantum laborem relaxantes, eidem professionem ejus per alium recipi nostro nomine mandaremus. Cum autem ex voluntate nostra vel quocumque legitimo impedimento ad hoc pro professione sua uti dictum est facienda non erit, eam faciet quandocumque fuerit requisitus coram nobis vel mandato nostro, cui eam nostro nomine recipiet, duxerimus injungendum : laici vero tam viri quam femine a magistro ejusdem domus recipi poterunt licentia a nobis nec habita nec petita, de licentia tamen et consensu Altissiodor. episcopi qui pro tempore fuerit. Quod si contigerit aliquem vel aliquos de fratribus nostris per partes illas transitum facere, poterunt ibidem per unam vel duas noctes moram facere, et non ultra, nisi manifesta proprii corporis infirmitas ipsos moram ibi compelleret facere longiorem. Prepositus etiam noster qui pro tempore fuerit, si ad eandem domum ipsum venire contigerit, honorifice debebit recipi bis vel etiam si opus ei fuerit ter in anno, non tamen ultra duos aut tres dies simul moram facturus ibidem, qui nihil omnino temporale pro necessitate sua vel domus nostre, vel cujuscumque domus, loci vel persone ad domum nostram pertinentis a domo illa percipiet preter victualia que sibi necessaria fuerint, quandiu morabitur in ipsa domo, nisi de licentia episcopi Altissiodor. qui pro tempore fuerit super his impetrata. Qui etiam prepositus si quid etiam corrigendum secundum regulam nostram invenerit, corriget; ita tamen quod si invenerit amovendum non amovebit eum, sed quid de eo faciendum estimaverit, nuntiabit episcopo Altissiodorensi, et episcopus quod sibi equum visum fuerit, exequetur. Magister in eadem domo per solum instituetur episcopum Altissiodor. de domo Montis-Jovis vel de aliqua domorum ad ipsam pertinentium, prout episcopo placuerit, dum tamen majoris domus administrationem non habeat assumendus, et per solum destituetur episcopum, si episcopus arbitratus fuerit ut debeat amoveri. Cum autem sepe fatam domum magistro vacare contigerit, bona ipsius in dispositione et custodia erunt episcopi, non ut ea sibi liceat retinere, sed ut per ipsum distribuantur pauperibus sicut fieret per magistrum. Quod si per episcopum steterit quo minus provideatur dicte domui de magistro infra IV menses a tempore vacationis et notitie episcopi computandos, ex tunc nos potes-

tatem haberemus ea vice instituendi magistrum in ea quem vellemus, dum tamen idoneum. In ipsa domo et ejus pertinentiis quatuor erunt fratres clerici et non plures, nisi de consensu et voluntate Altissiodorensis episcopi qui pro tempore fuerit. Quod si aliquando, ipso consentiente episcopo, plures quam quatuor ibi fuerint, et aliquibus ex ipsis decedentibus numerus ipsorum redeat ad quaternarium, quandiu ibi quatuor remanebunt aut plures, alius ibi non ponetur nisi episcopi consensus accedat. Computum de domo prelata et pertinentiis suis episcopus per se vel per alium cui hoc duxerit injungendum audiet quoties crediderit expedire. Quecumque autem de prefata domo statuta sunt, eadem de consensu et voluntate nostra per episcopum de Domo-Dei de Varziaco sunt statuta. Quod si alteram predictarum domorum abundare, alteram egere contigerit, in dispositione Altissiodorensis episcopi qui pro tempore fuerit positum est, ut secundum quod expedire crediderit, irrequisita licentia nostra de bonis domus abundantis egenti domui faciat provideri. Illa igitur omnia et sola que ut superius expressum est ad nos pertinere, in prefatis domibus ad nos pertinent, illa vero pertinent ad episcopum Autissiodorensem de quibus premissum est ut ad episcopum pertineant, et nihilominus ea omnia quecumque in aliqua domo religiosa sibi potest de jure communi quicumque episcopus vendicare. Compositionem etiam illam quam fecit prefatus episcopus inter sepefatam domum et parrochialem ecclesiam ejusdem loci approbamus, et ratum habemus, et si forte, quod absit, futuris temporibus super quacumque re inter ipsas oriretur contentio, ratum nos habituros promisimus quicquid super ipsa episcopus Autissiod., qui pro tempore fuerit, duxerit ordinandum. In cujus rei memoriam presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo decimo nono.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 138.

Lettre de Gui, ministre de l'hôpital du Mont-Jou en Savoye, à Guillaume de Seignelay, évêque d'Auxerre, au sujet du règlement de l'hôpital d'Appoigny.

(An 1219.)

Venerabili patri ac Domino Willelmo, Dei gratia, Autissiodorensi episcopo: Guido pauperum Montis-Jovis minister humilis, et ejusdem loci capitulum orationes in Christo devotissimas cum salute. Gratias agimus Deo et Patri, qui servos suos docet suam facere voluntatem, qui a suorum cordibus fidelium non recedit, qui de cordis vestri pagina memoriam domus sanctissime Montis-Jovis noluit aboleri, grates vobis quantas agere possumus referentes in hoc quod nobis per litteras et certum nuntium et fidelem, cordis vestri secretum pandere voluistis, super statu, conditione et jurisdictione quam in domo Dei de Appogniaco, castro vestro, a bone memorie Hugone predecessore vestro fundata, et a largitate vestra ditata plurimum et ditanda, debeamus et possimus de cetero vindicare, ne inter nos ex una parte, et vos et ecclesiam Autissiodorensem, et etiam ipsam domum ex altera, futuris temporibus oriri possit contentio vel querela. Cum enim fama publica predicante, didicerimus conversationem, honestatem et religionem vestram, et qualiter Dominum timeatis, vosmet consulimus, dispositioni, voluntati et conscientie vestre testimonio relinquentes quicquid in hoc vestra duxerit benignitas ordinandum, cartam vacuam sigillorum nostrorum appositione munitam, vobis per dilectos fratres nostros Jordanum et Petrum latores presentium transmittentes, ratum quicquid in ea per vos inscriptum fuerit, habituri. Nec illa tantummodo que in vestra habemus diœcesi vestre subjicimus voluntati, sed et alia que habemus in parte Francie, ut ea quasi vestra velitis habere propria et amplecti visceribus caritatis, ut vestro fulta consilio et auxilio tutius et sanius valeant gubernari. Paternitatem vestram attentius exoramus ut ea que ex parte nostra predicti fratres nostri Jordanus et Petrus presentium portitores vobis dixerint, benigne audiat auris vestra, justas ipsorum petitiones effectui mancipando, et dictis in presentia vestra ab ipsis ex parte nostra prolatis, fidem vestra velit benignitas adhibere. Valeat Dominus noster, valeant et omnes qui eum diligunt ex affectu, amen.

(*Ex autographo.*)

N° 139.

Don de trois offrandes annuelles par le sacriste à l'œuvre de la cathédrale.

(Vers 1220.)

Willelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, omnibus presentes litteras ins-

pecturis in Domino salutem. Noverint universi quod dilectus filius E. sacrista Autissiod. concessit operi ecclesie Autissiodorensis tres oblationes que ad ipsum spectant in anno : quarum prima est in festo Sancti-Martini in hieme, secunda in festo beati Stephani quod est in crastino natalis Domini, tertia vero in Parasceve. Has tres oblationes concessit operi supradictus sacrista quandiu opus durabit. Idem autem sacrista singulis annis in recompensationem dictarum oblationum quadraginta solidos de confratria operis percipiet quamdiu opus durabit. Tertiam partem quadraginta solidorum in festo Sancti-Martini, terciam in festo beati Stephani, terciam vero in Parasceve. Finito autem opere dicte oblationes ad sacristam libere revertentur, nec ipse deinceps illos quadraginta solidos de confratria recipiet.

(Pièce scellée autrefois du sceau de l'évêque).

(*Archives du grand chapitre d'Auxerre, Préfecture de l'Yonne.*)

N° 140.

Don de la terre de Branches à la Maison-Dieu d'Appoigny, par Guillaume, évêque d'Auxerre.

(An 1230.)

Villermus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos ob remedium anime nostre Domui Dei de Aponiaco, ad sustentationem pauperum ad eandem domum confluentium, villam nostram de Branchiis quam a dilectis filiis priore et conventu de Karitate de nostra propria pecunia emimus, in perpetuam eleemosynam concessimus et dedimus cum omnibus proventibus et appendiciis suis et toto nemore de Cuiveron. Ita quod dilectus filius Andreas archidiaconus Autissiodorensis dictam villam quandiu vixerit possidebit, ecclesie beate Marie de Cellis decem libras Autissiodorensis monete, et unum modium frumenti, et dimidium modium siliginis, dimidium modium hordei annis singulis bladum cum medietate dicte pecunie infra octavas Omnium Sanctorum, et aliam medietatem infra octavas natalis Domini persolvendo. Post decessum vero nostrum et archidiaconi prefata villa ad jam dictam domum Dei de Aponiaco et dicte ecclesie beate Marie de Cellis singulis annis in perpetuum solvere tenebitur viginti libras Autissiodorensis monete cum uno modio frumenti, et uno modio siliginis, et uno modio hordei : que omnia predictis terminis et predicto modo persolventur. In cujus rei memoriam presentes litteras fecimus nostro sigillo roborari. Actum anno Domini M. CC. XX.

(*Tiré de la copie d'un notaire.*)

N° 141.

Traité de l'abbé de S. Père avec le prieur de S. Amatre.

(An. 1220.)

A. Sancti-Petri dictus abbas, totumque capitulum ejusdem ecclesie, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre presentibus litteris notum facimus quod cum ecclesia nostra in quibusdam decimis de territoriis in parrochiis Sancti-Amatoris et Sancti-Juliani sitis, octavam partem solummodo perciperet, et dilecti in Christo canonici S. Amatoris residuam partem haberent integre, considerantes quod non cum minori labore et sumptu reciperemus partem nostram, quam si dicte decime ad nos in integrum pervenirent, dicti vero canonici Sancti-Amatoris in recipiendo totum non majorem pœnam vel expensas facere deberent quam solerent, cum suam solummodo reciperent portionem : pensata tam in his quam in aliis utilitate utriusque ecclesie, de consilio bonorum virorum et voluntate et assensu venerabilis patris Henrici Autissiodorensis episcopi, octavam partem nostram predictarum decimarum dilectis in Christo priori et canonicis Sancti-Amatoris dedimus et concessimus in perpetuum, sub annua pensione viginti quinque solidorum Autissiodor. duobus terminis nobis solvendorum : videlicet infra octavas Nativitatis Domini tredecim solidos, reliquos vero duodecim solidos infra octavas Pasche subsequentis. Territoria autem de quibus decime percipientur sunt territoria de Villa Bosonis et de Bofaut et de Mullet et de Monte-Albo, et de Campo-Cardonis in censu Girardi Balene constituta, et territoria de Pantevelle et de Monte Albo in censu domine Eustachie similiter constituta. Ut autem hec adcensatio a nobis facta, bona fide, rata et inconcussa futuris temporibus permaneat, presentes litteras sigillo nostro sigillari fecimus dictis canonicis Sancti-Amatoris in ipsius rei testimonium et munimen. Actum anno Domini M. CC. XX.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 142.

Compte des sommes dues à Pierre de Courtenay, comte d'Auxerre, par les bourgeois de cette ville. — Rapport des monnaies d'Auxerre et de Provins (1).

(Vers 1219, janvier.)

Willelmus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, et Robertus de Cortiniaco, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Noveritis quod (Burgenses Autissiodorenses) coram nobis computaverunt die mercurii in octavis natalis Domini anno Domini millesimo ducentesimo nono decimo, de debito quod debebant (Petro comiti) Autissiodorensi et imperatori Constantinopoli pro Autissiodoro, et reddiderant de illo anno : pro pedagio XII libras pruvinienses; pro Petro de Mal (liaco)..... quarelli LX libris; pro preposito Prissiaci XVII libras et IX solidos pruvinienses pro XIII libras parisiensibus; pro vino domini Roberti de Co (rtiniaco ?).... pruvinienses; pro cereo VIII libras et dimidiam pruvinienses; pro senescia VIII libras et dimidiam pruvinienses; pro debito quod comes debebat communitati ville XLII libras; pro Bartolomeo de Roia XL libras pruvinienses; pro comite Namurcensi C libras pruvinienses; pro Johanne Erembert XXV libras pruvinienses; pro marescalco Francie XL libras pruvinienses; pro Johanne de Digonia XL solidos autissiodorenses; pro capella Sancti-Albani LX solidos autissiodorenses; Willelmo de Barris XL libras autissiodorenses; domino Roberto de Cortiniaco centum et viginti libras autissiodorenses; Petro Sacristano XX libras autissiodorenses; Willelmo panifico X libras autissiodorenses; Odoni de Bestisi XV lib. autissiodorenses; priori Caritatis LX lib. autissiodorenses; comitisse Tornodori, XL lib. autissiodorenses; Johanni Helliquart X lib. autissiodor.; summa pruviniensium CCCC et LXI libras et IX solidos. Summa autissiodorensium trecenta et viginti et valent XIIII^xx lib. XXX solidos minus pruviniensium; summa totalis in moneta autissiodorensi septingintа et XL due libre, XII denarios minus. Preterea Burgenses crabantaverunt ac ...... reddere................ .... summam sexcentas et XLIX libras et XV solidos quatuor denarios minus, nisi alibi oportuerit aliquid reddere de dicta pecunia et...... Summa omnium mille et trecente et IIII^xx et XI libras et XIIII solidos pruvinienses.

(Pièce non scellée.)

(*Arch. de l'Yonne, cartons des pièces historiques.*)

(1) On trouve dans D Viole, à la date du *in crastino Circumcisionis*, 1219 et 1220, un acte du même genre par lequel l'évêque Guillaume et Robert de Courtenay donnent décharge aux Bourgeois d'Auxerre de 1962 livres qu'ils ont payées à différentes personnes par leurs ordres, pour le compte de Pierre de Courtenay. (Voyez Mémoires, t. III, p. 14.)

N° 143.

Compromis entre l'abbé de Saint-Germain et l'évêque d'Auxerre, au sujet de la coutume appelée MELITIA (1), *entre leurs villages de Diges, Escamps, Toucy, etc.*

(An 1220, 28 mai.)

Willelmus Sancti-Germani Autissiod. abbas et totus ejusdem ecclesie conventus, omnibus presentes litteras inspecturis in salutis auctore salutem. Noveritis quod de controversia cujusdam consuetudinis que vocatur melicia que diu observata fuisse dicitur inter villas Digiam et Escamnium ex una parte, et Tuciacum, Tarvam et Bordas super Belcham, villas venerabilis patris nostri W. Autissiod. episcopi ex altera : nos et venerabilis pater W. Autissiod. episcopus ad quos predicte ville pertinent compromisimus in dilectos filios R. priorem nostrum et Stephanum priorem de Disesia ex parte nostra, ex parte vero domini episcopi in venerabiles viros Thesaurarium Autissiod. et H. officialem domini episcopi ut bona fide inquirant qualiter inter villas superius nominatas predicta consuetudo soleat et debeat observari. Nos igitur quicquid dicti arbitri legitima inquisitione facta super hoc fuerint arbitrati ratum nos habituros concedimus et ad hoc nos presentibus litteris obligamus. Datum die jovis post octabas Pentecostes anno gracie M. CC. XX.

(*Cartul. Saint-Germain*, f° 58, v° *Bibl. d'Auxerre*).

(1) Le droit de MELITIA était relatif aux essaims d'abeilles qui sortent des ruches au printemps et qu'on pouvait suivre et reprendre dans l'étendue des terres désignées dans la charte.

N° 144.

Pierre de Joigny reconnait que son château de Coulanges-les-Vineuses est jurable et rendable au comte de Nevers.

(An 1221, décembre.)

Ego Petrus de Joigniaco, notum facio presentibus et futuris quod ego teneor reddere carissimo domino meo Herveo comiti Nivernensi, castrum de Colengiis

Vinosis quociens a me petierit, tanquam sibi reddibile et fuerit expeditum, in eo statu in quo illud eidem tradidero; et quando dominus comes dictum castrum a me petierit ipse faciet michi prestari juramentum ab uno suo milite, in animam suam, quod michi illud reddet sicut superius est expressum. Quando vero primum sigillum comitis Joigniaci habuero, presentes litteras faciam sigillo roborari. Actum anno domini M° CC° XX° primo, mense decembri (1).

(La comtesse Amicie fait la même déclaration en 1222, et d'autres comtes de Joigny la renouvellent en 1297, 1318, 1337.)

(*Ext. de D. Viole, ms., n° 127, t.* III.)

N° 145.

Lettre d'Etienne de Langthon, primat d'Angleterre, contenant don de 50 marcs sterlings de rente sur l'église de Rumenal, en faveur de l'abbaye de Pontigny, en reconnaissance de la réception hospitalière que les moines de cette maison lui ont faite, dans son exil, ainsi qu'à saint Thomas, son prédécesseur.

(An 1221.)

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Stephanus permissione divina Cantuarensis archiepiscopus, totius Anglie primas, et sancte Romane Ecclesie cardinalis, eternam in Domino salutem. Ante cordis oculos statuentes inestimabilis affluentiam caritatis qua monasterium Pontiniacense beatissimum martirem Thomam predecessorem nostrum in exilio constitutum benigne recepit, et ei pium compassionis solatium habundanter impendit; necnon ad memoriam revocantes obsequia pietatis, a monasterio supradicto nobis exulantibus hilariter et affluenter impensa merito, nos ad id fatemur astrictos ut fratribus ibidem Deo servientibus vices rependere studeamus in obsequio caritatis. Volumus igitur ad universitatis vestre noticiam pervenire nos, de consensu prioris et conventus ecclesie Christi Cantuarensis, dicto monasterio Pontiniacensi ac viris religiosis in eo Deo servientibus intuitu Dei, concessisse pariter et dedisse de ecclesie de Rumenal, nomine beneficii, quinquaginta marcas annuas sterlingorum bonorum et legalium, a quolibet rectore in eadem ecclesia successive instituendo, sub pena beneficii sui perpetuo, sine difficultate percipiendas, in duobus terminis : videlicet ad Natale Domini triginta marcas et ad festum sancti Johannis-Baptiste viginti marcas. Ita plane quod si ipse rector in prefatis terminis a solutione dictarum marcharum cessaverit, et infra quadraginta dies post statutos terminos de dampnis pariter et expensis quas dicti fratres, occasione non facte solutionis, incurrerint, una cum solutione debita, quinquaginta marcarum non satisfecerit, eisdem dictam penam incurrat. Ad majorem etiam prefati monasterii securitatem, simul de consensu prioris et conventus ecclesie Christi Cantuarensis providimus et statuimus ut quilibet rector in ecclesia de Rumenal successive instituendus, in sua institutione, vel preterea cum requisitus fuerit a procuratore Pontigniaci, solempniter juret quod dictas marcas, in terminis statutis, procuratori Pontigniacensi annuatim persolvet sub pena expressa superius. Ut igitur hec nostra ordinatio perpetuam obtineat firmitatem, eam, presenti scripto sigilli nostri appositione munito duximus roborandam. Actum anno gracie millesimo ducentesimo vicesimo secundo.

(Scellé du sceau de l'archevêque, en cire verte, brisé, figurant le prélat debout bénissant; et au revers contre-sceau mutilé, au haut duquel on voit une main divine.)

(*Donation confirmée par bulle du pape Honorius III, le 3 des nones de mars, l'an* VI*e de son pontificat.*)

N° 146.

Confirmation par la comtesse Mahauld, des dons faits par Hervé de Nevers, à l'abbaye de Pontigny.

(An 1222, mai.)

Ego Mathildis comitissa Nivernensis : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem. Vestra noscat universitas quod donationem illam quam Dominus et maritus noster H. quondam comes Nivernensis fecit ecclesie Pontiniacensi, de nemore de la Suez concedimus, laudamus et confirmamus in puram et perpetuam eleemosynam, pro anniversario nostro et ipsius comitis in eadem ecclesia annuatim in perpetuum faciendis. Quod ut ratum et firmum permaneat, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

(1) Lebeuf fait erreur en donnant la date du 21 décembre à cette charte. V. t. III, p. 157.)

Actum apud Sanctam-Virtutem, anno Domini, M. CC. XXII, mense maio.

(*Ex Cartul. Pontin.*)

N° 147.

Echange par l'abbaye de Preuilly, diocèse de Sens, avec celle de Saint-Père d'Auxerre.

(An 1222, décembre.)

Omnibus presentes litteras inspecturis: Petrus dictus abbas Pruliaci, totusque ejusdem loci conventus, salutem. Notum facimus universis quod cum ecclesia beati Petri Autissiodorensis haberet quandam vineam sitam ante domum nostram apud Altisiodor., et nos haberemus apud Augiacum quoddam arpentum vince adherens fossato orti ipsius ecclesie beati Petri, considerata utriusque ecclesie utilitate, de consilio bonorum virorum in hoc convenimus cum venerabilibus abbate et conventu jam dicte ecclesie beati Petri, ut per excambium, vineam jam dictam sitam ante domum nostram apud Altisiodorum ecclesia nostra in perpetuum possidebit, et ipsi similiter illam vineam sitam apud Augiacum, que erat nostra, in perpetuum possidebit. Quod ut ratum et firmum sit in perpetuum, presentibus litteris annotatum, sigillo nostro fecimus roborari. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense decembri.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 148.

Donation de trois étaux à Auxerre, à l'abbaye de Celles lès-Auxerre.

(An 1222-23.)

Henricus, Dei gratia, Autissiodor. episcopus: omnibus ad quos littere presentes pervenerint, in Domino salutem. Noverint universi quod dilectus noster magister Petrus Porrete canonicus Autissiodorensis in nostra presentia constitutus, dedit in perpetuam eleemosynam monialibus beate Marie de Cellis tria stalla que habebat in mercato Autissiodorensi in quibus venduntur corium et sotulares de vacca, et eas investivit de illis ob remedium anime sue et animarum patris et matris sue quorum anniversaria celebrabunt moniales predicte in conventu; et pro predicto magistro missam de Sancto-Spiritu in conventu in crastino Sancti-Hilarii, et infra octabas ejusdem festi quandiu ipse vixerit, eo mortuo officium pro defunctis annuatim in anniversario ejus celebrabunt. Istam donationem laudamus et approbamus, salvis conventionibus que de eisdem stallis debentur. In cujus rei memoriam ad petitionem prefati Petri et predictarum monialium presentes litteras fecimus annotari, et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo, mense januario in crastino Epiphanie.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 149.

Distinction des deux Dimanches de la Trinité par un grand luminaire, en l'église d'Auxerre.

(An 1222-1223, avril.)

Magister Michael officialis curie Senonensis: omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi quod constitutus in presentia nostra Ferrandus filius Roberti de Egliniaco recognovit se a viris venerabilibus decano et capitulo Autissiodor. accepisse pratum quod iidem emerant a Guillelmo de Lorriz milite, et a Gila uxore sua, de denariis decanatus pro tertia parte, et de denariis defuncti magistri Guillelmi de Vienna pro duabus partibus. Solvet autem inde infra octabas Natalis Domini videlicet in crastino beati Stephani sexaginta solidos apud Autiss. annuatim; de quibus tertia pars erit decani, et tertia pars ad anniversarium magistri Guillelmi de Vienna, et tertia ad luminaria viginti et unius cereorum; que idem magister ordinavit ut fieret in duobus festis Trinitatis ut in nativitate Domini et crastino, etc. Actum anno Domini M. CC. XXII. mense Aprili.

(*Ex Cartul. ms. Eccles. Autiss.*)

N° 150.

Charte de la comtesse Mahauld sur les bourgeois d'Auxerre.

(An 1223, août.)

Noverint universi quod ego Matildis comitissa Nivernensis quitto omnino et in perpetuum, liberis meis civibus Autissiodorensibus manum mortuam quam in prejudicium eorum confiteor me arrestasse, ut eorum heredes et successores ubicumque manserint excasure parentum et predecessorum suorum sine aliqua turbatione et interventu pecunie possideant pacifice et quiete. Preterea alios meos cives de Autissiodoro, tam in civitate quam in suburbiis et in burgo Sancti-Gervasii ma-

nentes, et ipsorum heredes qui non erant de libera conditione, omnino et in perpetuum manumisi, ut servitutis opprobrio postposito et quittato, ipsi et heredes ipsorum quotiescumque voluerint ab Autissiodoro recedant et libere revertantur, rebus suis ipsis remanentibus et liberis. Statutum est ut communitas ville singulis annis duodecim cives eligat, qui vel major pars eorum bona fide omnia negotia ad communitatem Autissiodorensem pertinentia tractabunt, prout viderint expedire, et ad hoc faciendum et ad jus nostrum custodiendum erunt jurati, et de eo quod dicti duodecim electi vel major pars eorum fecerint super negotiis sue communitatis non poterunt a me vel a mandato meo occasionari, vel res eorum capi, quin ipsi in pace remaneant per suum juramentum. Omnes vero excasure que apud Autissiodorum evenerint, ad propinquiorem heredem ubicumque sine ullo interventu pecunie devolventur, et si ipse excasure ab herede requisite non fuerint per annum et diem reservabuntur justo heredi in manu quatuor civium qui sunt de duodecim electis dicte ville, et elapso anno et die, mihi vel mandato meo ipse excasure non requisite integre tradentur. Preterea tale statutum et conventionem eis feci quod pro talliis, corvatis, banno vini et aliis consuetudinibus ditior non persolvet mihi ultra quinquaginta solidos Autissiodorensis monete, a minoribus vero et pauperibus ad respectum mandati mei et duodecim electorum vel majoris partis eorum juxta possibilitatem uniuscujusque rationabiliter capietur. Concessi etiam predictis meis civibus de censiva tantum, ut forisfacta sexaginta solidorum ad quinque solidos et forisfacta quinque solidorum et infra ad duodecim denarios reducantur. De gaigiis duelli quod pacificabitur, non nisi septem solidos et sex denarios ejusdem monete tantum capiam de unoquoque. Dicti vero cives exercitum et equitationem mihi debent; ita tamen quod ipsi in propriis personis ibunt vel mittent sufficienter pro se convenientes personas mecum, vel cum mandato meo, quandiu vixero et mansero immaritata. Herede vero in comitatu succedente, ipsi non tenebuntur in exercitum vel equitationem, nisi idem heres in propria persona fuerit vel legali essonio sit detentus, et quandiu ipse in exercitum moram fecerit cum ipso erunt, nisi eos remiserit de propria voluntate. Et sciendum quod homo sexagenarius et ultra vel corporis infirmitate manifesta impeditus, ad exercitum vel equitationem non tenetur, nisi talis sit quod possit aliquem mittere loco sui, ad respectum duodecim electorum vel majoris partis eorum. Nec etiam aliquis ibit in exercitum vel equitationem nisi ego vel heres meus litteras patentes nostras miserimus ad dictos cives de eundo illuc. Et notandum quod de omnibus contentionibus et discordiis quas cum dictis civibus meis a retroactis temporibus habueram usque nunc, videlicet cum manentibus Autissiodorensibus et cum aliis ad franchesiam Autissiodor. venientibus, ipsos omnino quittavi et in bona fide dimisi. Concessi preterea eisdem civibus quod ipsos extra Autissiodorum causa placitandi non traham, nec ipsos nec res ipsorum capiam vel capi permittam quandiu stare juri voluerint apud Autissiodorum in curia mea, ad respectum mandati mei et duodecim electorum vel majoris partis eorum. De equis et armaturis habendis vel mihi vel meis accommodandis nullam vim eis inferre potero. In villa Autissiodorensi credentiam habeo in victualibus usque ad quadraginta dies; quod si mihi credita non fuerint reddita infra quadragesimum diem, illi qui mihi crediderunt, mihi amplius credere non tenentur, donec creditum habuerint, et infra annum eis credita reddi debent de censiva. Si quis de dictis civibus pro debito meo captus fuerit, ipsum et res ipsius faciam liberari. Sin autem de denariis censive liberabitur ad respectum mandati mei et duodecim electorum vel majoris partis eorum. Deperdita illius de eisd. denariis ei resarcientur. Si autem pro re alia captus fuerit, de ipso liberando posse meum faciam bona fide. In vineis et bladis custodes non erunt, nisi illi quos cives mei de Autissiodoro statuerint, et si forifactum affuerit, meum erit. Homo qui non habuit uxorem, et est bachelarius, quandiu in illo statu erit et hospitium tenebit, reddet annuatim quinque solidos de censa, si ad hoc sufficere poterit, vel eo minus, ad estimationem mandati mei et electorum vel majoris partis eorum, et ad negotia communitatis mittet sicut et uxorati, ad estimationem predictorum. Si autem forisfactum fecerit, illud ad usus et consuetudines Autissiodorenses emendabit. Quicumque voluerit vindemiare, ei quando voluerit vindemiare licebit. Quicumque aliquam possessionem per annum et diem pacifice tenuerit, nullus contra eum poterit reclamare, nisi advocatus sit vel forispatriatus, et hoc sufficienter probare possit. Judei mei poterunt accomodare cum testimonio duorum christianorum civibus meis de censiva. Libram scilicet pro tribus denariis in hebdomada,

ita quod pecunia a Judeis meis accommodata, nihil lucrabitur ultra unum annum. Ego debeo ponere duos legales homines qui per juramentum suum dictum sigillum bona fide servabunt, et litteras mutui bona fine confici facient et sigillari, secundum formam superius expressam. Si quis forisfactum ipse fecerit, ipse solus emendabit. Usagium quod homines Sancti Gervasii in Bosco de Barro habere solent, sicut prius habebunt. Certum est quod forisfactum cognitum furti, homicidii et raptus in mea est voluntate. Sciendum est quod cives predicti aliquem hominum meorum de capite et de corpore manentem in terra mea extra bailliviam Autissiodorensem non poterunt in dicta censiva retinere, nec esse poterit de eorum libertate. Quicumque vero de hominibus meis de Altissiodoro vel baillivia Autissiodorensi manet vel manebit Autissiodori, erit de censiva et consuetudine nominata et ponet in expensis ville sicuti et alii. Cives predicti castellum meum vel aliquem incarceratum custodire non tenentur. Si qui de foris apud Autissiodor. causa habitandi venerint sicut ceteri sub hac libertate et consuetudine secure permanebunt nisi sint mei de capite et de corpore, sicut superius est expressum. Si quis de foris venientium infra annum et diem ab aliquo fuerit requisitus, aut apud Autissiodorum juri parebit, si vere noluerit vel non poterit juri parere, consuetudines ville requiret, et licebit ei infra quatuordecim dies sub salvo conductu meo recedere, et se et res suas quocumque voluerit transferre donec sit extra terram meam, nisi pro raptu, furto vel homicidio arrestatus esset, et si infra annum et diem requisitus non fuerit, dum tamen infra dictum terminum rationabiliter requiri possit, deinceps meus civis liber in pace remanebit. Porro cives supradicti debitores suos et plegios suos apud Autissiodor. possunt arrestare et ducere in castellum meum; sed non nisi per me vel mandatum meum poterunt liberari. Insuper additum est quod duodecim electi, vel major pars eorum, quatuor de meo consilio mihi nominabunt, et ego eis unum illorum quem voluero mittam loco mei qui erit Juratus, et cum duodecim electis vel majori parte eorum tractabit de admensuratione minorum de censiva et bachelariorum et de admensuratione deperditorum a me restituendorum eis qui pro debito meo capti fuerint, et de eo quod non debeo trahere aliquem de censiva extra Autissiodorum causa placitandi, quandiu in curia mea apud Autissiodorum voluerit stare juris. Libertas cambiorum talis est quod nullus infra cambia potest capi vel res ipsius pro aliquo forisfacto extra cambia facto, sed qui intra cambia foris fecerit, capi potest, et res ejus. Si quis qui non sit homo meus ad cambia sederit et mandatum meum ministerium cambiandi ei inhibuerit pro eo quod non vult justitiari coram me vel coram mandato meo et post inhibitionem ad ipsum ministerium redierit sine mea vel mandati mei licentia, quicquid habebit ante se in cambiis, in mea erit voluntate. Si Melleya inter cambia facta fuerit inter aliquos, ita quod unus alium percusserit vel impulerit cum ira, sine sanguinis effusione, sexaginta solidos mihi persolvet. Si vero cum sanguinis effusione, novem Autissiodorensis monete percussor vel impulsor mihi persolvet. Nullus de predicta villa cambire potest intra cambia vel extra, nisi fuerit cambitor. Tamen si quis cambitor fieri voluerit, fiat. Dum tamen redditum meum pro lege cambiandi mihi vel mandato meo reddat, hoc excepto quod piperarii et cerarii de dicta villa et omnes de foris venientes in omnibus nundinis Autissiodorensibus, salvo in omnibus jure meo, cambire possint absolute. Libertas draperie talis est quod nullus in draperia gagiari potest pro debito vel plegeria, dummodo possit in villa vel prope villam competenter gagiari. Super iis autem conventionibus observandis precepi et concessi civibus sepe dictis quod si eas bona fide observaturos juraverit et ipsi hoc juraverunt, et quod in iis conventionibus observandis unus alteri fideliter erit adjutor, et quod proficuum meum volent bona fide. Quotiens autem prepositi baillivi et servientes mei Autissiod. mutabuntur, ipsos jurare faciam quod conventiones predictas firmiter et fideliter observabunt. Censiva predicta singulis annis ad octavas Nativitatis Domini mihi vel mandato meo persolvetur. Qui vero censam super se positam et nuntiatam termino sibi fixo non solverit, duos sol. mihi solvet pro emenda. Sciendum est quod omnes justitie, consuetudines et redditus quos hactenus in civitate Autissiodorensi habui, mihi salva remanent exceptis iis que dictis civibus superius sunt concessa. Preterea volui et concessi ut dicti cives sigillum habeant ad communitatis sue negotia sigillanda. Conventiones supradictas me firmiter observaturum propria manu juravi, et per idem juramentum promisi et concessi quod bona fide faciam sine meo mittendo, quod Guido de Sancto-Paulo gener meus, et filia mea uxor ejus has conventiones se firmiter observaturos jura-

bunt, et super hoc litteras suas patentes easdem conventiones confirmantes dictis civibus tradent. Concessi etiam et constitui quod quicumque post me, sive per maritagium, sive alio modo fuerit Dominus Autissiod. bona fide se tenere jurabit conventiones supradictas et faciet jurari a quinque militibus de dominio suo; quos duodecim vel major pars eorum eidem domino requisierit, dictas conventiones firmiter et inviolabiliter observare. Que si dictus dominus facere nollet, constitui quod episcopus Autissiodorensis qui pro tempore erit, in personam ipsius domini excommunicationis et in terram ipsius interdicti sententias valeat promulgare; nec predictas relaxet sententias quousque prefatus dominus cum quinque dictis militibus sepedictas conventiones se tenere jurarent. Quocumque etiam modo dictum dominum a supradictis conventionibus contingeret resilire, prenominatus episcopus a dictis electis requisitus, elapsis quadraginta diebus post admonitionem dicto domino ab episcopo factam, si hoc non emendaret in ipsum et terram ipsius dictas sententias promulgaret. Precepi etiam baronibus meis et fidelibus meis, scilicet Archambaudo domino Borbonii, Galchero de Joigniaco, Hugoni de Ulmo, Guillermo de Melloto, Hugoni de Sancto-Verano, Petro de Barris, Miloni de Noyers, Stephano de Sellegniaco, Joanni de Tociaco ut has conventiones jurent et manu capiant, et super hoc litteras suas patentes dictis civibus tradant, ita quod si me vel heredes meos ab iis conventionibus resilire contigerit, ipsi dictos cives super hoc conquerentes manu tenere, et eosdem adjutores esse teneantur donec ipsis ad plenum fuerit emendatum. Rogavi etiam venerabiles patres Senonensem archiepiscopum et Autissiodorensem et Nivernensem episcopos ut ipsis dictis civibus tradant litteras suas patentes testimoniales de supradictis conventionibus et juramento a me facto, et ab heredibus meis faciendo firmiter observandis. Ut autem ista perpetue stabilitatis robur obtineant, presentes litteras fieri, et sigilli mei munimine precepi roborari. Actum apud Ligniacum castrum meum, anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo vicesimo tertio, mense augusto, die beati Petri-ad-Vincula.

(*Ex Tabul. Urbis Autiss.*)

N° 151.

La corporation des changeurs d'Auxerre fait don d'une maison à l'abbaye de Celles.

(An 1223.)

B. decanus Autissiodorensis omnibus presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Notum fieri volumus quod in presentia nostra constituti cambitores Autissiod., divine pietatis intuitu, ob remedium animarum suarum dederunt monialibus beate Marie de Cellis, medietatem domus site retro furnum comitis, quam ipsi emerant a Garnero Heliarz, in perpetuum possidendam. Abbatissa vero de Cellis et conventus pro eorum vivis confratribus missam unam, et pro defunctis aliam se celebraturas annis singulis concesserunt, et quandocunque de dictis confratribus quisquam viam universe carnis ingressus fuerit, si a dictis monialibus petitus fuerit, pro illius anima missam concesserunt similiter celebrari. Actum anno Domini M. CC. XXIII.

(*Arch. de l'Yonne, fonds de l'abbaye des Isles.*)

N° 152.

Dons faits à l'église d'Auxerre par Guillaume de Seignelay, alors évêque de Paris.

(An 1223, novembre.)

Villermus, Dei gratia, Parisiensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum fieri volumus quod nos intuitu devotionis quam ad Autissiodorensem habuimus ecclesiam in qua a puero nutriti sumus, capitulo ejusdem ecclesie, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum concessimus domos nostras de claustro, juxta Portam Pendentem cum pertinentiis suis, et vineam de Croysy versus S. Gervasium, quam de novo plantari fecimus, et de novo ipsum capitulum investimus ad celebrandam missam ob remedium anime nostre. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio, mense novembri.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 153.

Accord sur les dixmes de Mézilles, entre Nevelon, chanoine d'Auxerre, et le curé de ce lieu.

(An 1224.)

Henricus, Dei gratia, episcopus Autissiodorensis : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod cum causa verteretur autoritate Apostolica coram venerabilibus abbate Sancti-Jacobi Pruvinensis et conjudicibus suis a Domino papa delegatis, inter Nivelonem canonicum Autissiodorensem ex una parte, et Joannem presbyterum de Miceclis ex altera, super quadam parte decimarum in parochia de Miceclis sitarum tam de blado quam de aliis, tandem coram nobis et de consensu nostro bonis viris mediantibus ita fuit compositum inter eos, quod ecclesia de Miceclis totam partem quam habebat dictus Nivelo in illis decimis, scilicet de novem partibus duas integre et sine contradictione percipiet et in perpetuum possidebit, ita quod presbyter qui pro tempore erit, in eadem ecclesia dimidium modium frumenti ad valorem melioris, duobus denariis minus ad bichetum, et octo sextarios avene ad valorem melioris, uno denario minus ad bichetum apud Autissiodorum, eidem Niveloni et successoribus ejus in perpetuum, infra Nativitatis Domini singulis annis persolvet, ita quod prefatus presbyter infra terminum supradictum quandocumque voluerit prenominatum bladum persolvet. Nec ipse Nivelo vel ejus successor quin recipiat, poterit recusare. Hanc autem compositionem laudavit et concessit Regnaudus de Ratilliaco miles, de cujus feodo movebat decima supradicta. In cujus rei memoriam et testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo quarto.

(Tiré d'une ancienne copie.)

N° 154.

Lettres de Guy de Forez, comte d'Auxerre, sur les amendes du vicomté de cette dernière ville.

(An 1226.)

Ego Guido comes Nivernensis et Forensis, et Mathildis uxor mea comitissa Nivernensis : omnibus notum facimus, quod in forisfactis vicecomitatus Autissiodorensis, que Dominus Ansericus de Tociaco, pro Domino Narioto fratre suo nobis escambivit, nec pro nobis, nec pro vicecomite Autissiod. nec etiam pro Vigerio Autiss., aliquid possumus capere aut habere, nisi tantum quantum debemus capere et habere in forisfactis burgensium censive Autiss., sicut plenius continetur in carta libertatis ville Autissiodorensis, quam ego Mathildis comitissa Nivernensis dictis burgensibus feci et concessi, et quam ego Guido comes confirmavi : scilicet de forisfactis sexaginta solidorum, quinque solid. et de quinque solidis duodecim denarios et infra. Et hoc eisdem burgensibus contra omnes homines, nos et heredes nostri tenemur in perpetuum garentire. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo sexto.

(*Ex Cartul. Urbis Autiss. fol.* 39.)

N° 155.

Fondations et dons à l'abbaye de Celles, proche Auxerre, par Mathilde, comtesse de Nevers.

(An 1226, avril.)

Ego Mathildis comitissa Nivernensis, omnibus notum facimus presentibus et futuris, quod nos pro remedio anime karissime filie Agnetis quondam uxoris comitis S. Pauli, et pro remedio anime karissimi Domini et mariti nostri Hervei quondam comitis Nivernensis, et nostre, assignamus quandam capellaniam apud Cellas monialium juxta Autissiodorum, constituentes quendam capellanum ibidem, qui in eadem ecclesia divinum officium qualibet die imperpetuum celebrare tenetur. Assignamus siquidem ecclesie de Cellis pro dicta capellania quindecim libras cursualis monete Autissiodorensis annuatim percipiendas in censa ville nostre de Autissiod. ad quindenam Nativitatis Domini. Volumus siquidem et concedimus, ut episcopus Autissiodorensis qui pro tempore erit, in heredem nostrum, seu successorem nostrum, vel in eum qui dictam villam nostram tenuerit, sententiam excommunicationis ponat; si contra donationem istam ire aliquatenus attemptarent, nec ipsam relaxet quousque dicte ecclesie de dicto reddito ad plenum fuerit satisfactum. Volumus etiam et precipimus ut prepositus de Autissiod. qui pro tempore erit, vel quicumque dictam censam levaverit, dictas quindecim libras dicte ecclesie ad dictum terminum annuatim persolvat. Quod si non fecerint, episcopus Autissiodorensis, qui pro tempore erit, sententiam excommunicationis in ipsos ponat, nec ipsam relaxet quousque dicte

ecclesie de dicto redditu ad plenum fuerit satisfactum. Quod ut ratum sit et firmum, presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini M. CC. XXVI. mense aprili.

Ego Mathildis comitissa Nivernensis, omnibus notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio anime nostre et H. quondam bone memorie domini et mariti nostri comitis Nivernensis, dedimus et concessimus post decessum nostrum, monialibus Cellarum, pro anniversariis nostris in sua ecclesia annuatim in perpetuum celebrandis, centum solidos redditus cursualis monete in cryeria et lya Altissiodorensi annuatim in perpetuum percipiendos. Volumus siquidem et precipimus ut episcopus qui pro tempore erit, ponat sententias excommunicationis in personam heredis aut successoris nostri, et interdicti in terram ipsius, si contra donum istud ullo modo ire attemptaverit, nec ipsas relaxet quousque dicte ecclesie de dicto redditu ad plenum fuerit satisfactum. Quod ut ratum permaneat, sigilli nostri munimine presentes litteras fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. XXVI, mense maio.

(Pièces scellées du sceau de la comtesse dont il reste encore les lacs de soie.)

(*Arch. de l'Yonne, fonds de l'abbaye des Isles.*)

N° 156.

Fondation d'une chapelle à Entrains, par les comtes de Nevers.

(An 1226, octobre.)

Ego G. comes Nivernensis et Forensis, et Mathildis comitissa Nivernensis et Forensis, uxor mea : omnibus notum facimus, quod cum bone memorie H., quondam comes Nivernensis in extrema voluntate ante voluisset, et precepisset quamdam capellam apud Interamnem construi, et redditum annuum competentem assignari capellano qui in ea divinum officium in perpetuum celebraret. Nos, votum ejus exequi cupientes, cum effectu capellam istam construximus, et quindecim libras annui redditus in dicta capella assignavimus; unde volumus quod si (quod absit) heredes defuncti Guidonis Sancti-Pauli, aut illi ad quos terra de Interamnis devenerit contra dicti redditus assignationem ire vellent, nos aut heredes aut successores nostri in eadem capella quindecim libras annui redditus competentes loco redditus supradicti, pro remedio animarum nostrarum et antecessorum, de proprio redditu nostro comitatus Nivernensis prope Interamnem bona fide assignabimus. In cujus rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno Domini M. CC. XXVI, mense octobri.

(*Ex cartul. Episc. Autiss.*)

N° 157.

Droit de présentation à la chapelle de la comtesse de Nevers, à Entrains.

(An 1227-28, février.)

Ego Mathildis comitissa Nivernensis : omnibus notum facimus, quod nos volumus et approbamus, ut venerabilis pater et Dominus Henricus Dei gratia episcopus Autissiodorensis, post decessum nostrum, vel episcopus Autissiodorensis qui pro tempore erit, habeat donationem et collationem capelle que est in domo nostra de Interamne, cujus capelle donationem et collationem Domnus H. episcopus Autiss. nobis ad vitam nostram concessit, salvo in omnibus jure ecclesie parochialis de Interamne. Quod ut ratum sit et firmum, presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini M. CC. XXVII, mense februario.

(*Ibidem, fol.* 39.)

N° 158.

Confirmation de quelques biens de l'abbaye de Pontigny, par le comte d'Auxerre.

(An 1228, juin.)

Ego Guido, comes Nivernensis et Forensis : omnibus notum facimus, quod dilectus et fidelis noster Stephanus Dominus Selliniaci quittavit coram nobis, Deo et ecclesie B. Marie Pontign. quidquid habere reclamabat in molendinis novis sitis juxta Vadum ferreum cum eorum pertinentiis, tam in feodo quam in dominio. Concessit etiam idem Stephanus, quod heredes aut antecessores ipsius nihil possint in dictis molendinis et eorum pertinentiis de cetero reclamare. Promisit etiam fide media quod contra quittationem premissam per se vel per alium venire nullatenus attentabit. Nos vero, de cujus feodo et garda sunt molendina predicta, presentes litteras ad instantiam dicti Stephani in hujus rei testimonium fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini

millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense junii.

(*Ex Cart. Pontiniac. pag.* 13.)

N° 159.

Remise par le comte et la comtesse de Nevers, à leurs bourgeois d'Auxerre, des sommes qu'ils leur devaient.

(An 1228, septembre.)

Ego Guido comes Niver. et Forensis, et ego M. comitissa uxor ejus : omnibus notum facimus, quod nos dilectos burgenses nostros autissiodorenses quittavimus de mille libris pruvinensibus veteribus quas ipsi tenebantur nobis persolvere ad octavas Pasche, et de censa nostra quam tenebantur nobis annuatim persolvere ad octavas Natalis Domini, sicut in litteris suis quas ipsi inde habent plenius continebatur, pro mille libris Parisiensis monete quarum medietatem tenentur nobis persolvere ad instantes octavas Natalis Domini, et aliam medietatem ad octavas Pasche, proximo subsequentes : et sciendum quod ipsi burgenses tenebuntur nobis persolvere tantummodo dictas mille libras parisienses usque ad sex annos ad terminos supradictos : elapsis vero dictis sex annis iidem burgenses de illis mille libris parisiensibus quiti erunt erga nos, penitus et immunes. Et ipsi tenebuntur nobis reddere censam supradictam annuatim ad octavas Natalis Domini, sicut in carta sua quam inde habent plenius continetur. In cujus rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno Domini, millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense septembri.

(*Ex autographo.*)

N° 160.

Dons à l'abbaye de Notre-Dame de Celles, transférée à Orgelene, sur la rivière d'Yonne, par le comte et la comtesse de Nevers.

(An 1229.)

Ego G. comes Nivernensis et Forensis, et ego M. comitissa uxor ejus : omnibus notum facimus presentibus et futuris, quod nos, pro remedio animarum nostrarum, dedimus et concessimus, pietatis intuitu, monialibus de Cellis juxta Autissiodorum (quia monasterium earum minus competenter apud Cellas situm erat) terram quandam quam nobis escambiavit Petrus Reimbaudi sitam apud Orgelenam super Yceunam, cum quatuor insulis eidem terre adjacentibus, in qua terra dictus Petrus Reimbaudi tres partes habebat, et milites de Firmitate quartam partem, quam quartam partem nobis contulerunt milites supradicti, et nos eam dedimus monialibus supradictis pro monasterio suo ibidem transferendo. Dedimus etiam eisdem monialibus dimidium arpentum vinee quod emimus a relicta et pueris defuncti Dodonis de Egliniaco olearii, et quandam vineam dicte terre contiguam quam emimus a Ricardo Cabrino, et ejusdem uxore. Hec autem omnia supradicta eisdem monialibus dedimus et concessimus libere, quite et pacifice ab omni exactione, in perpetuum possidenda, et hec tenemur eisdem monialibus erga omnes homines garentire, salvo jure quod habent in insulis canonici de Trinitate. Quod ut ratum sit et firmum et inconcussum in posterum habeatur, presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono.

(Pièce scellée de deux sceaux brisés à lacs de soie rouge.)

(*Ex Tabul. B. M. de Insulis*; *Archives de l'Yonne.*)

N° 161.

Arbitrage entre l'évêque et le comte d'Auxerre, à l'occasion de deux bourgeois de Sienne et de Lucques, arrêtés par le comte, au sujet de quoi la ville fut mise en interdit.

(An. 1230.)

B. abbas Sancti-Petri, M. decanus, B. archidiaconus, D. thesaurarius, R. cantor, et E. sacrista Autissiodorensis : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facio universis, quod cum Bonaventura civis Senensis, et Villanus civis Lucensis, pro burgensibus gererent se reverendi patris Autissiodorensis episcopi, et ex parte ipsius se advocarent, et ipsi per nobilem virum G. comitem Nivernensem, Forensem, sive per ejus ballivos capti fuissent, et res eorumdem pro quibus non restitutis eidem D. episcopo, ut debebant quamvis eos peteret sibi reddi prout debebat in civitate Autissiodorensi, positum fuit interdictum. Tandem nobis presentibus et videntibus qui ad hoc audiendum fuimus vocati, de voluntate et consensu expresso dictorum civium, non detentorum sed liberorum, taliter ordinatum fuit, bonis viris mediantibus, quod quidem comes promisit dictis civibus se redditurum ad instantem quindenam Nati-

vitatis B. Marie Virginis ducentas et viginti libras Autissiodorensis monete; et pro his adimplendis constituerunt se plegios de....... ejusdem comitis erga predictos cives, Ursus vicarius Autissiodorensis, et Colinus de Castellione miles, fide data corporali, promittentes quod infra octo dies post quindenam predictam elapsam, satisfacient dictis civibus in pecunia numerata, vel in pignoribus sufficientibus de predicte pecunie quantitate, nisi per dictum comitem eis infra dictam quindenam fuerit satisfactum. De aliis vero rebus quas dicti cives ultra dictam summam ducentarum et xx librarum dicunt sibi ablatas fuisse a gentibus comitis, voluit et concessit idem comes et cives predicti, quod D. episcopus et Colinus de Castellione miles inquirunt bona fide veritatem, et infra octavam S. Remigii dictum negotium terminent, et hoc ipsum idem Colinus miles per sacramentum suum, nobis presentibus et videntibus, prestitit se una cum dicto episcopo bona fide facturum, et comes ad omnia solvenda que idem episcopus et predictus Colinus dixerint comitem restituere debere predictis civibus, per patentes litteras suas se restituere obligavit. Promisit et quod omnes illos quos sibi, vel mandato suo nominaverint dicti cives, qui in sua fuerint potestate jurare faciet coram dictis D. episcopo et Colino pro posse suo, et bona fide quod manifestabunt et reddent quecumque habent vel habuerint de bonis civium predictorum, et si quos alios sciunt vel scient aliquid de bonis predictorum civium habere vel habuisse, dictis D. episcopo et Colino per sacramentum suum revelabunt. Assecutavit et dictus comes cives predictos, quandiu predicta assignatio durabit, et quandiu de querela quam habet inter eos, super eo quod dicit, quod dicti cives erant burgenses sui Autissiod. ea die qua capti fuissent, coram D. episcopo stabunt juri. Hec autem omnia predicta promisit dictus comes se observare, et bona fide adimplere et facere adimplere, fide in animam suam de mandato suo a Petro de Cortis milite prestita. Voluit etiam et concessit, quod si in aliquo de predictis deficeret, vel non possent dictam inquisitionem facere et terminare, tam comes, quam predicti cives, dederunt dictis episcopo et Colino potestatem prorogandi terminum inquisitionis usque ad quindenam octavarum beati Remigii. Quod si nec tunc, quod absit, per predictos D. episcopum et Colinum dicta inquisitio fuerit terminata, jus tamen comitis, aut dictorum civium salvum remanebit cuilibet eorum. Hiis omnibus adimpletis, quittaverunt dicti cives super predictis omnibus eundem comitem et omnes qui interfuerunt captioni predicte, vel fieri mandaverunt. Actum anno Domini, M. CC. XXX, in crastino beati Laurentii.

(*Ex autographo.*)

N° 162.

Confirmation par Thibaud, comte de Champagne, au Chapitre d'Auxerre, de la vente d'un homme de Montigny (la Coudre) *faite par Guy de Chamtelen, chevalier.*

(An 1230, décembre.)

Ego Theobaldus, Campanie et Brie comes palatinus. N..... ego laudo in perpetuum capitulo ecclesie B. Stephani, Autissiodorensis Johannem de Montiniaco, et Mariam uxorem ejusdem et eorum familiam qui de feodo meo erant, quos dilectus et fidelis meus Guido miles de Chambelen vendidit ecclesie supradicte..... Actum Trecis anno Domini M. CC. XXX. mense decembri.

(*Ex tabul. Campanie.*)

N° 163.

Sentence arbitrale de Gautier, archevêque de Sens, sur la nouvelle monnaie que le comte d'Auxerre faisait frapper dans cette ville.

(An 1231, avril.)

Galterius, Dei gratia, Senonensis archiepiscopus: omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum sit universis, quod orta fuit contentio inter venerabilem fratrem nostrum Henricum episcopum et dilectos filios decanum et capitulum et alias ecclesiasticas personas Autissiodorenses, ex una parte... et.... G. comitem Nivernensem et Forensem, ex altera, super nova moneta quam idem comes in civitate Autissiodorensi cudi faciebat ad pondus et legalitatem decem et octo solidorum et dimidium; quam monetam predicti episcopus, decanus et capitulum, de jure ab ipso comite non posse fieri dicebant, asserentes quod comes in civitate Autiss. non poterat facere cudi monetam..... et legalitatem sexdecim solidorum et octo denariorum et quatuor denariorum fini argenti, sicut juraverat comes Petrus et comitissa Agnes, prout in litteris Philippi regis...... dice-

bant : comite e contrario asserente se illam de jure facere cudi posse, et aliam quantumcumque ponderis vellet, non obstantibus litteris predictis, cum in eis de..... mento et quod ejus antecessores longissimis temporibus retroactis et ante datam litterarum et post, jure dominii sui monetam in civitate Autissiodorensi cudi fecerant...... litalis volebant, quod tamen decanus, episcopus et capitulum et alie ecclesiastice potestates persone denegabant, dicentes quod si quis predecessorum comitis alterius modi monetam quam ill.... est in civitate Autiss. cudi fecerat, per impetrationem charte supradicte hoc non nisi de permissione episcopi, qui tunc Autissiodori preerat ecclesie factum fuerat, salvo in..... et salva charta regis supradicta. Cum igitur nos ei alii viri boni pro sapienda contentione inter eos partes nostras interponere diligenter curarent, tandem..... qui fecit utraque unum in hanc formam pacis amicabiliter convenerunt: videlicet quod dictus comes a fabricatione monete quam ibi cudi faciebat......moneta illa nova quam etiam vetus qua tunc usu aliter currebat, amplius non curreret, imo, omnino caderet; et quod idem comes novam cudi faceret...... at pondus sexdecim solidorum et octo denariorum et ad legalitatem quatuor denariorum fini argenti et quandiu ipse comes esset Nivern. eandem monetam...... moneta Autiss. currere faciet, bona fide, ita tamen quod per hoc nullum fiat prejudicium heredibus comitatus Nivernensis. possent uti jure suo...... civitas Autissiodorensis sicut facere poterant ante istam compositionem, eodem etiam modo nullum fiat prejudicium episcopo, decano et capitulo Autissiodorensi....... voluerint super hoc uti possent contra comitem et heredes comitatus Niversensis, sicut facere poterant ante compositionem eandem. Cum igitur...... in nos cautionibus hinc inde sufficientibus prestitis nos hoc modo pronuntiavimus, sicut inter eos fuerat concordatum. In cujus...... partium sigillo nostro fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. XXXI. mense Aprili.

(*Ex vidimus curiæ archid. Autiss. et curiæ archid. in eccles. Autiss. sede vacante.*)

N° 164.

Vente par les lépreux de Saint-Siméon d'Auxerre, de leurs moulins du Saulce aux Templiers.

(An 1231, juillet.)

Henricus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum facimus universis quod magister et fratres domus leprosorum Sancti Symeonis Autissiod. de assensu et voluntate leprosorum ejusdem domus, molendina sua de Salice et domum quam ibi habebant cum appendiciis suis et quicquid in eis juris habebant, fratribus milicie templi pro octingentis et quinquaginta libris turon. vendiderunt. Nos autem burgensium Autissiod. super hoc habito consilio predictorum leprosorum utilitatem pensantes, prefatam venditionem voluimus, concessimus, laudavimus et approbavimus. Templarii vero de omnibus querelis et contentionibus quas contra eosdem leprosos habuerant et habebant tam super dictis molendinis quam super aliis ipsos penitus quitaverutn. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Actum MCCXXXI, mense julio.

(*Arch. de l'Empire. S. 5235, Cartul. f° 15*).

N° 164 bis.

Consentement des censiers et bourgeois d'Auxerre pour la vente ci-dessus.

(An 1231, juillet.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, censarii et burgenses Autissiodor. salutem in Domino. Notum facimus universis quod magister et fratres domus leprosorum Sancti-Symeonis Autissiodor., de assensu et voluntate leprosorum ejusdem domus molendina sua de Salice domum contiguam molendino, beciem et terram que ibi habebant et quicquid in eis juris habebant venerabili patre H. Dei gratia Autissiod. episcopo consentiente et laudante, fratribus milicie Templi pro octingentis et quinquaginta libris turon. vendiderunt. Nos autem censarii et burgenses predicti super hoc habito consilio predictorum leprosorum, utilitatem pensantes predictam venditionem voluimus, concessimus, laudavimus et approbavimus; templarii vero prefati de omnibus querelis et contentionibus quas contra eosdem le-

prosos habebant et habuerant tam supra dictis molendinis quam supra aliis ipsos penitus quitaverunt. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Actum anno MCCXXXI, mense julio.

(*Même fonds que la précédente*).

N° 165.

Sentence arbitrale sur les fonctions des Marguilliers de l'église d'Auxerre.

(An 1233, juin.)

Guillelmus dictus Brito, Philippus de Meso et Nivelo canonici Autissiod., omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Cum causa que inter venerabilem patrem et dominum H. Autissiodorensem episcopum, Stephanum *Chevenel* presbyterum, Guidonem et Fromundum laïcos matricularios, ex una parte et venerabiles viros D. thesaurarium, G. sacristam Autissiod. ex altera vertebatur, de quibusdam articulis qui in litteris bone memorie Guillermi quondam Autiss., episcopi continentur super institutione matriculariorum et eorum officiis. Idem episcopus de assensu predictorum, tam D. thesaurarii et G. sacriste, quam matriculariorum, vices suas nobis commisisset, tandem de assensu partium super quibusdam articulis ita pronuntiavimus : scilicet, quod preter matricularios de novo institutos, sacrista totidem matricularios, sive clericos, sive laïcos habere et exhibere tenebitur, sicut antea tenebatur. Matricularius clericus de novo institutus, de nocte semper in ecclesia jacere et hora tempestiva venire, scilicet pulsante ignitegio vel ante tenebitur. Laïci vero de jacendo in ecclesia suas facient septimanas, ita quod alter eorum semper in ecclesia jaceat, diebus autem festivis quibus grossi soni pulsantur, tam clerici quam laïci matricularii omnes in ecclesia jacebunt. Matricularii clerici tenentur altare ornare, lucernas accendere, campanas chori, presente conventu pulsare, quas pulsare non presente conventu matricularius clericus de novo institutus non tenetur. Laïci autem tenentur capas sericas referre, ecclesiam palliis, cortinis et hujusmodi ornare. In processionibus precedere et subsequi, baculos in manibus tenere, et turbe impetum refrenare. Nec per alicujus servitium eximi poterunt matricularii, nec pro se vicarios ponere ; sed sicut predictum est, in propriis deserviant personis, nisi infirmitate vel alia justa et evidenti necessitate prepediti, et tunc vicarios honestos, fideles et idoneos exhibebunt. Preterea fidelitatem facient thesaurario et sacriste de rebus ipsorum custodie deputatis, eos nec dampnificabunt, nec dampnificari sustinebunt. Pronuntiavimus etiam et consentiente ipso H. episcopo, a partibus fuit concessum, quod licet bone memorie Guillelmus quondam Autissiodorensis episcopus, in litteris sibi retinuerit potestatem addendi aut mutandi circa premissa, ad successores episcopos illam clausulam non extendi ; immo ipsam mutationem vel additionem institutori presentialiter reservatam. Nos igitur, quia de quibusdam aliis articulis non componere potuimus, nec pronuntiare, de eis consilium habuimus, salvo jure partium, super nos determinatis, pro hiis que determinavimus presentes litteras scribi, et sigillorum nostrorum fecimus appositione signari. Ego vero Philippus, quod proprium sigillum non habeo, sigillum Domini G. de S. Ferreolo concanonici nostri, presentibus litteris apponi feci. Actum anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo tertio, mense junio.

(*Ex autographo.*)

N° 166.

Lettre par laquelle un curé de Saint-Gervais d'Auxerre donne sa personne et ses biens aux Templiers (1).

(An 1233, novembre.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, magister Willelmus officialis curie Autissiod., salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presentia constitutus Robertus presbyter S. Gervasii Autissiod., recognovit quod ipse dederat, quinque annis jam elapsis, se et sua bona mobilia et immobilia ubicunque sint fratribus militie Templi ; et se et dicta bona sua iterum dedit dictis fratribus coram nobis, tali tamen conditione apposita quod quumcunque voluerit ipse possit assumere habitum dictorum fratrum. Et ipsi fratres tenebuntur eumdem Robertum in domibus et societate eorum recipere sicut fratrem. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli Autissiod. curie fecimus munimine roborari.

(1) En 1252, le même Robert ratifia cette donation.

Actum anno Domini MCCXXXIII, mense novembri.

(*Arch. de l'Empire, S.* 5235, *Cartul. des Templiers d'Auxerre, f.* 7, *v°*.)

N° 167.

Donation au prieuré de S. Thibaud des Bois.

(An 1233, avril.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, R. abbas et conventus Sancti-Germani Autissiodorensis, salutem in Domino. Notum vobis facimus quod in recompensationem nemoris de Expissia siti subtus domum nostram de Bello-Monte juxta fontem, cujus pretium venditionis habuimus, dedimus et concessimus domui nostre supradicte molendinum nostrum de Villeta libere et pacifice in perpetuum possidendum a fratre nostro qui eadem domo pro tempore fuerit institutus. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, quia nos conventus sigillum nostrum penes nos ad presens non habemus, sigillum venerabilis fratris et prioris nostri, cum sigillo reverendi patris Regnaudi abbatis nostri, presentibus litteris duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio, mense aprili.

(*Ex Cartul. S. Germani Autiss.*)

N° 168.

Vente pour trois ans par Guy comte d'Auxerre, à la communauté de ses bourgeois de cette ville, de la cense qu'ils lui devaient.

(An 1234, septembre.)

Ego Guido comes Nivernensis et Forensis, et ego M. comitissa uxor ejus : notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos vendidimus dilecto nostro Joanni Columbi, et communitati burgensium nostrorum de Autissiodoro censam nostram de Autissiodoro, de tribus annis, integre, pro mille ducentis libris Turonensibus, de quibus confitemur nobis fuisse plenarie satisfactum in pecunia numerata. Que censa solet nobis reddi singulis annis ad octavas Natalis Domini, ita quod predictus Joannes, et predicta communitas burgensium possunt et poterunt facere et levare quodcumque voluerint sine aliqua occasione, aut reprehensione, seu accusatione censam eandem per se sine tallia vel cum tallia Autissiodor., prout ipsis visum fuerat melius expedire, nec nos, nec alius pro nobis aut nomine nostro poterimus contradicere vel contraire predicto Joanni et predicte communitati burgensium, quominus possint, sicut predictum est, predictam censam facere et levare. Concessimus etiam et concedimus, quod si predictus Joannes et communitas burgensium in hoc unanimiter convenerint, videlicet quod prefatus Joannes haberet per se sine burgensibus, vel burgenses sine Joanne istam pactionem, seu conventionem predicte cense, nos tenemur, et teneremur illi parti cui predicta censa remaneret omnes pactiones et promissiones predictas, bona fide tenere, et servare et garentire. Et quoniam mise et expense prisiarum et arestorum burgensium Autissiodor. pagari solent de censa supradicta, nos pro his misiis et expensis que accidere possent in manibus predictorum Joannis et communitatis burgensium obligamus prepositoram, la Crierie, la Lye, et forum et nundinas Autissiodorenses, donec super hoc esset ipsis plenarie satisfactum; et si omnia ista predicta ipsis non sufficerent, obligamus insuper cum predictis dicto Johanni et communitati burgensium censam quarti anni futuri pro omnibus dampnis et deperditis et defectibus, et pro omnibus promissionibus et pactionibus predictis bona fide tenendis et servandis, et pro bona pace et concordia nostri et burgensium nostrorum, et Joannis Columbi, nos et successores nostros quoscumque per presentes litteras ad omnia bona fide tenenda et servenda et garantizanda sepedictis Joanni et communitati burgensium specialiter obligamus, salvis in omnibus et per omnia punctis karte burgensium predictorum. In cujus rei testimonium presentes litteras fecimus nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum apud Autissiodorum, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense septembri.

(*Ex autographo.*)

N° 169.

(An 1235, août.)

Accord entre l'évêque d'Auxerre et les Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem, au sujet de l'église de Sacy.

G. Dei gratia, Senonensis archiepiscop., omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverint universi quod cum esset in nos compromissum a venerabile fratre H. Autissiodori episcopo ex

una parte, et a fratre Johanne de Monte-Grosino priore domus hospitalis Jerusalem in Francia, pro fratribus hospitalis ex altera, super diversis querelis hinc inde propositis prout in quibusdam litteris nostro sigillo et sigillo bone memorie G. quondam Carnotensis episcopi sigillatis, plenius continetur. Tandem de bono et equo dictionem nostram protulimus in hunc modum : primo diximus quod per ea que dicemus in nullo fiat prejudicium privilegiis hospitali, nec per eadem ipsorum privilegia in aliquo amplientur. Diximus eciam quod pro injuria clerico domini episcopis Namomensis illata tradet magister hospitalis domino episcopo Autissiodori viginti libras Turonenses; et pro istis viginti libris liberati erunt fratres ab injuria et dampnis dicto clerico illatis. De illis autem qui tradit, dicuntur fuisse ecclesiastice sepulture tempore interdictionis a fratribus hospitalis, diximus quod frater Symon magister domus hospitalis parisiensis, nomine fratrum dictorum, emendabit in manu domini episcopi Autissiodori injurias sibi a fratribus antedictis illatas, quam pro querelis dictorum fratrum extrahentur a cimeterio. Diximus eciam de capella quam construxere dicuntur fratres dicti, tempore interdicti, apud Saciacum, quod campane, altare et omnia singula capelle amovebuntur, domo in qua erat capella in suo statu pristino remanente. Adjicimus eciam per dictionem nostram quod dicti fratres claves ostii ecclesie parrochialis de Saciaco, quod est a parte domus fratrum antedictorum, de cetero habebunt et libere per ostium illo quocumque voluerint intrabunt et celebrabunt in uno altarium ejusdem ecclesie divina quamcumque voluerint; et pulsabunt in matutinis missa et vesperis, dum modo per hoc parochiale officium non impediatur; et si que oblationes seu obventiones alie ad missam eorumdem fratrum obvenerint eamdem porcionem in illis sacerdos parochialis habebit quam habet in illis que ad missam ejusdem presbyteri fuerit, et eamdem portionem habebunt fratres hospitalis in oblationibus seu obventionibus que venient ad missam eorum quam habent in eis que fiunt in missa sacerdotis parochialis. Diximus eciam quod si contingeret ecclesiam de Saciaco interdicto supponi, dicti fratres poterunt niehilominus in illa ecclesia celebrare divina, voce submissa, clausis janois, interdictionis et excommunicatis exclusis. Adjicimus etiam quod fratres hospitalis omnes oblationes seu obventiones que tempore interdicti, videlicet a festo beati Luce evangeliste usque ad dominicam qua cantatur « isti sunt dies » facte fuerunt seu obvenerunt in dicta capella integraliter restitueret sacerdoti ecclesie parochialis, et de illis oblationibus tradentur veritati fratris Parisii magistri domus hospitalis de Saciaco; qui frater Parisius centum solidos Turonenses cum omnibus oblationibus et obventionibus predictis tradet in manu domini episcopi Autissiodor., restituendis presbyteros de Saciaco pro dampnis et deperditis quas sustinuit occasione interdicti supradicti; et idem episcopus Autissiodorensis faciet quittari dictos fratres a dicto presbytero de omnibus dampnis et deperditis antedictis. Actum anno Domini M. CC. tricesimo quinto, mense Augusto.

(*Arch. impériales. S. 5241, 71ᵉ liasse, n° 1*).

N° 170.

(An 1236, juin.)

Liquidation de société de commerce entre Léo et Pierre Didaut orfèvres.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie decani Autissiodorensis salutem in Domino. Notum facimus universis quod in nostra presentia constituti Leo aurifaber maritus Florie Piparie, ex una parte, et Petrus Didaut frater dicte Florie ex altera, recognoverunt se esse partitos et divisos de quadam societate que diu extiterat inter ipsos. Recognoverunt etiam quod ita erat ordinatum inter ipsos : quod dictus Petrus solveret creditoribus omnia debita que in dicta societate contracta erant a dicto Petro et non alia debita, exceptis debitis de Bituris et de Corbigniaco, que dictus Leo debet reddere; et haberet dictus Petrus omnia debita et omnia mobilia que debentur societati ubicumque essent; et quod dictus Leo recederet dicto Petro viginti sex libras turonenses, hiis terminis : videlicet in quindena Nativitatis Beati Johannis-Baptistæ tres decem libras, et in octabas Assumptionis Beate Marie tres decim libras, sex autem libre que sunt ultra dictas viginti libras sunt, de duodecim libris quas Guillelmus quondam eorum socius debebat, eidem Petro; et de utensilibus communibus inter ipsos que habebat dictus Leo, quilibet partem suam habebit equaliter. De operatorio autem quod est apud Autissiodorum ita ordinatum est : quod dictus Petrus inde habebit et tenebit quicquid juris habe-

bant dicti Leo et Floria, et censam salvet pro utraque parte. Ita tamen quod si dictus Leo de Bituris redierit, et in dicto operatorio operari voluerit, in eo posset operari, et solveret medietatem tocius cense. Et propter ista pacta et conventiones ipsi Petrus et Leo et uxores eorum de omnibus in perpetuum se mutuo quittaverunt, per fidem prestitam, promittentes quod contra quittationem istam per se vel per alium non venient in futurum. Hec alter alterum seu alterius uxorem aut liberos super hiis de cetero molestabit. Si autem dictum Leonem contingeret deficere in solutione predictarum vigniti sex librarum, terminis prenotatis, conventiones predicte et quittationes nulle essent. Nec dictus Petrus, occasione predictarum conventionum dicto Leoni in aliquo teneretur. Actum anno Domini м° ducentesimo tricesimo sexto, mense junio.

(*Arch. impér. Sect. Dom. S.* 5240, *carton* 195, *liasse* 57, n° 1).

N° 171.

Franchises accordées à ses Bourgeois de Sacy, par le prieur de l'ordre de S. Jean de Jérusalem.

(An 1236, juillet.)

Universis presentes litteras inspecturis, Frater Johannes de Monte-Grosino, sancte domus hospitalis Jerosolymitani Prior humilis in Francia, salutem in Domino. Notum facimus universis quod nos, de consilio et assensu fratrum nostrorum, burgensibus nostris et eorum heredibus in villa nostra de Saciaco commorantibus et in posterum moraturis confirmavimus usus, consuetudines et franchesias omnes in dicta villa constitutas, approbatas et hactenus observatas : quas usque ad hec tempora habuisse noscuntur. Concessimus insuper ipsos quandiu in dicta villa commorantes pro burgensibus nostris liberis se tenebunt quittos esse et immunes tam in die mercati quam per totam septimanam de omni minagio, tonleio et aliis costumis que ab hiis qui ad mercatum veniunt solent exigi ratione mercati emendo vel vendendo, salvo nostre domui, quod ipsi omnes vel aliqui eorum qui ad stallos nostros vel archas nostras in die mercati vendent stallagium et sallagium in dicto mercato statutum reddent nobis. Concessimus etiam eisdem quod stallos et archas infra censivas suas si voluerint habebunt in die mercati, et in aliis diebus libere, sicuti usque ad hec tempora habuerunt; hoc tamen nobis salvo quod stallos dictos vel archas nemini locare vel commodare poterunt, nisi libris nostris burgensibus in dicta villa commorantibus, quin habeamus ex eis stallagium et sallagium sicut de nostris propriis habemus. Volumus etiam et concessimus quod bicheta et alias mensuras bladi et vini libere habeant et habitis libere utantur, sicut usque nunc sunt usi; excepto tamen quod dictas mensuras bladi non poterunt locare vel mutuare, nisi tantummodo burgensibus nostris in franchesia dicte ville commorantibus; et si per ignorantiam seu negligentiam alicui extraneo dictas mensuras locaverint vel commodaverint, et jurare velint, quod non constabat eis quod ille cui locaverunt vel commodaverunt dictas mensuras esset extraneus vel extra franchesias dicte ville, inde per juramentum suum nostro mandato prestitum credentur et erunt quiti. Condictum etiam fuit et insertum quod baillivus noster qui ibi erit pro tempore mensuras bladi, vini, libras, pondera et omnes alias mensuras ad quas per dictam villam mensurabunt vel mensuraverunt quotienscumque et quandoque volet capi faciet et readjustari, et illi qui injustas mensuras habuerint, domus nostre baillivo emendabunt, et de emenda satisfacient ei secundum delicti quantitatem, et illi qui justas mensuras habuerint, readjutatione facta suas quittas reportabunt. Preterea voluimus et confirmavimus quod furnus communis dicte ville qui juxta domum Girardi Fautrerii situs est ibi in perpetuum existat, et quod in eodem furno coquant omnes gentes ejusdem ville ad furnagium et costumas ad quas hactenus coquere consueverunt, et quod ad plus non possint cogi in futurum. Hec autem omnia supradicta concessimus et confirmavimus eis, salvis nobis omnibus redditibus, aliis costumis, justitiis, commodis et proventibus que in eadem villa habere et percipere consuevimus, antequam ibi mercatum haberemus et predictam concessionem eis confirmaremus. Si vero inter nos ex una parte et burgenses nostros villa de Saciaco, vel aliquem eorum ex altera, super usibus, consuetudinibus et franchesiis prenotatis et super hiis que non sunt expressa et declarata evidenter in presenti carta discordia orta fuerit, per sex burgenses nostros de Saciaco quos nos eligemus, et per sex alio burgenses nostro de eadem villa quos ipsi vel aliquis eorum discordiam habentes contra nos eligent id quod illi duodecim vel major pars eorumd. per juramenta sua

coram mandato nostro prestita super predictis fuisse statutum, approbatum, et hactenus observatum dixerint, vel quod inde per jus ordinaverint, nos et ipsi ratum et firmum utrinque habebimus, et sine ulla revocatione tenebimur observare. Quod ut ratum et firmum permaneat in futurum, presentem cartam, de assensu fratrum nostrorum et burgensium predictorum, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, mense Julio.

(*Ex autographo.*)

N° 172.

Diminution des canonicats de Saint-Laurent de Cône, ordonnée par l'évêque d'Auxerre.

(An 1240, 28 octobre.)

Bernardus, Dei gratia, Autissiodorensis episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi quod nos attendentes tenuitatem prebendarum ecclesie B. Laurentii de Conada, et considerantes quod fructus et portiones canonicorum ejusdem ecclesie ad victum et vestitum nullatenus possent sufficere, nisi sibi necessaria mendicarent, volumus et concedimus, statuentes de consensu capituli ejusdem ecclesie, ut numerus canonicorum ejus qui denarium numerum excedebat, autoritate nostra ad denarium numerum redigatur; ita quod cum prebendam aliquam in predicta ecclesia vacare contigerit, summa quatuor librarum fortium Nivernensium quotidianis distributionibus assignetur, et sic dictis quatuor libris additis illis redditibus, qui prius etiam quotidianis distributionibus deputati, distributiones per totum anni circulum durent in ecclesia memorata. De consensu etiam ejusdem capituli volumus statuentes quod canonici ejusdem ecclesie fructus prebendarum suarum nullatenus precipere presumant, nisi in ecclesia, vel in scholis, vel in peregrinatione, vel in romana curia, pro suis negotiis constituti, residentiam fecerint per tres menses : in tribus autem ultimis casibus licentia capituli peti debet. Cum vero canonicus in prefata ecclesia de novo constituitur, ejusdem prima residentia dispensationem non recipiet, quin eum per tres menses residere oporteat infra annum. Hec autem in generali capitulo statuta sunt, et singulorum canonicorum juramento firmata. Incipiet autem annus faciende residentie ad festum S. Remigii. In cujus rei memoriam et testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine, ad petitionem predicti capituli, fecimus roborari. Actum apud Conadam, die Dominica ante festum omnium Sanctorum, anno Domini M. CC. XL.

(*Ex Tabul. S. Laurentii de Conada.*)

N° 173.

Charte de la comtesse Mahauld la Grande, concernant l'établissement des frères Prêcheurs à Auxerre.

(An 1241, mai.)

Ego Mathildis comitissa Nivernensis : notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod quum nos viris religiosis Fratribus de Ordine predicatorum concessimus, ut eis liceret in civitate Autissiodorensi aliquam domum sui ordinis construere et habere, et ipsi inter alia loca civitatis domum quandam cum propria virorum venerandorum decani et capituli Autissiodorensis, sitam ad portam S. Juliani infra muros civitatis, que fuit Bernardi Porcelli ad domum sui Ordinis edificandam aptam et congruam invenissent, dicti decanus et capitulum ad instantiam nobilis mulieris Amicie relicte bone memorie Galteri de Joigniaco, et Galtierii filii eorumdem, predictam domum suam cum proprisia memoratis Fratribus concesserunt, sicut per eorumdem decani et capituli litteras nobis constituit evidenter. Quia vero dicti Amicia et Galtherus attendebant quod dicta domus dictorum decani et capituli eisdem decano et capitulo in redditibus et proventibus valebat annuatim quindecim libras Turonenses, ipsis dictis decano et capitulo dederunt et assignaverunt quindecim libras annui redditus in redditibus villa sue de Nannaio, Autissiodorensis diecesis, reddendas annis singulis apud Autissiodorum in festo B. Andree apostoli, obligantes specialiter villam ipsam et omnes redditus predicte ville pro quindecim libris dictis loco et tempore solvendis. Nos autem, de cujus feodo predicta villa de Nannaio movet, predictas concessionem et assignationem voluimus, concedimus et laudamus, et nobili viro Guidone marito nostro in transmarinis partibus existente, et nobis in ejus absentia totius comitatus administrationem gerente, presentes litteras sigillo nostro ad petitionem dictorum Amicie et Galtheri

sigillatas tradidimus decano et capitulo supradictis, in cujus testimonium scripsimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense maio.

(*Ex Tabul. Dominican. Autiss.*)

(Vide in Gallia christ. t. XII, Chartam episcopi Autiss. de eodem).

N° 174.

Etablissement de Bernard, évêque d'Auxerre, en sa cathédrale.

(An 1244, octobre.)

B..... Dei gratia Autissiod. episcopus : omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos damus et concedimus in perpetuum capitulo Autissiodor. partem illam decime de Venoussia quam emimus ab Ytherio et Guidone militibus, fratribus, sub hac conditione et isto onere, quod dictum capitulum annuatim die anniversarii nostri canonicis presentibus centum solidos, et clericis de choro non canonicis quadraginta solidos distribuit, nec-non et in vita nostra, et post mortem persolvet idem capitulum sexaginta solidos distribuendos predictis clericis in Quadragesima ad officium Matutinarum. Ministrabunt insuper idem capitulum de cetero in perpetuum de fructibus predicte decime singulis diebus luminare quatuor cereorum quemlibet de duabus libris ad minus, qui ardebunt in Matutinis, Missa majori et meridie, Vesperis, et completorio quando immediate celebrabitur post Vesperas; nec-non in Vigiliis et in Missa anniversarii nostri. Preterea damus et concedimus in perpetuum de consensu capituli Autissiod. thesaurario et sacriste Autissiodorensi decem libras ceree, quam episcopatus Autiss. habebat et percibiebat annuatim in ecclesia S. Peregrini Autissiodorensis. Ipsi vero thesaurarius et sacrista Autissiodorensis, promiserunt quod dictos cereos a nobis institutos conservabunt, accendi et extingui facient sicut suos proprios, et in festo sancte Marthe, sicut consuetum est, in festo novem Lectionum, et in festo Corone sicut in festo duplici luminare in iis administrabunt, et campanas pulsari facient. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini M. CC. XLIV, mense octobri.

Nos vero R. decanus et capitulum Autissiodorense dictam donationem et ordinationem, factam a prefato Domino episcopo, ratam et firmam habentes, et etiam confirmantes predicta omnia et singula bona fide promittimus observare. Quod ut ratum permaneat et firmum, presentibus litteris sigillum nostrum cum sigillo prefati Domini episcopi duximus apponendum in presentis facti testimonium et munimen. Datum eodem anno et mense.

(*Ex Cartul. Capit. Autiss. fol. 515.*)

N° 175.

Confirmation par la comtesse Mathilde d'acquisitions en faveur des Dominicains d'Auxerre.

(An 1245, 1er octobre.)

Nos Mathildis comitissa Nivernensis : Notum facimus universis, quod cum Margarita relicta defuncti Joannis de Castellione et Franciscus maritus ejus, possiderent nomine Joannis pupilli filii memorati Joannis, quoddam clausulum situm retro domum dicti defuncti Joannis, que domus dicitur appendicium, in parochia S. Petri Autissiodorensis, et fecerunt permutationem cum fratribus Predicatoribus, sicut intelleximus per P. dictum Buticularium ballivum nostrum Autissiodorensem ad hoc a nobis specialiter missum, videlicet quod dictum clausulum remanet quittum et liberum dictis fratribus, et domui ipsorum, exceptis quatuor thesiis immediate adjacentibus dicto appendicio quas sibi retinent dicti Margarita et Franciscus ad opus dicti pupilli; dicti vero fratres dederint viginti et quinque solidos monete currentis apud Autissiodorum annui redditus in excambium dicti clausuli ab ipso pupillo et ejus heredibus in perpetuum possidendos. Nos autem attendentes per dictum ballivum nostrum, et per alios fide dignos quod per dictam permutationem, pupilli conditio sit melior et augmentatur, dictam permutationem approbantes et ratam habentes, volumus in futurum habere perpetuam firmitatem. In cujus rei testimonium nos, ad petitionem dictorum Margarite et Francisci tutorum dicti pupilli, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Autissiodorum, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, die Dominica in festo S. Remigii, prima die mensis octobris.

(*Ex Tabul. Dominic. Autiss.*)

N° 176.

Lettres de P. cardinal du titre S. Marcel, sur le droit de procuration de l'évêque d'Auxerre dans le Prieuré de La Charité.

(An 1247, 1er février.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, P., Divina miseratione, tituli S. Marcelli, presbyter cardinalis, eternam in Domino salutem. Cum coram nobis auditore dato a Domino papa peterent abbas et conventus Cluniacensis, nomine prioratus Karitatensis contra episcopum Autissiodorensem, quod nos procederemus secundum acta habita coram venerabili P.... Bituricensi archiepiscopo, arbitrio electo a venerabili patre B. quondam Autiss. episcopo et dicto abbate tunc ejusdem prioratus, priore existente, super quibusdam procurationibus ad quas idem episcopus in dicto prioratu admitti consueverat, ut dicebat procurator episcopi et capituli; ex adverso respondit quod talis compromissio facta a dicto episcopo successorem ejus non obligabat, nec valere poterat cum effectu, cum capitulum Autissiodorense in hoc non consensisset, imo per litteras patentes ad nos directas et in judicio ostensas dictum compromissum et processum ejusdem peteret revocari. Nos vero, habito bonorum virorum consilio, cum nobis constiterit evidenter quod capitulum expresse contradicebat, nec aliquo modo nobis constiterit quod in compromissione predicta aliquo tempore predictum capitulum consensisset, interloquendo pronuntiavimus predictum episcopum ex compromissione facta a predecessore suo nullatenus teneri, et hoc notum facimus universis. Datum Lugduni XIII. kalend. februarii, pontificatus D. Innocentii pape IV, anno tertio.

(*Ex autographo.*)

N° 177.

Lettre de Gui, évêque d'Auxerre, au sujet de la reddition de foi et hommage faite en sa présence pour la comtesse Mathilde par Jocerand de Rivière, pour la châtellenie de Villiers-la-Mote, près Donzy.

(An 1243, 3 juillet.)

G. Dei gracia Autissiodorensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Noverint universi quod in nostra presentia constitutus Jocerandus de Riparia, miles, recognovit se cepisse in feodum et homagium a dilecta et fideli nostra Mathilde comitissa Nivernense, domum suam fortem que vocatur Mota de Villers sitam prope Donziacum, cum stanno et pertinenciis dicte domus. Recognovit etiam dictus Jocerandus quod dicta domus jurabilis est et redibilis ad magnam vim et ad parvam dicte comitisse et heredibus Donziaci, quocienscumque a dicta comitissa vel a dictis heredibus Donziaci, vel ab eorum mandato secum suas patentes litteras deferenti, idem Jocerandus, vel ejus heredes super hoc fuerint requisiti. Et ipsa comitissa aut heredes Donziaci, dicto Jocerando vel ejus heredibus, aut certo ipsorum mandato, dictam domum reddere tenebuntur meo poncto et ita garnitam, prout eis tradita fuerit dicta domus, sicut ipsa comitissa in nostra presentia recognovit. Supposuit autem dictus Jocerandus quoad hec juridictioni nostre se volens et concedens, quod nos et successores nostri ipsum et ejus heredes possimus excommunicare ubicumque fecerint mansionem, si contra hujusmodi conventionem venire aliquatenus attentarent. In cujus rei testimonium nos, ad petitionem dictorum comitisse et militis, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Donziacum, die mercurii in quindena Sancti-Johannis-Baptiste anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense julio.

(*Original, Arch. impér. J. 256, n° 52.*)

N° 178.

Origine du prieuré de Plain-Marchis, de l'ordre du Val-des-Choux.

(An 1249.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, prior et conventus de Espallo Autissiodorensis diecesis, salutem in Domino. Notum facimus quod cum nobilis vir bone memorie Johannes de Tociaco miles, grangiam suam de Boraz et pertinentias et quedam alia, prout in litteris ipsius super hoc confectis plenius continetur, ob remedium anime sue contulerit in augmentum reddituum ad fundandum aliquam domum religiosam in capella de Plain-Marchis, Autissiodorensis diecesis, ad voluntatem et arbitrium reverendi patris et Domini G. Dei gratia, episcopi Autissiodorensis et venerabilium virorum M. archidiaconi et... prioris Fratrum Predicatorum Autissiodorensium exequutorum dicti nobilis,

et dicti exequutores de collegio et conventu nostro fratres elegerint ad fundandum domum religiosam in cappella predicta, et posuerint seu collocaverint in eadem ut ibi perpetuo regularis observantia nostri ordinis observetur : Volumus, concedimus et recognoscimus domum predictam de Plain-Marchis dicto episcopo et ejus successoribus in omnibus subjectam, sicut domus nostra de Espallo et alie religiose domus Autissiodor. diecesis non exempte. Recognoscimus etiam dictum episcopum et successores ipsius habere in dicta domo, in perpetuum, visitationem et correctionem tam in capite quam in membris, et fratres illuc mittere poterimus et mutare pro utilitate dicte domus et religionis honestate. Tamen numerus fratrum sine consensu episcopi non poterit augmentari. Priorem etiam ejusdem domus, si ad hec accedat voluntas et consensus Autissiodorensis episcopi poterimus amovere. Cujus prioris electio ad conventum dicte domus pertinebit, confirmatio vero, institutio ad episcopum pleno jure. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum die veneris ante Ramos Palmarum, anno Domini M. CC. XLIX.

(*Ex Tabul. episc. Autiss.*)

N° 179.

Fragments concernant les rits de l'église d'Auxerre, tirés de l'Obituaire écrit vers l'an 1250 et écrits pareillement dans le même temps.

(An 1250.)

A la fin du mois de février il y a ce qui suit:

In capite jejunii legitur de expositione, etc.

Post Dominicam vero primam Quadragesime, singulis diebus, ad collationem, legitur de libro Josue et Judicum, et cum hi defecerint, lege residua Homiliarum que leguntur singulis noctibus.

In sexta feria post Focos est prima processio ad S. Amatorem, secunda est ad S. Simeonem, tertia ad S. Gervasium, quarta ad S. Eusebium, quinta ad Beatam-Mariam extra-muros, sexta per ecclesias civitatis.

A la fin du mois de mars.

Nota quod in vigilia Pasche et Pentecostes, in missa, debet cantor legere primam lectionem si sit presens; si vero non sit presens, succentor; secundam tertiam et quartam tres diaconi canonici.

In die Pasche fit processio apud Sanctum-Germanum cum duabus crucibus et duobus cereis, et duobus thuribulis, et capis solemnibus; secunda feria apud S. Petrum; tertia ad S. Amatorem; quarta ad S. Julianum; quinta ad S. Eusebium; sexta ad S. Gervasium, sabbato ad Nostram Dominam extra-muros : et he processiones fiunt cum duabus crucibus sine capis et sine thuribulis.

In die Ascensionis fit processio ad Sanctum-Germanum ut in die Pasche.

In die Pentecostes et per octavam sicut dictum est die Pasche et de octavis.

Au premier jour de mai.

In vigilia S. Amatoris debet sacrista unum cereum qui debet ardere in vigilia, et tota die et nocte.

Au milieu du mois de mai.

Ordo processionum in Rogationibus.

Prima die apud S. Symeonem, in reditu missa apud S. Germanum.

Secunda die, apud S. Petrum, apud S. Marianum, apud S. Gervasium, apud S. Julianum, et ibi missa.

Tertia die, apud S. Amatorem, apud S. Eusebium, apud S. Georgium, apud Cellas veteres, et in reditu missa ad nostram Dominam extra muros.

Au milieu du mois de décembre.

Die mercurii in jejuniis, erit prima lectio in Matutinis, Missus et Gabriel, et legitur totum evangelium quasi lectio, et propriam debet legere sacerdos tortarius vel canonicus indutus sacerdotalibus ornamentis cum duobus cereis et thuribulis.

Vigilia Nativitatis Domini ordo lectionum :

Primam, secundam et tertiam, tres sub diaconi canonici; tres medias, tres diaconi canonici; tres ultimas, tres persone, si presentes fuerint. Quod si non fuerint, legent tres sacerdotes canonici antiquiores.

Dans les préliminaires de cet Obituaire sont marqués les usages suivants :

Hec sunt festa in quibus canonici et tortarii accipiunt duplicem portionem vini in cellario.

Nativitas Domini, festum S. Stephani, quod est in crastino, Epiphania Domini, purificatio B. Marie, Dominica esto mihi, Resurrectio Domini, Ascensio Domini, Pentecoste, Anniversarium Stephani episcopi Eduensis, festum S. Stephani de augusto, Assumptio B. Marie, festum omnium Sanctorum, festum B. Martini

hiemalis, translatio corporis B. Stephani in Bizantium.

He sunt stationes :

D. episcopus x. sol. pro S. Amatore, et vi. sol. pro Nostra-Domina.

S. Eusebius x. sol., et pro gastellis xii. solidos.

S. Gervasius x. sol., et pro gastellis xii. solidos.

S. Julianus x. sol.

S. Germanus x. sol. pro duabus processionibus, et v. sol. pro Vacca-varia.

S. Petrus xii. sol. pro gastellis.

Antiphone.

D. episcopus xl. s. D. decanus xl. s. Dominus archidiaconus lxx. s. D. Thesaurarius xl. s. Dominus cantor xl. s. et solvuntur ad Nativitatem Domini. Summa xi. lib. x. s.

N° 180.

Lettres de Mahauld, comtesse d'Auxerre, à l'occasion d'un partage de biens où les moines de Saint-Nicolas proche Entrains sont nommés.

(An 1250-51, mars.)

Noz Mahauz contesse de Nevers : faisions assavoir à tous ceulx qui............. Messire Jofroiz de Bulli mareschaut de Nevers, qui mort est oust donet sa filie Ysabeau..... à Monsignor Guiom Berchart, chevalier, et oust donet en mariage à celi Ysabeau la terre que il..... Borbonois en fie de monseignior Archembaut lo seignior de Borbon, et la terre que il tenoit à ses... près de Borbon l'ausier qui estoit do fie Symonin de Luzy, les quex terres cil diu seignior tenoit,.... avoient prises et mises en lour main, si con il disoient, pour ce que cil seignior disoient que il ne les avoit données à celui Jofroi de Bulli josque à sa vie, et cum cis Guis Berchars et cele Ysabiaus sa femme, leq..... après sa mort, celui Jofroi à nostre amie et à nostre faele, à Adeline la Mareschaude de Nevers, et à Jehan, et à Jofroiz ses fils, que il lor garentissent celes terres dessus nommées, où que il lor rendissent droite partie des choses à celui Joffroi de Bulli Mareschaut. A la parfim fut accordé entraux à telle maniere que cel Adeline la Marechaude por bien et por pays metre entr'aus dona à celui Guion et à cele Ysabiau sa filie por leschange de celle terre dessus nommée, quque ale avoit es molins do Mex, qui sient sur la rivière de Nevre, et quque ale avoit o disme de vin de Nannai, san ce que li moine de S. Nicholas près d'Entraiem y doivent prendre chacun an quittement et delivrement, senz nul contredit, en la cue et o pressoi dis muis de vin à la mesure d'Aucurre por les moone quo cil Jofroiz de Bully avoit faite es devandiz moines, à tenir et à avoir perduraublement de celui Guion, et de cele Ysabeau, et de lur hoirs à tot jour en eschange de ces terres que cil Jofroiy devandit avoit doné en mariage à celi Ysabiau. Lesques terres et cele Ysabiaus sa femme ont quitez devant nox et de Adeline à celui Jofroiz, et lur hoirs à totans que jamais ne les porront rien demander, et cil Jehan et cil Joffroiz voissirent, et erent cele compensation que cele Adeline les avoit faite por la terre devant dite, et quitterent celui Guion et cele Ysabiau à lur hoirs à tot jours sauve droit eschoire. Et nox Mahaux contesse de Nevers dessus nommée, à la requeste de tot ceans qui sont dessus nommez, avons fait sceeller ces lettres de nostre saiaul, en tesmoin de vérité. Ce fu fait à Murat dessus Billi, le mardi prochiene empres la mi-karoimme en l'an de Nostre-Segnior mil et does cens et cinquante, ou mois de mars.

(*Tiré de l'original.*)

N° 181.

Don aux Frères Mineurs de la place qu'ils occupaient à Auxerre, par la comtesse Mahauld.

(An 1252, avril.)

Nos Mathildis comitissa Nivernensis : notum facimus universis, quod nos, solo charitatis intuitu, et ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, concessimus ordini Fratrum-Minorum in civitate nostra Autissiodori, locum illum in quo ipsi morantur, qui noster erat, et de justitia nostra, ad inhabitandum ibi, omnem libertatem quam Fratrum necessitas et ordinis requirit utilitas quantum ad loci habitationem, quandiu ibidem moram fecerint, ipsis in omnibus concedentes, hoc tamen salvo, quod porta que sita est ad caput ecclesie ipsorum Fratrum, videlicet illa que est inter portam dictorum Fratrum, per quam communiter ingreditur et ecclesiam cathedralem, obstruatur infra annum. Retinemus autem nobis et nostris heredibus proprietatem fundi, usu Fratribus, sicut superius expressum est, remanente. Ita tamen quod si aliqua occasione dictos Fratres de dicto loco contingat recedere, edificia et usu ad nos et heredes nostros libere revertentur. Quod ut ratum et firmum permaneat in futu-

rum, presentes litteras sigilli nostri munimine roborari fecimus. Datum apud Intrannem, anno Domini M. CC. LII. mense aprili.

(*Ex Tabul. FF. Minor. Autiss.*)

N° 182.

Charte de Henri III, roi d'Angleterre, seigneur d'Irlande, duc de Normandie, etc., contenant don de 20 marcs sterlings de rente à prendre sur sa ferme de Cantorbéry, en faveur de l'abbaye de Pontigny, à charge, par les moines, d'entretenir perpétuellement quatre cierges allumés dans leur église, autour de la châsse de saint Edme, confesseur.

(An 1252, 4 novembre.)

Henricus, Dei gracia, rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normanie, Aquitanie et comes Andegavensis, omnibus ad quos presentes littere pervenerunt salutem. Sciatis nos dedisse, concessisse et hac carta nostra confirmasse, pro nobis et heredibus nostris, dilectis nobis in Christo abbati et conventui de Pontiniaco, viginti marcas sterlingorum, singulis annis percipiendas in perpetuum, de firma civitatis nostre Cantuarensis ad Pascha, per manus ballivorum nostrorum ejusdem civitatis, ad quatuor cereos continue ardentes sustentandos in ecclesia sua de Pontiniaco circa feretrum beati Edmundi confessoris ibidem. Et si forte contingat quod dicti abbas et conventus de Pontiniaco subtraherent dictos quatuor cereos, subtraherentur eis dicte viginti marce annue : Ita videlicet quod nichil de predictis viginti marcis percipient quandiu dictos cereos continue ardentes non invenerint. Hiis testibus : Raderio filio Nicholai, Bertramo de Cryoyl, magistro Willelmo de Kilkermy archidiacono Coventri (?) Roberto de Schotenduno, Roberto Valerendo, Willelmo de Chaeny, Villelmo Gernun, Raderio de Bakeput et aliis.

Data per manum nostram apud Bruerias, quarto die novembris, anno regni nostri tricesimo sexto.

(Pièce scellée du sceau royal sur lacs de soie rouge; figurant d'un côté le roi sur son trône tenant d'une main le globe crucifère et de l'autre l'épée ; un croissant sur la tête; de l'autre côté le roi à cheval l'épée à la main).

(*Archives de la préfecture de l'Yonne, fonds Pontigny.*)

N° 183.

Don de la place du cimetière des juifs à Auxerre, aux Ecoliers dits les Bons-Enfants, par la comtesse Mahauld.

(An 1253, juillet.)

Nos Mathildis comitissa Nivernensis : notum facimus universis presentibus et futuris, quod nos solo pietatis intuitu, dedimus et concessimus in puram et perpetuam eleemosynam, ob remedium anime nostre et antecessorum nostrorum Scolaribus morantibus apud Autissiodorum, qui Boni-Pueri nuncupantur, plateam sitam Autissiodori, prope domum Fratrum-Predicatorum in qua fuit aliquando cimeterium Judeorum. Nolumus etiam enim, et quantum expressius possumus inhibemus ne judei in dicta platea vel civitate, quacunque ratione possint in posterum aliquid reclamare. Retinemus autem nobis, quod si forte dictos Bonos-Pueros habitationem dicti cimeterii cum domibus eorum ibidem edificatis et edificandis deserere contigeret, dictum cimeterium cum predictis omnibus ad nos, vel heredes seu successores nostros, cum pertinentiis dicti loci libere devenirent, salva nobis omni nostra justitia in predictis. In horum autem testimonium et munimen, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Muratum, castrum nostrum, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense julio.

(*Ex Tabul. FF. Prædic. Autiss.*)

N° 184.

Confirmation d'une donation faite à l'abbaye des Isles, par Hugues de Mailly.

(An 1254.)

Nos Mathildis comitissa Nivernensis, notum facimus universis quod nos donum, collationem, seu elemosynam quos vel quas dilectus et fidelis noster Hugo de Maliaco miles, fecit ecclesie de Insulis et sanctimonialibus ibidem Deo et Beate Marie servientibus, videlicet de septem arpentis terre sitis in territorio de Joinches que movebant de nostro refeodo, bona fide volumus, concedimus et laudamus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud Maiers,

anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense maio.

(Pièce en parchemin scellée du sceau brisé de la comtesse, sur lacs de soie rouge.)

(*Ex Tabul. Abbat. de Insulis. — Archiv. de l'Yonne.*)

N° 185.

Déclaration de l'abbaye de Saint-Père, sur les églises de Venouse et Rouvray.

(An 1255.)

Universis presentes litteras inspecturis, B. abbas, totusque conventus ecclesie S. Petri Autissiodorensis, salutem in Domino. Noverint universi quod abbas et conventus Sancti-Germani Autissiodorensis percipiunt in ecclesia nostra de Rovreto, singulis annis, partem inferius annotatam, videlicet medietatem oblationum que fiunt in dicta ecclesia in festo omnium Sanctorum, exceptis parrochianis de Venossa, quorum oblationes totaliter ad priorem nostrum perveniunt, scilicet ad priorem de Venossa, et sic in festo Nativitatis Dominice subsequentis et in Purificatione Beate-Marie, similiter in festo Sancti-Georgii, quicquid in die provenit, medietas ad eosdem videlicet abbatem et conventum Sancti-Germani tam de parrochianis Venussie quam de aliis, undecumque venerint, debet similiter evenire, excepta vigilia et tota nocte, diem festum precedente, quorum totum et emolumentum debet ad priorem predictum de Venussia totaliter devenire, in tota vero minuta decima totius parrochie Sancti-Georgii dicti abbas et conventus S. Germani medietatem percipiunt, reliqua medietate priori de Venussia remanente. Si vero contigerit quod in festo Beati-Georgii et aliorum festorum superius expressorum, aliquis de parrochianis ejusdem ecclesie decesserit, et eodem die ibidem sepulture traderetur, dicti abbas et conventus Sancti-Germani nihil perciperent in eis que pro defuncto offerentur. Quicquid vero dicti abbas et conventus Sancti-Germani in dicta ecclesia de Rovreto percipiunt, prout superius est expressum, possunt in manu sua tenere, vel cuicumque voluerint admodiare. In vigilia vero Pasche, quicquid residui fuerit de veteri cereo benedicto, prior de Venussia uno anno percipiet, et dicti abbas et conventus S. Germani alio subsequenti anno, et hec omnibus tenore presentium intimamus. Et quia nos conventus sigillum non habemus, sigillo abbatis nostri contenti sumus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense martio.

(*Ex Tabul. S. Petri Autiss.*)

N° 186.

Bulle du pape Alexandre IV, par laquelle il est permis aux religieux de l'abbaye Saint-Germain d'enterrer dans leur monastère, pendant l'interdit général, à l'exception des excommuniés et des usuriers.

(An 1255, 23 juillet).

Alexander IV, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti-Germani Autissiodorensis, salutem et apostolicam benedictionem. Volentes vobis ocio sancte conversationis vacantibus graciam facere specialem qua Deo per meritum et per exemplum aliis placeatis, vobis auctoritate presentium indulgemus ut cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis omnes ad sepulturam admittere qui apud vos in ultima voluntate se elegerint sepeliri, illis dumtaxat exceptis qui nominatim interdicti vel excommunicati fuerint, aut usurarii manifesti. Ita tamen quod ecclesiis parrochiarum a quibus sumuntur corpora mortuorum canonica porcio integraliter reservetur. Nulli ergo etc., si quis autem etc. Datum Anagnie x kalendas augusti, pontificatus nostri anno primo.

(*Ext. du Cartul. de Saint-Germain. Biblioth. d'Auxerre.* m^{ss} n° 140. f° 15 v°.)

N° 187.

Règlement de police à Auxerre, sur le pain, rendu par l'évêque et la comtesse.

(An 1256, juin)

Nous Guiz, par la grace de Dieu, évesque d'Auceurre, et nous Mahauz contesse de Nevers : à tous ces qui ces presentes lettres verront et orront, que nous avons ordenes et establi à Auceurre... pain à vendre de mil feur fors que d'un denier ou de deux ou de quatre deniers...... à relais en nul leu, ne à nul jour de la semaine, fors que solemant au dimenche et fors..... ou la draperie soloit estre, les quex estans, ils auront à ce faire pour noiant sans nul her..... des ores en avant pain à vendre à Auceurre. Il jurra sur sainz cest établissement..... a tant que larens japele. Et se il avenoit que aucuns feist contre cest..... il perdroit tout son

pain qu'il auroit fait pour vendre, et seroit..... par la main de deus prodes homes desquex chacun de nous mettra un..... gier quant il li plaira. Aprei nous avons ordene et establi que nus..... ne environ Auceurre pour que il soit meus à venir à Auceurre, ne par terre.... resme jusqu'à la mi-aoust. Et quiconques fera contre cest establissement, il perdra...... pour Dieu par la main aux prodeshomes desusditz; et cist establissement dureront... nous les rappelons. Et en tesmoing de ces choses, nous avons fait mettre nos seiaux à ces presentes. Cist establissement et ces letres furent faites à Mayers, lou jour de Pentecouste, l'an mil et deux cens et cinquante-six, ou mois de juien lou grant.

(*Tiré de l'original.*)

N° 188.

Manumission par l'abbaye de Saint-Germain, des hommes de la ville et faubourgs d'Auxerre qui étaient de sa dépendance, avec la confirmation par l'archevêque de Sens.

(An 1256, juin.)

Universis presentes litteras inspecturis. Henricus, miseratione divina, Senonensis archiepiscopus, salutem in Domino. Notum facimus nos litteras dilectorum in Christo filiorum J. abbatis, totiusque conventus S. Germani Autissiodorensis, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas, vidisse et diligenter inspexisse in hec verba.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes humilis abbas, totiusque conventus S. Germani Autissiodorensis, eternam in Domino salutem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes utilitatem et commodum monasterii nostri, de nostro communi assensu et consilio, quandam consuetudinem que manus-mortua vulgariter appellatur, nobis et monasterio nostro parum utilem, urgente necessitate monasterii nostri, omnibus hominibus et feminis nostri monasterii et heredibus ac successoribus eorumdem de civitate villa et suburbiis Autissiodorensis vendidimus et quittavimus, omnino, in perpetuum eisdem, pro mille libris Parisiensibus nobis persolutis in pecunia numerata, et de qua pecunie summa dictos homines et feminas, et eorum heredes seu successores, quittamus in perpetuum, renuntiantes specialiter et expresse exceptioni pecunie nobis non solute, non tradite et non numerate, ac spei etiam numerande. Volentes et concedentes ut omnes predicti homines et femine, ac eorum heredes, seu successores, et omnes alii successores, et omnes alii homines et femine tam monasterii et dominii nostri, quam aliorum dominiorum ubicumque mansionarii fuerint, excasuras parentum, fratrum, sororum consanguineorum, et predecessorum decedentium in civitate, villa et suburbiis Autissiodorensis, scilicet propinquiores heredes, sine aliqua perturbatione, a nobis vel successoribus nostris eis facienda vel etiam inferenda, et absque interventu pecunie, de cetero habeant, capiant et possideant pacifice et quiete. Preterea voluimus et concessimus quod illi homines et femine qui et que ab alienis partibus dominiis, villis et terris apud Autissiodorum venerint moraturi, et se monasterio nostro dederint, et dare potuerint, dumtamen de villis nostris non fuerint, eandem obtineant et habeant libertatem. Si vero reliqui de predictis nostris hominibus et feminis, nati vel manentes in civitate, villa et suburbiis Autissiodorensis, a predicta civitate et suburbiis ejusdem recesserint, et se transtulerint ad aliquam aliam villam nostram, ubi manus-mortua remissa non fuerit, et ibidem mansionarii decesserint, legem et consuetudinem loci illius sustinebunt. Sed si ipsis sic recedentibus, vel heredibus eorumdem, postmodum apud Autissiodorum redire placuerit, quandocumque et ibidem commorantes decesserint, ubicumque predictam franchisiam et libertatem recuperabunt integre, ac etiam obtinebunt. Voluimus etiam et concessimus quod quotiescumque aliqui homines vel femine, tam de terra nostra, quam de alia, apud Autissiodorum causa matrimonii venerint, et se ibidem matrimonialiter copulaverint, quod tam ipsi quam heredes ipsorum predictam franchisiam et libertatem habeant et obtineant pacifice et quiete, et quod omnes excasure hominum nostrorum et feminarum manentium in civitate, villa et suburbiis Autissiodorensis que apud Autissiodorum evenerint ad propinquiorem heredem, ubicumque sit, et de dominio qualicumque, ac etiam ubicumque bona decedentium fuerint, sine ullo interventu pecunie, devolvantur; et si aliquam excasuram evenire contigerit que ab herede non fuerit requisita, per annum et diem justo heredi reservabitur in manu fide dignorum quatuor, videlicet duorum monachorum monasterii nostri, et duorum hominum nostrorum de predicta franchisia, tam a no-

bis quam a predictis hominibus nostris ad hoc specialiter electorum, quibus anno et die elapsis, nobis vel mandato nostro tradetur integre ipsa excasura que a nullo herede fuerit requisita. Recognoscimus etiam dictam pecunie summam, in utilitatem monasterii nostri et commodum, esse versam. Promittentes bona fide, etiam per juramentum prestitum a Guillermo de Bosco monacho et granetario nostro, procuratore seu syndico a nobis ad hec specialiter constituto, qui juravit in animas nostras nos omnes predictas conventiones et singulas firmiter et inviolabiliter servaturos, et contra eas, seu aliqua mearum per nos vel per alium de cetero non venturos. Si vero contigerit nos aut successores nostros (quod absit) contra conventiones predictas, aut aliquam earum aliquid attemptare, propter quod dicti homines vel femine, aut eorum heredes, seu etiam successores damna aut deperdita aliqua sustinerint, aut expensas facerent: Nos eisdem omnia damna deperdita, et expensas de propria substantia monasterii nostri resarcire et restituere teneremur. Renuntiantes specialiter et expresse, in hoc facto, suo prestiti in animas nostras religione juramenti a procuratore seu syndico nostro predicto restitutioni, in integrum videlicet, ne possemus dicere monasterium nostrum in aliquo propter hoc esse lesum, omnis juris canonici et civilis auxilio, omnique alii juri constituto et constituendo consuetudinario, scripto etiam et non scripto, omni consuetudini et statuto, omnibus litteris et privilegiis apostolicis impetratis et impetrandis, concessis et etiam concedendis, per que et quas dicte conventiones, vel aliqua earum possent impediri in aliquo aut etiam perturbari. Promisimus insuper et concessimus predictis hominibus et feminis, et eorum heredibus, quod nos predictas conventiones a summo pontifice, et ab excellentissimo rege Francorum illustri, ac a reverendis patribus Dei gratia, Senonensi archiepiscopo et Autissiodorensi episcopo, et etiam a nobili viro comite Campanie, per eorum litteras cum, sumptibus ipsorum hominum et feminarum, rogabimus confirmari. Sed sciendum quod omnes justitie et redditus ac alie consuetudines quas hactenus in predictis hominibus et feminis habuimus, nobis salve remanent, exceptis iis que dictis hominibus ac eorum heredibus a nobis superius sunt concessa. Et quantum ad omnia premissa et singula firmiter et fideliter et inviolabiliter observanda, juridictioni nos supposuimus archiepiscopi et episcopi predictorum, volentes et concedentes, quod si nos (quod absit) seu successores nostros, contra premissa vel aliqua premissorum venire, vel aliquid contigerit attemptare, quod ipsi archiepiscopus et episcopus, monitione premissa, in hos et successores nostros possent excommunicationis sententiam promulgare. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, presentes litteras dictis hominibus et feminis sigillis nostris tradidimus sigillatas. Actum publice in capitulo nostro anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense februario.

Nos vero, venditioni hujusmodi assensum prebentes, ipsam ad requisitionem et supplicationem dictorum abbatis et conventus auctoritate metropolitana confirmamus, et presentium litterarum patrocinio communimus. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense junio, die dominica in octavis Pentecostes.

(*Ex Tabul. S. Germani Autiss. et ex Cartul. Urbis, fol.* 27.

N° 189.

Confirmation de la manumission des serfs de l'abbaye de S. Germain, par la comtesse de Champagne.

(An 1256, 21 août.)

Universis presentes litteras inspecturis, Margareta Dei gratia, regina Navarre, Campanie et Brie, comitissa Palatina, salutem in Domino. Notum facimus, quod nos concessionem et quittationem quam religiosi viri Johannes abbas, totusque conventus S. Germani Autissiodorensis fecerunt hominibus suis de Autissiodoro, ac heredibus eorumdem, super quadam consuetudine que manus-mortua vulgariter appellatur, prout in litteris ipsorum abbatis et conventus super hoc confectis et sigillis eorumdem sigillatis continetur, laudamus, volumus et etiam approbamus, ipsamque quittationem et concessionem, ad requisitionem et supplicationem dictorum abbatis et conventus, auctoritate presentium, quantum nostrum interest confirmamus, et sigilli nostri munimine communimus. Datum apud Sezannam, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense augusto, die lune post Assumptionem B. Marie Virginis.

(*Ex Cartul. urbis Autiss. fol.* 31).

N° 190.

Fondation d'un anniversaire à S. Germain par la comtesse Mahauld.

(An 1257, 17 juillet.)

Nos Mathildis, comitissa Nivernensis, notum facimus universis, quod nos pro remedio anime nostre, et pro nostro anniversario in ecclesia B. Germani Autissiodorensis annuatim in perpetuum faciendo, dedimus in perpetuum dicte ecclesie B. Germani centum solidos monete currentis apud Autissiodorum, percipiendos in perpetuum, annuatim, in Lya et Crieria Autissiodorensi, ad illos terminos, ad quos dictus redditus Lye et Crierie nobis reddi debent annuatim. Volumus siquidem et requirimus, ut dominus episcopus Autissiodorensis, qui pro tempore fuerit, ponat sententias excommunicationis in persona heredum aut successorum nostrorum, et interdicti in terras ipsorum, si contra donum istud ire attemptaverint ullo modo, non relaxaturus ipsas, quousque dicte ecclesie de predicto reddilu plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Colangias super Yonam, anno Domini, M. CC. LVII. mense julio, die martis ante Magdalenam.

(*Ex Tabul. S. Germani Autiss.*)

N° 191.

Testament de Mahauld la Grande, comtesse de Nevers, d'Auxerre, etc.

(An 1257.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Nos Mathildis, comitissa Nivernensis, notum facimus universis quod nos in viduitate constituta, mentis compos, deliberatione in animo nostro prehabita diligenti, testamentum nostrum, ordinationem, dispositionem, seu ultimam voluntatem nostram quocumque nomine censeatur, ordinamus, disponimus et facimus, ac in scriptis redigi precipimus in hunc modum. Et quoniam mens humana et maxime mulierum que sunt in seculari dominio constitute labilis est; cum ad multa et varia pertrahatur, idcirco volumus et precipimus quod si aliquid ad nos pervenit injuste vel indebite, quocumque modo, unde anima nostra peccatum incurrere posset, quod illud restituatur a nostris heredibus seu successoribus illi vel illis personis cujus vel quorum illa bona fuerunt, vel a quibus ablata fuerunt vel extorta, declarato tamen primo seu a conquerente vel arguentibus de plano et sine strepitu judicii, coram diecesano domino, vel etiam coram metropolitano quomodo, vel qualiter, pervenit indebite vel injuste.

Insuper, pro anniversario nostro ac virorum et antecessorum nostrorum, annis singulis, a sequentibus ecclesiis et locis in perpetuum faciendo, damus in perpetuum et concedimus ecclesiis et locis religiosis inferius nominatis, annuos redditus ex nunc in antea percipiendos, prout in litteris nostris quas inde habent, plenius continetur et digne ex eisdem ecclesiis et locis, si quas non haberent, volumus quod per istud testamentum nostrum habeant et percipiant amodo a nobis redditus sibi assignatos, videlicet :

Ecclesia Beati-Cirici Nivernensis decem libras Nivernenses.

Ecclesia Beati-Stephani Autissiodor. decem libras.

Ecclesia de Firmitate, Nivernensis diecesis, decem libras.

Ecclesia monialium de Marciniaco, centum solidos (1).

Abbatia Septem-Fontum, c. solidos.

Domus de Aponai, c. solidos (2).

Abbatia Bellevallis, decem libras.

Domus de Faia, quadraginta s. (3).

Moniales de Desiaco, decem libras.

Abbatia Sancti-Martini Nivernensis, centum solidos.

Abbatia Vezeliacensis, decem libras.

Ecclesia B. Marie de Caritate, decem libras.

Abbatia de Cluniaco, xv libras.

Abbatia Molismensis, centum solidos.

Abbatia Pulteriarum, sexaginta solidos.

Abbatia de Cora centum solidos.

Abbatia Corbiniacensis, centum solidos.

Abbatia Quinciaci, centum solidos.

Abbatia Pontiniacensis, decem libras.

Abbatia Regniaci, centum solidos.

Abbatia de Insulis prope Autissiodor. centum solidos.

Abbatia Boni-Radii, centum solidos.

Domus hospitalis Alemanorum de Urbe (4), centum solidos.

Abbatia de Crisennum, sexaginta solidos.

Domus Belli-Larici, x. libras (5).

1 Marcigny, religieuses de l'ordre de Cluny.
2 Chartreuse au diocèse de Nevers.
3 Maison de Grammontains au même diocèse.
4 Il y a *de Orbe* dans une copie de la main de D. Viole.
5 Chartreuse du diocèse d'Auxerre.

Domus de Fonteneto prope Corvalum, quadraginta solidos (1).

Abbatia Sancti-Germani Autiss. centum solidos.

Abbatia Sancti-Mariani Autiss. LX solidos.

Domus Leprosorum de Boscheto subter Montem-Onisium, triginta solidos.

Domus Leprosorum de Donziaco, triginta solidos.

Domus Vallis-Caulium, LX. sol (2).

Abbatia de Rupibus, centum solidos.

Abbatia Sancti-Saturi, sexaginta solidos.

Domus Leprosorum Autissiodorensium, quadraginta solidos.

Domus Leprosorum de Disesia, quadraginta solidos.

Domus Bonorum-Hominum de Grandimonte prope Ligniacum, XL, solidos.

Abbatia Fontis-Ebraudi, decem libras.

Ecclesia Sancti-Martini de Clameciaco, centum solidos.

Abbatia S. Michaelis Tornodorensis, centum solidos.

Ecclesia Sancti-Lupi de Sancto......... sexaginta solidos.

Moniales de Lesiniis (3), quatuor modios vini percipiendos annuatim in decima vini nostri Tornodorensis.

Ecclesia de Monte-Onisio, XX, sol. (4).

Ecclesia de..... viginti solidos.

Domus Sancti-Nicolai prope Interamnes, decem libras (5).

Item preter hec legamus domibus Dei et pauperibus hospitalibus comitatus nostri Nivernensis quinquaginta libras Nivernenses. Item legamus quinquaginta libras Nivernenses distribuendas pauperibus locis et personis per manus executorum nostrorum inferius nominandorum, ad emenda que dictis locis et personis in terra nostra existentibus fuerint necessaria, prout saluti anime nostre viderint expedire.

Ad hec supradicta fideliter exequenda, constituimus executores testamenti nostri venerabiles patres Dominum archiepiscopum Senonensem et Autissiodorensem et Nivernensem episcopos, ac desuper dominum regem Francie, vel ejus mandatum ab ipso ad hoc specialiter constitutum. Quod si omnes his exequendis non potuerint, vel noluerint interesse, duo ex ipsis ea nihilominus exequentur, etc.

1 Maison de Grammontains, diocèse d'Auxerre.
2 L'Epau, proche Donzy, ordre du Val-des-Choux.
3 Lesignes, proche Tonnerre, aujourd'hui abbaye d'Hommes.
4 Montenoison.
5 Saint-Nicolas de Révillon, proche Entrains, diocèse d'Auxerre.

Nos vero, cum per Dei gratiam construxerimus in nostro comitatu Nivernensi, propriis sumptibus, abbatiam Consolationis B. Marie (6) prope Moncellos sitam, ordinis Cisterciensis in diecesi Æduensi, in ipsa abbatia nostram eligimus sepulturam, volentes ac requirentes ut post decessum nostrum, singulis diebus, in perpetuum una missa pro defunctis, pro remedio anime nostre in dicta abbatia celebretur, non obstantibus litteris nostris seu promissis factis sive datis abbatie Pontiniacensi, ordinis Cisterciensis, Autissiodorensis diecesis, de sepultura nostra ibidem electa, quia nondum construxeramus abbatiam supradictam.

Huic autem ordinationi testamenti nostri presentes fuerunt : Guillelmus archidiaconus in ecclesia Autissiodorensi; frater Guillelmus prior de Espallo; frater Petrus Bornus, ac frater Petrus de Villers, de ordine Fratrum Minorum; dominus Johannes de Sellenai, dominus Belli-Montis miles; Baudonus de Pressuris miles et Stephanus de Disesia, clericus noster, canonicus de Clameciaco. Datum apud Colengias super Yonam et sigillatum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, die jovis proxima post octavas B. Martini estivalis.

(*Tiré d'une ancienne copie du trésor de la collégiale de Clamecy*; *publié dans les Analecta de D. Martenne*, t. I, fol. 1087.

N° 192.

Don à Gui, évêque d'Auxerre, sur les entrées de la ville de Troyes, par le comte Thibaud.

(An 1257, octobre.)

Thibauld, par la grâce de Dieu, roi de Navarre, de Champaigne et de Brie, Cuens Palatins. A tous ces qui verront ces presentes lettres, salut an nostre Seignéur. Nous faisons assavoir à tous que nous avons donné à notre chier cousin monseigneur Gui de Mello, par la grâce de Dieu évêque d'Auceurre, pour son leal et pourfitable service que il nous a fait par mainte fois, deus cent livrées de terre a provenesiens à heritage, à li et à ses hoirs pardurablement, lesquex nous voulons et commandons qu'il ou ses commandemanz preigne chacun an à Troies ou portage et ou paage de l'entrée dou vin, des premiers deniers qui an istront, et voulons et ostroions que il ect si hoir preignent avec-

6 Le Reconfort.

ques ces deus cenz livres perdurablement an ce partage et en ce paage meimes, et en la manière desus dite sexante livres de proveniesiens, que nostre pere avoit donné au suen à prendre à touzjours à li et à ses hoirs, an la foire de Bar, et que nous et nostre hoir pour la paient soiens de ces sexante livres quite, et voulons et estroions et commandons que cil qui tient ou reçoit ou l'aura ou recevra ce portage et ce paage devant dit, soit tenuz à payer chacun an cez deus cens et sexante livres en la manière qui est dessus divisée à iceli Guyon évesque d'Auceurre, ou à son commandement, et de faire seurté commant qu'il tigne ne recoive ce portage et ce paage devant dit, soit par nom de rançon ou par nom de moison ou an autre manière de payer cea deuz cenz sexante livres en la manière desus dite; et voulons que tant comme cil Guiz vivra que il nan soit tenuz à faire nul hommage à nous ne à nos hoirs de ces choses desus dites, et après li cil qui tanrra ou tarront ces deuz cenz et sexante livres de terre an sera ou seront tenuz à faire hommage à nous et à nos hoirs perdurablement. Et an tesmoing et en confermemant de ceste chose, nous avons faict metre nostre scel an ces presentes lettres. Ce fu fait an l'an de l'Incarnation Nostre-Seigneur mil et deus cens et cinquante-sept, ou mois d'octobre.

(*Ex Tabul. Capituli Autiss.*)

N° 193.

Lettres d'Alexandre IV, à Gui de Mello, évêque d'Auxerre, contre le duel.

(An 1258, 13 février.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei : venerabili fratri Guidoni episcopo Autissiodorensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis, quod cum contingat interdum aliquos homines tuorum de corpore se a tuo dominio subtrahendo ad loca transferri alterius juridictionis subjecta, locorum ipsorum rectores et Domini prefatos homines non (eos te repetente) nolunt restituere nisi per duellum probes eos tuos homines extitisse, in tuum prejudicium non modicum et gravamen. Quare nobis humiliter supplicasti, ut cum ex hoc tam tu quam ecclesia tua grande sustineatis juris lesionem, providere super hoc indemnitati tue ac ipsius ecclesie paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur monomachia sacris sit canonibus interdicta, nos tuis supplicationibus inclinati, ut contra predictos testibus, instrumentis et aliis probationibus legitimis uti libere valeas, autoritate presentium tibi indulgemus. Datum Viterbii, Idibus februariis, pontificatus nostri anno quarto.

(*Ex Cartul. Episc. Autiss.*)

N° 194.

Permission de Gui, évêque d'Auxerre, aux moines de S. Père, de vendre 20 livres de rentes sur le prieuré de Cézy, à l'abbé de S. Jean de Sens, pour contribuer à payer leurs dettes.

(An 1258, 3 décembre.)

G. divina miseratione, Autissiodorensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Cum monasterium Sancti-Petri Autissiodorensis occasione maximarum discordiarum et litium inter idem monasterium et Petrum quondam priorem de Cersiaco et quosdam alios predicte ecclesie canonicos habitarum, esset debitis maximis et urgentibus oneratum, a mole ejusmodi debitorum vigentium dum hujusmodi debita de die in diem currerent ad usuram, sine gravi alienatione bonorum immobilium ipsius monasterii vix poterat relevari. Ea propter, cum dilectis suis abbate et conventu Sancti-Joannis Senonensis habuerunt super hoc diligens consilium, colloquium et tractatum, et tandem consideratis undique circumstantiis ad dicti monasterii subsidium et levamen, pro evidenti utilitate et urgenti necessitate monasterii memorati ab ipsis jamdudum perpensis, prefatis abbati et conventui Sancti-Johannis Senonensis vendiderunt, tradiderunt et concesserunt ad perpetuitatem, pro quadringentis libris Turonens. quas ab eisdem abbate et conventu Sancti-Joannis Senonensis receperant, in pecunia numerata, ut confessi sunt coram mandato nostro ad audiendum hoc specialiter destinato, viginti libras Parisienses annui redditus capiendas et percipiendas annis, singulis, ab eisdem abbate et conventu Sancti-Johannis vel eorum mandato, medietatem infra Purificationem B. Marie, et aliam infra festum Ascensionis Domini super quatuor modios bladi ad mensuram de Cersiaco, scilicet duos frumenti et duos avene; quos ratione cense sive canonis seu pensionis annue in prioratu de Cersiaco percipere consueverant ab

antiquo; supplicantes nobis et a nobis humiliter postulantes, ut paupertati ipsorum paterno compatientes affectu eorum miserie miserendo venditioni predicte nostrum per assensum dignaremur dictam venditionem confirmare. Nos autem, considerantes dictam rem venditam, mediocrem inter ceteras res dicti monasterii existentem, verentes modicum ne si dicta res remaneret inempta, dictum monasterium destrueretur voragine usurarum, eorum supplicationibus annuentes, venditionem predictam quantum in nobis est volumus, approbamus et etiam confirmamus. Datum anno Domini M. CC. LVIII, die Martis post festum B. Andree apostoli.

(Ex Tabul. S. Joannis Senonensis.)

N° 195.

Fondation de l'anniversaire de Guillaume de Mello, seigneur de Saint-Bris, par Guillaume, évêque d'Auxerre, son fils.

(An 1260, avril.)

G...... par la divine commiseration, évesque d'Aucerre, etc. Sçavoir faisons que comme executeurs de nostre cher pere monsieur Gui de Mellot, jadis seigneur de S. Prix, escuyer: Nous avons assigné aux moynes de Sainct-Germain d'Aucerre soixante sols d'annuel revenu pour l'anniversaire de nostredit feu sieur père, à prendre tous les ans à la Purification de Nostre-Dame, sur la justice de S. Prix. Parquoy quiconque sera juge de S. Prix, payera ausdits moines ladite somme, et du revenus appartenans à ladite justice; que s'il n'estoient pas suffisans, nostre amé neveu Droco de Mellot, maintenant seigneur de S. Prix, du consentement duquel nous avons faict la susdite assignation, ou qui sera seigneur de S. Prix, sera tenu de suppléer au deffault. A aussi voulu nostre dit neveu, que si luy ou le juge de S. Prix, ou celuy qui tiendra ladite justice manquent à ces choses susdites que nous et nos successeurs puissions promulguer contre eux des excommunications, et des sentences d'interdiction sur la ville de S. Prix, à ce soy et ses successeurs. Or lesdits moines sont tenus de celebrer solemnellement tous les ans en leur église l'anniversaire dudict feu Guillaume depuis qu'il est mort, l'an M. CC. LX, en avril.

(Ex Cartulario Mss. S. Germani, Autiss. cap. 147. In stylo politiori.)

N° 196.

Partage des biens d'un nommé Pierre Baraud, qui, du consentement de sa femme, va en Terre-Sainte pour y demeurer jusqu'à sa mort.

(Vers 1260.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie decani Autissiod. salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presentia constitutus, Petrus dictus Baraudo volens in transmarinis partibus peregre proficisci, et, de licencia et voluntate Elisabeth uxoris sue, usque ad exitum vite sue ibidem commorare proponens, et predicta Elisabeth uxor sua, recognoverunt se partisse et divisisse omnia bona sua mobilia et immobilia ubicunque essent. Ita videlicet quod dictus Petrus habuit pro parte sua triginta libras Turonenses in pecunia numerata; quam pecuniam habuerant dicti P. et E. de quadam vinea continente septem denariatas sita in Bello-Videre, in censiva Beati-Juliani Autissiodor. ut dicitur. .... Et habuit quandam aliam peciam vinee unam quarterium continentem sitam in Campania, in territorio quod vocatur Belechaume, in censiva B. Juliani, ut dicitur, et decem libras Turonenses in mobilibus, tam in ferramentis ipsius P. quam in sex modiis vini rubei, quam in merreno doliorum. Habuit etiam dictus Petrus, pro parte sua omnia debita que debebantur dictis Petro et Elisabeth uxori sue, tempore confectionis presentium litterarum, et ipse Petrus debuit solvere omnia debita que supradicti P. et E. debebant tempore prenominato. Et de istis debitis que debebant, dicta Elisabeth debuit solvere pro dicto Petro XII libras Turonenses et dimidiam Bocheronis de Foresta Beati-Sancti-Amandi, ad festum Beati Johannis-Baptiste.

(Arch. Impér., Commanderie d'Auxerre, S. 5235, n° 1, f° 9, r°.)

N° 197.

Disposition de Gui de Mello pour le repos de l'âme de son père.

(An 1260, avril.)

Universis presentes litteras inspecturis, G..... divina miseratione, Autiss. episcopus, salutem in Domino. Notum facimus, quod nos executores testamenti karissimi genitoris nostri domini Guillelmi de Melloto, quondam domini S. Prisci, militis, assedimus et assignamus fratribus Grandi-

montensis ordinis, prope S. Mauritium, decem et septem libras pro eleemosina domini Droconis quondam Domini Lochiarum, que quindecim libre assignate erant super polinis de S. Prisco, et quadraginta solidos pro anniversario dicti Domini Guillelmi de Melloto quondam Domini S. Prisci, percipiendas et habendas annis singulis ad festum Purificationis B. Marie, super prepositura de S. Prisco; ita quod quicumque erit prepositus de S. Prisco dictas decem et septem libras annis singulis solvere tenebitur de prepositura predicta, et de redditibus ad dictam preposituram pertinentibus Et si prepositura non sufficeret, dilectus nepos noster Droco de Melloto, nunc dominus S. Prisci, de cujus voluntate et assensu fecimus assessionem et assignationem predictas, vel quicumque erit dominus S. Prisci de aliis redditibus suis defectum supplere tenebitur integraliter et perfecte. Voluit etiam dictus Droco, nepos noster, et in hoc concessit expresse quod si ipse vel prepositus suus de S. Prisco, seu ille qui dictam preposituram teneret, in premissis, vel in aliquo premissorum deficerent, nos et successores nostri episcopi Autissiodorenses, et eorum officiales in personas ipsorum excommunicationis, et in villam de S. Prisco interdicti sententias promulgare possumus, et se ac heredes suos seu successores quoslibet, quantum ad predicta tenenda, adimplenda in perpetuum, firmiter observanda specialiter obligavit Tenentur autem predicti religiosi anniversaria predictorum defunctorum in ecclesia sua solemniter celebrare, anno quolibet, terminis quibus predicti defuncti ex hoc seculo migraverint. In cujus testimonium ad petitiones predicti Droconis nepotis nostri sigillum, una cum sigillo quo utimur presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M. CC. LX, mense Aprili.

(*Ex autographo.*)

N° 198.

Don à l'abbaye des Isles pour l'âme de Guillaume de Mello, par son fils l'évêque Gui.

(An 1260, avril.)

Universis presentes litteras inspecturis G..... divina miseratione, Autiss. episcopus, salutem in Domino. Notum facimus, quod nos executores testamenti karissimi genitoris nostri domini Guillelmi de Melloto, quondam domini S. Prisci, militis, assedimus et assignavimus monialibus de Insulis prope Autissiodorum, in perpetuam eleemosynam, de voluntate et assensu dilecti nepotis nostri Droconis de Melloto, nunc domini S. Prisci, sexaginta solidos annui reditus pro anniversario dicti domini Guillelmi de Melloto, quondam domini S. Prisci, percipiendos et habendos annis singulis ad festum B. Andree apostoli, super prepositurам de S. Prisco; ita quod quicumque erit prepositus de S. Prisco dictos sexaginta solidos annis singulis solvere tenebitur de prepositura predicta et de redditibus ad dictam preposituram pertinentibus; et si prepositura non sufficeret, dilectus noster nepos Droco de Melloto, nunc dominus S. Prisci, vel quicumque erit dominus S. Prisci, de aliis redditibus suis defectum supplere tenebitur integraliter et perfecte. Voluit etiam dictus Droco nepos noster, et in hoc consensit expresse quod si ipse vel prepositus suus de S. Prisco, seu ille qui dictam preposituram teneret, in premissis, vel in aliquo premissorum deficerent, nos et successores nostri episcopi Autissiodorensis, et eorum officiales, in personas ipsorum excommunicationis et in villam de S. Prisco interdicti sententias promulgare possemus, et se ac heredes suos seu successores quoslibet quantum ad predicta tenenda adimplenda, et in perpetuum firmiter observanda specialiter obligavit. Tenentur autem predicte moniales anniversarium predicti defuncti in ecclesia sua solemniter celebrare, anno quolibet, termino quo predictus defunctus ex hoc seculo migravit In cujus rei testimonium, ad petitionem predicti Droconis nepotis nostri, sigillum nostrum una cum sigillo suo presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense aprili.

(*Ex titulo manuscripto.*)

N° 199.

Permission de Gui, évêque d'Auxerre, à l'abbé de Pontigny, d'avoir une chapelle en sa maison de S. Bris.

(An 1260-61, 15 mars.)

Universis presentes litteras visuris, frater Petrus dictus abbas Pontiniacensis, totiusque conventus ejusdem loci, salutem in Domino. Noveritis quod reverendus pater G. Dei gratia, Autissiodorensis episcopus, ex mera liberalitate sua voluit et concessit quod nos, in domo nostra S. Prisci, oratorium et altare quandiu sibi placuerit habere possimus, et ibi, salvo jure ecclesiarum parochialium S. Prisci, divina

quandiu sibi placuerit celebrare, et hec omnibus tenore presentium intimamus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, die lune post Letare Jerusalem.

(Ex Cartul. episcop. Autiss.)

N° 200.

Permission à Gui, évêque d'Auxerre, de céder à d'autres le don que lui a fait Thibaud, comte de Champagne.

(An 1260, 27 novembre.)

Theobaldus, Dei gratia, rex Navarre, Campanie et Brie, comes Palatinus, universis presentes litteras inspecturis. Notum facimus, quod nos karissimo consanguineo nostro Guidoni, Dei gratia, episcopo Autissiodorensi damus et concedimus licentiam et plenariam facultatem, ut ipse in vita sua, vel in morte, possit conferre integraliter vel per partes, ad vitam vel in perpetuum cuicumque voluerit, et sibi placuerit, tam personis religiosis, aut ecclesiasticis, quam secularibus redditum quem ipse habet ad hereditatem in portagio nostro Trecensi. Hoc tamen nobis retento quod si partem dicti redditus vel totum contulerit persone seculari, que possit tenere feodum, volumus, quod ex eo quod inde teneret ad homagidem nostrum veniat. Et si idem redditus, seu pars ipsius, ut dictum est, conferatur personis religiosis aut ecclesiasticis possidendum. In cujus rei testimonium, et ut hoc ratum et stabile, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud S. Germanum-in-Laia, die sabbati proxima post festum B. Katherine, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

(Ex Cartul. Autiss.)

N° 201.

Charte d'affranchissement donnée par le Chapitre d'Auxerre, aux habitants de Monétau.

(An 1263, 17 septembre.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Omnibus presentes litteras inspecturis, G. decanus, totumque capitulum Autissiodorense salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra quod omnes homines et femine nostri de Monestallo et de tota parrochia ejusdem loci, pro quadam servitute sive consuetudine que manus-mortua vulgariter appellatur, quam in eis habebamus propriis et eorum posteris, a nobis in forma que sequitur remittenda imperpetuum et quitanda, dederunt nobis totum nemus quod ipsi habebant in nemore de Barro; et cesserunt omne jus quod in toto dicto nemore possent aliquatenus reclamare. Dederunt etiam centum libras turonenses, et promiserunt se daturos nobis, interveniente stipulatione sollempni, mille et ducentas libras Turonenses, hiis terminis exsolvendas : videlicet trecentas libras in festo Purificationis beate Marie virginis, quod erit in anno Domini M° CC° sexagesimo tercio, et sequentibus annis in eodem festo, de anno in annum, alias trecentas libras, donec tota predicta summa integraliter fuerit persoluta. Et nos, prefatis omnibus hominibus et feminis nostris de Monestallo et de tota parrochia predicta, predictam servitutem sive consuetudinem, in forma subscripta, remisimus omnino et quitavimus imperpetuum, salvis et retentis nobis in eis talliis, costumis, terciis, censibus, decimis et quibuslibet altis et bassis justiciis, juribus, honeribus et consuetudinibusque et quas habebamus in rebus et personis eorum. Volentes et eisdem concedentes ut ipsi et eorum heredes, sive successores, ubicumque mansionarii fuerint, et ubicumque bona eorum qui decedent extiterint, excasuras seu bona parentum, fratrum, consanguineorum et predecessorum suorum de Monestallo et de tota parrochia ejusdem ville, sine aliqua perturbatione a nobis vel successoribus nostris eis facienda, vel etiam inferenda, et absque alio novo interventu pecunie de cetero, libere habeant, capiant et possideant pacifice et quiete. Videlicet in rebus et possessionibus universis quas predicti homines vel femine impresentiarum habent vel possident, aut imposterum acquirent in locis quibuslibet, etiam si in locis et villis nostris in quibus habemus manum-mortuam, possessiones emant vel acquirant; dumtamen eas emant vel acquirant a personis talibus in quibus manum-mortuam nullatenus habemus. Ceterum si predicti homines vel femine, post confectionem presentium emerent vel acquirerent quoquo modo in locis et villis nostris que sunt conditionis manusmortue, ab aliquo vel aliquibus hominum nostrorum quibus manus-mortua a nobis nundum esset remissa, eedem possessiones legi et consuetudini locorum et villarum hujusmodi subjacerent.

Preterea volumus et concessimus quod homines vel femine quicumque fuerint, qui, vel que, de terra nostra non venerint sed de altera, se apud Monestallum et in tota parrochia de Monestallo causa ma-

nendi transtulerint, et se pro hominibus nostris reclamaverint, quantum ad nos pertinet, hoc est sine perturbatione qualibet a nobis ipsis super hoc facienda, quitationem et libertatem obtineant supradictam. Si vero aliquem vel aliquos seu aliquas de hominibus nostris vel feminis quibus manum-mortuam nundum remisimus, apud Monestallum, seu in parrochia, venire contigerit, predictam libertatem non habebunt, nisi sese matrimonialiter copulaverint aliquibus personis de Monestallo et apud Monestallum, seu in parrochia de Monestallo, mansionarii efficiantur. Illi vero, vel ille, qui vel que apud Monestallum, vel in tota parrochia de Monestallo, sicut statutum diximus, per matrimonium venerint et ibi mansionarii fuerint a quocumque loco venerint, sive de terra nostra in qua manus-mortua adhuc non est remissa, sive etiam aliunde, predictam libertatem quamdiu ibi manserint, quantum ad nos pertinet, obtinebunt de omnibus bonis suis, preter quam de hiis que haberent tempore mortis in aliqua terra nostra in qua manus-mortua nundum esset remissa : Que res legi et consuetudini loci in quo essent site subjacerent. Preterea condictum fuit et ordinatum quod si aliqui vel alique de predictis hominibus de Monestallo ad aliquem locum vel villam ubi manum-mortuam in hominibus nostris habemus, causa manendi se transtulerint, licet quamdiu ibi mansionarii fuerint legem et consuetudinem illius loci debeant sustinere. Attamen si ad aliquam villam nostram ubi manus-mortua sit remissa postmodum se transtulerint, vel apud Monestallum seu in parrochia de Monestallo causa manendi redierint, loci ipsius libertate gaudebunt. Porro in eo casu in quo excasuras decedentium in forma premissa transmitti concessimus ad heredes, si contingat quod alique excasure ab herede requisite non fuerint, justo heredi, per annum et diem reservabuntur in manu camerarii loci ejusdem et duorum burgensium dicte ville fide dignorum. Et elapso anno et die, excasure que requisite non fuerint, canonicis ibidem suas prebendas tempore decedentis percipientibus, vel eorum mandato, integre tradentur. Si vero contentio fuerit inter heredes defuncti quis sit propinquior, aut quis debeat defuncto succedere, cum nichil de justicia nostra intendamus remittere, ipsi ante nos venient et judicio nostro vel mandati nostri contentio illa terminabitur.

Demus, concessimus prefatis hominibus nostris de Monestallo et de tota parrochia ejusdem loci, quod ipsi, de communi vel saltem majoris et sanioris partis eorum consilio et assensu, aliquos viros bone opinionis eligant, que jurati, bona fide, pecuniam nobis datam et premissam pro obtinenda libertate predicta, singulis eorum juxta possibilitatem singulorum imponent et levabunt. Si autem aliquis summam sibi ab electis impositam reddere contradixerit, nos de ipso, si in aliqua justicia nostra manseret, maturam justitiam faciemus ; et si ad aliam villam que in potestate nostra non est transierit, bona fide, sine nostro mittendo eis erimus coadjutores ut reddat quod super eum fuerit impositum; nec libertate predicta gaudebit donec totam summam sibi impositam reddiderit. Et similiter si apud Monestallum redierit ad manendum, non habebit libertatem predictam donec totum persolverit quod super eum impositum fuerit ab electis. Quod si aliquis eorum beneficium hujusmodi quitationis habere non vellet, et pecuniam sibi ab electis impositam reddere contradiceret, si de eo vel de suis excasuram accideret, pacienter sustinebimus quod communitas aliorum in qua honus recideret non solventis, excasuram illam haberet sicut nos habere solebamus, donec exinde summa sibi ab electis imposita totaliter et integre fuerit persoluta.

Actum in capitulo nostro, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, die martis post exaltationem Sancte-Crucis, continuata a die lune precedenti, vocatis canonicis absentibus qui fuerant evocandi (1).

(Pièce en parchemin, scellée autrefois).

(Archives de l'Yonne, Fonds du Chapitre d'Auxerre.)

N° 202.

Vente de l'affranchissement de la mainmorte à ses bourgeois de Vermenton, par Gui de Toucy, seigneur de Bazarne, pour payer ses dettes, et confirmation par Philippe-le-Bel en 1311.

(An 1264, avril.)

P. Dei gracia Francorum rex, notum facimus universis presentibus et futuris nos quasdam vidisse litteras quarum tenor sequitur in hec verba : In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Guido de Tociaco, dominus Bacerne et

(1) A cette pièce est annexé l'acte de ratification passé par la majeure partie des habitants de Monéteau et de Sommeville, pardevant l'official d'Auxerre, au mois de septembre 1263.

Petre-Pertusie, miles, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod ego quandam consuetudinem que manusmortua vulgariter appellatur, parum mihi et heredibus meis utilem, urgente necessitate mea et pro debitis meis persolvendis et reddendis, ac etiam pro aliis negotiis meis utiliter expediendum, quam consuetudinem habebam in terra et justicia mea de Vermentone, tam in dicta villa de Vermentone, quam extra villam, in finagio et justicia ipsius ville, omnibus burgensibus meis de Vermentone et omnibus aliis ibi possessiones habentibus et eorum heredibus seu successoribus eorumdem, vendidi et omnino in perpetuum quittavi et remisi eisdem, pro quindecim denariis turonensibus de qualibet libra michi una vice tantummodo persolvendum, secundum appreciationem valoris possessionum eorumdem burgensium, sitarum in dominio et finagio meis de Vermentone, factam per quatuor probos homines de Vermentone, a me ex una parte et a dictis burgensibus ex altera electos, quam appreciationem a dictis quatuor probis hominibus super dictis possessionibus factam, ego et dicti burgenses ratam, gratam, firmam et stabilem habebamus et acceptam. Et de totali summa predictorum quindecim denariorum de qualibet libra, secundum appreciationem predictam valoris possessionum predictarum, a dictis quatuor probis hominibus factam, me tenui pro pagato in pecunia numerata; de qua pecunie summa dictos burgenses et omnes alios ibi possessiones habentes ac eorum heredes, sive successores, quittavi in perpetuum penitus et precise. Renuncians specialiter et expresse exceptioni pecunie michi non solute et non numerate, ac spei numerande, volens et concedens ut omnes predicti burgenses et eorum heredes seu successores, et omnes alii, ubicumque mansionarii fuerint, excasuras parentum fratrum, sororum, consanguineorum et predecessorum decedentium, sine aliqua perturbatione a me vel heredibus seu successoribus nostris eis facienda vel inferenda et absque interventu pecunie de cetero habeant, capiant et possideant pacifice et quiete. Omnes vero excasure que apud Vermentonem in terra justicia et finagio de Vermentone evenerint ad propinquiorem heredum, ubicumque sit, et de dominio qualicumque, ac etiam ubicumque bona decedentium fuerint, sine ullo interventu pecunie devolvantur; et si aliquem excasuram evenire contigerit, que ab herede non fuerit requisita, per annum et diem justo heredi reservabitur in manu quatuor fide dignorum burgensium meorum de Vermentone, quos burgenses mei de Vermentone super hoc duxerint eligendos; quibus, anno et die elapsis, si ab herede non fuerit requisita, michi vel mandato meo tradetur ad custodiendum justo heredi et servandum. Promitto etiam bona fide et per juramentum meum inde prestitum corporale, me omnes predictas et singulas conventiones firmiter et inviolabiliter servaturum, et contra eas seu aliquem earumdem per me vel per alium de cetero non venturum, et quod istam franchisiam a me, ut dictum est, venditam, quittam et remissam erga omnes garentizabo, liberabo et defendam ac eisdem burgensibus reddam, restituam et persolvam omnia dampna deperdita, constamenta, missiones et expensas que et quas ipsi burgenses vel eorum heredes seu successores, pro defectu dicte garentie seu ob aliquem defectum meum vel heredum seu successorum meorum incurrerent, sustinerent, facerent et haberent. Et ad hec omnia et singula tenenda, complenda et firmiter observanda, me heredes et successores meos obligo penitus et pacifice. Renuncians sub prestiti religione juramenti mei in hoc facto, restitutioni in integrum, videlicet ne possimus dicere me vel heredes seu successores meos in aliquo propter hoc esse lesos omnis juris auxilio canonici et civilis, omnisque alii juris constituto et constituendo consuetudinario, scripto etiam et non scripto, omni consuetudine et statuto, omnibus litteris et privilegiis apostolicis impetratis et impetrandis, concessis et concedendis, omnibus rebus aliis universis per que et quas dicte conventiones vel aliqua earumdem possint impediri in aliquo, ac etiam perturbari. Quia non aliqui quorum nomina subsequuntur, qui in terra mea finagio et justicia de Vermentone bona mobilia et teneturas habent et possident, dicte franchisie noluerunt consentire, eorum possessione inferius nominandas dignum duxi exceptandas.. ...

Concessi dictis burgensibus et eorum heredibus quod ego dictas conventiones a reverendo episcopo Autissiodorensi et a nobili viro comite Barri et a dicta Johanna uxore sua, per eorum litteras faciam cum mei, sumptibus confirmari; et sciendum quod omnes justicia redditus et alie consuetudines quas hactenus in predictis burgensibus habeam mihi salve remaneant, exceptis hiis que dictis burgensibus et eorum heredibus a me superius sunt concessa; et quantum ad omnia et singula premissa fuerunt fideliter et inviolabiliter

observanda, jurisdictioni reverendi patris episcopi Autissiodorensis me supponi volens et concedens, quod absit, seu heredes meos ac etiam successores contra premissa vel aliqua premissorum venire, vel aliquid contingeret, quod dictus dominus episcopus, monicione premissa, iis me et heredes meas ac eciam successores possit excommunicationis sententiam promulgare, terram meam interdicti sententie supponens. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras dictis burgensibus sigillo meo tradidi sigillatas. Datum anno Domini M. CC. LXIV, mense aprili. Nos autem premissa omnia et singula in prenominatis litteris contenta, quantum in nobis est, rata et grata habente ea laudari approbamus et tenore presencium auctoritate regie confirmamus, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Que ut perpetuam firmitatem obtineant presentes litteras sigilli nostri facimus munimine roborari. Actum Parisius, anno Domini M. CCC. undecimo, mense maio.

(*Reg. du Trés. des ch.* 47. — N° 139, f° 103, v°; et 105, v°.)

N° 203.

Acquisition d'un domaine à Lindry par l'évêque Gui de Mello.

(An 1264-65, mars.)

Universis presentes litteras inspecturis: curie Autissiodorensis et curie decani Autissiodorensis officiales, salutem in Domino. Noverint universi quod in jure coram nobis constitutus Regnaudus, dictus Preaux, armiger, publice recognovit se quicquid habebat, tenebat et possidebat apud Lindriacum, et in tota parrochia de Lindriaco, tam in terris, pratis, domibus, vineis, hominibus, censivis, coustumis, redditibus, quam rebus aliis quibuscumque, et in quibuscumque commodis existant, reverendo patri Guidoni, Dei gratia Autissiodorensi episcopo, vendidisse et titulo venditionis in perpetuum quittavisse pro sex viginti libris, et centum solidis Turonensibus purorum suis quittis absque quinto denario, et sibi jam solutis a dicto D. episcopo in pecunia numerata, et de quibus ipse renuncians exceptioni tradite non numerate sibi pecunie ac spei etiam numerande dictum dominum episcopum, et ejus heredes seu successores ab ipso super his causam habentes quittavit in perpetuum, coram nobis, se de dictis rebus venditis devestiens, et magistrum Guibertum canonicum de Appogniaco, loco et nomine dicti episcopi, de eisdem rebus venditis titulo legitime emptionis investiens coram nobis. Promisit autem dictus venditor per fidem suam inde prestitam corporalem quod predictas res venditas que sunt et movent de proprio feodo domini Autissiodorensis episcopi, ut idem Regnaldus asseruit coram nobis, dicto domino episcopo, vel ejus heredibus seu successoribus, vel ab ipso causam habentibus liberas et immunes ab omni onere et pensione, costuma, servitio, servitute, obligatione et ab omni alia reddibentia, dicto domino episcopo, vel ejus heredibus, seu successoribus ante ab ipso super his causam habentibus, erga omnes, ad usus et consuetudines patrie garentiet, liberabit et deffendet; et quod contra venditionem hujusmodi per se, vel per alium venire de cetero nullatenus attentabit, nec in rebus predictis venditis aliquid juris de cetero reclamabit, nec ab alio faciet reclamari. Sub eadem fidei religione promittens quod dicto domino episcopo, vel ejus heredibus, seu successoribus, vel ab ipso super his causam habentibus, reddet, restituet et persolvet omnia damna deperdita, costamenta et expensas que et quas per defectum dicte garentie incurrerent, facerent et haberent. Et ad hec omnia firmiter observanda, complenda et tenenda, idem Regnaudus se et heredes suos, et omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, ubicumque sint et valeant inveniri, dicto domino episcopo obligavit, et jurisdictioni nostre ubicumque maneat se subjecit. Renuncians per fidem suam privilegio fori, exceptioni doli, condonationi sine causa, exceptioni deceptionis ultra medietatem justi pretii et omnibus aliis exceptionibus et deffensionibus facti et juris que contra hujusmodi instrumentum possent in aliquo objici seu dici. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus sigillandas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense martio.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 204.

Eglise de Fulvy déclarée du patronage du Chapitre d'Auxerre.

(An 1264-65, mars.)

Universis presentes litteras inspecturis: Otho decanus et capitulum Lingonense, salutem in Domino Jesu-Christo. Noveritis quod nihil juris patronatus nos habere confitemur in ecclesia de Furvia-

co, Lingonensis diecesis, nec aliquid juris nobis in eadem ecclesia vindicamus, sed ipsum jus ad venerabiles viros decanum et capitulum Autissiodor., prout a viris bonis didicimus, concedimus pertinere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense martii.

(*Ex Tabul. Eccles. Autiss.*)

N° 205.

Notification d'une sentence arbitrale sur le droit de pêche dans le biez de Brichou de la rivière d'Yonne, reconnu appartenir aux pêcheurs d'Auxerre.

(An 1265, juillet.)

Universis presentes litteras inspecturis : Odo primogenitus ducis Burgundie, comes Nivernensis, salutem in Domino. Noveritis quod cum diu extitisset contentio inter religiosos viros abbatem et conventum S. Mariani Autissiodorensis, ex una parte, et piscatores Autissiodorenses, ex altera, super hoc, videlicet, quod dicti piscatores dicebant se esse et fuisse in possessione piscandi in biezio de Brichoto, et etiam proponebant quod tam ipsi, quam predecessores sui, et omnes alii usum habebant piscandi in prefato biezio, et usi piscari fuerat, sine contradictionis objectu ab eo tempore a quo non extabat memoria, vel saltem per quadraginta annos et amplius. Prefatis religiosis in contrarium proponentibus se esse et fuisse in possessione, vel quasi vendendi piscaturam biezii per longum tempus tanquam illi ad quos spectabat tam possessio quam proprietas dicti biezii. Tandem ne ex ista controversia provocarentur ad intentivum inimicitie dicte partes, et gravarentur laboribus et expensis, in discretos viros magistrum Petrum de S. Gervasio, et magistrum Petrum Porchot clericos, tanquam in arbitros, sub pena sexaginta librarum Turonensium, a dictis partibus compromissum extitit in hunc modum : quod dicti arbitri de meritis cause cognoscerent, et rationes et allegationes utriusque partis audirent et probationes quas utraque pars vellet producere reciperent, ac postmodum causam ipsam possent infra octabas assumptionis B. Marie Virginis, anno Domini existente millesimo ducentesimo sexagesimo primo, pace vel judicio terminarent, et si non possent in unam sententiam concordare, dictam causam sufficienter instructam nobis remitterent, et penitus liberarent, a nobis vel ab eo tui nos tamen ipsam vellemus committere infra festum proxime subsequens Sanctorum Omnium eodem anno pace vel judicio terminandam. Qui predicti duo magistri de ipsius meritis cause ad plenum cognito, cum in unam non possent concordare sententiam acta et negotia totius processus ut ordinatum extiterat, nobis pro terminanda hujusmodi causa tradiderunt. Nos vero dictam causam defuncto magistro Johanni de Rouvreto commisimus pace vel judicio terminandam, infra terminum superius nominatum, prout virtute compromissi, et arbitrii poteramus : qui magister Johannes infra prefixum terminum dictam causam non potuit vel noluit terminare. Tandem dicto magistro Johanne de medio sublato, dicto negotio non finito, dicte partes liti hujusmodi finem imponi cupientes, compromissum supradictum renovando sub pena sexaginta librarum Turonensium in nos compromiserunt in hunc modum. Quod nos vel ille cui tamen istam vellemus committere infra festum Omnium Sanctorum venturum proximo deberet dictam causam pace vel judicio terminare. Nosque de dictarum partium voluntate causam istam pace vel judicio terminandam, magistro Guillermo de Leigni castro, clerico nostro commisimus terminandam infra terminum prenotatum : partibus vero memoratis in ejus presentia constitutis, consenserunt dicte partes, voluerunt et etiam concesserunt quod predictus magister Guillermus posset tamen hujusmodi vice et autoritate nostra, prout videret esse expediens, terminare pace vel judicio in eundem sub pena centum librarum Turonensium alto et basso compromittentes super negotio memorato. Dictus autem magister Guillermus, de bonorum virorum consilio inspectis cause meritis pro bono pacis vice et auctoritate nostra, suum arbitrium protulit in hunc modum, videlicet : quod in dicto biezio piscari valeant quicumque voluerint, et cum omnibus ingeniis ; ita tamen quod non impediant aliquatenus cursum aque, hoc excepto, quod dicti piscatores vel alii habere vel facere non poterunt, in memorato biezio vel in aliqua parte ipsius, noas vel boichetas, nec etiam ingenia sua poterunt infingere, seu tendere versus molendina dictorum religiosorum, preterquam usque ad metas positas a dicto magistro Guillermo, et Domino Hugone de Sulliaco canonico Autissiodorensi, a dictis partibus cum dicto magistro ad hoc faciendum adhibito et vocato ; nec etiam poterunt causa infingendi seu tendendi sua ingenia, appropinquare exclusas dictorum molendinorum, nisi us-

que ad metas quas dicti Guillermus et dominus Hugo de Suilliaco assignarunt, que per duos pedes a dictis exclusis distabunt. Predicti vero religiosi in dicto biezio cum omnibus ingeniis piscari, noas et boichetas facere poterunt et habere. Protulit autem dictus magister Guillermus per suum arbitrium quod predicti piscatores assederent et assignarent predictis religiosis ratione predicte piscature sex libras bone cere legitime et nove, annui redditus, predictis religiosis tanquam Dominis, ut dicitur, dicti biezii, in festo SS. Cosme et Damiani in ecclesia S. Mariani, anno quolibet persolvendas. Quas etiam sex libras cere dicti piscatores, prout a dicto magistro Guillermo prolatum extitit, assederunt. Dixit autem predictus magister suum arbitrium proferendo, quod si alterutra partium contra suum arbitrium venire temere attemptaret, nos possemus vel ille qui Dominus pro tempore erit, ab ea parte que resiliret sexaginta libras Turonenses pro pena petere et habere. In cujus rei testimonium ad petitionem dictorum partium litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense julio.

(*Ex Cartul. Urbis Autiss.* f° 40.)

N° 206.

Ordonnance de S. Louis pour obliger les propriétaires forains du finage d'Auxerre de contribuer à la construction du pont de cette ville.

(An 1266, 25 juillet.)

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex: universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Placet nobis et volumus quod burgenses nostri Parisiensis et alii burgenses nostri, pro terris et vineis quas habent apud Autissiodorum contribuant ad fabricam pontis ejusdem ville, quandiu nostre placuerit voluntati, sicut burgenses Autissiodorenses et ceteri homines ecclesiarum dicti loci pro vineis et terris suis quas habent ibidem, contribuunt ad fabricam antedictam. Actum apud Riganam (1) juxta Espogni, Dominica in festo B. Jacobi apostoli, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

(*Ex. Cartul. Urbis Autiss.*, fol. 40.)

(1) C'est le nom de Régennes, déjà altéré.

N° 207.

Otage donné entre les mains de Gui de Mello, évêque d'Auxerre, ayant charge du roi, par Jean, comte de Roucy.

(An 1267, 7 juin.)

Je Jehan Cuens de Rouci, sire de Pierepont : faz savoir à tous cels qui ces lettres verront que j'ai ostagié mon chier cousin monsignor Henri de Hans chevalier, et me suis obligiex envers noble prince Thibaud, par la grace de Dieu, roi de Navarre, de Champaigne et de Brie, comte Palatin, de faire revenir ledit monsignor Henri en la prison mon chier signor le roi devandit, ou leu et en l'estat où il estoit; c'est à sçavoir à Provins, dedans la feste de Nostre-Dame en settembre, et promet par ma foi corporelle donnée en la main de l'évêque d'Aucuerre qui l'a reçut pour monsignor le roi devant dit et en son nom et en la présence doudit roi, que se cil messire Henri ne revenoit en la prison ledit monsignor le roi, dedans la feste Nostre-Dame de settembre devandite, que je mettrois un chevalier qui auroit six cens livres de terre, por moi, en la prison monsignior le roi dedans la quinzaine que je en serois semons en ma propre personne ou en mon ostel, apres le terme devandit ou leu et en l'estat et por autant comme il estoit quant ces lettres furent faites; qui furent données à Paris le mardi après la Pentecoste, l'an de grace M. CC. et LXVII (1).

(*Ex Cartul. Campanie, quod vulgo vocabant,* Librum Principum, fol. 246.)

N° 208.

Réparation solennelle faite au Chapitre d'Auxerre par quelques habitants de Crevan, révoltés contre son autorité.

(An 1267-68, 2 janvier.)

Universis presentes litteras inspecturis: officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constituti Johannes de Stagno, Johannes Seardi, Petrus dictus Livoignes et Lugueta relicta Guillelmi dicti abbatis, venerabilibus viris decano et capitulo Au-

(1) Au feuillet 153 du même volume est un acte de Jehan Cuens de Soissons, qui déclare avoir ostagié son chier cousin, Henri de Hans.

L'évêque d'Auxerre y est nommé dans les mêmes termes. L'acte est du même jour daté à Paris.

Au feuillet 303. Acte d'Ansiaus de Gallande, chevalier, sire de Poussesse et de Tournant en Brie, qui s'oblige en même-temps pour ledit Remi de Hans; donné à Paris le même jour que les précédents.

tissiodorensi in ipsorum capitulo emendaverunt, genu flexo, hoc quod ab ipsorum decani et capituli dominio recesserunt. Item hoc quod contra ipsos decanum et capitulum conspirationem et colligationem fecerunt cum ceteris hominibus de Crebano, qui ab eorum dominio recesserunt. Item hoc quod dictos decanum et capitulum apud regem diffamarunt projiciendo, ut dicitur, coram eo grandes acervos litterarum tam suarum quam alienarum, et pluries apud regem contra dictos decanum et capitulum proclamando. Item hoc quod octo canonici dicti capituli citari fecerunt apud Belnam mittere. Item hoc quod sexaginta homines dictorum decani et capituli occasione dicti capituli per hospitalarios ad diversa loca, coram diversis judicibus ad unam eandem diem provocaverunt citari. De quibus injuriis et emendis ex eis factis, et de omnibus expensis a dictis decano et capitulo et prebendariis de Crebeno factis contra ipsos promiserunt dicti homines et Lugueta pro viro suo defuncto, per fidem suam in manu nostra corporaliter prestitam, de stare alto et basso voluntati et ordinationi dictorum decani et capituli, et illorum de capitulo quos dicti decanus et capitulum ad hoc duxerint deputandos. Promiserunt etiam per predictam fidem suam quod quicquid dicti decanus et capitulum, et illi de concanonicis eorum quos ad hoc duxerint deputandos, de teneturis quas dicti homines in dominio dictorum decani et capituli tenent ad tertias et costumas bona fide pronuntiaverint, ipsi inviolabiliter et irrevocabiliter observabunt. Se quantum ad hec omnia bona sua dictis decano et capitulo specialiter obligantes, et per eandem fidem promittentes quod de premissis tenendis et complendis domino Stephano de Mezo, loco capituli, ad ejus submonitionem sufficientes, plegios prestabunt. Preterea Johannes, de Stagno predictus, per predictam fidem suam promisit quod infra octo dies preterquam a dictis decano vel capitulo vel eorum mandato fuerit requisitus, quandam domum quam ultra pontem de Crebenno in terra Guillelmi Budin militis construxerat, ut dicebat, omnino faciet demoliri, per eandem fidem promittentes quod ipsam domum, seu materiam aut superficiem dicte domus nemini venderet, nisi sub tali conditione, quod emptor de ipsa materia aut superficie dicte domus aliquid in tota terra predicta dicti militis non possit construere, nec in fundo dicte domus edificare. Promisit etiam idem Johannes per predictam fidem suam quod in terra dicti militis de cetero, nullo modo, domum seu edificium aliquod faciet vel fieri procurabit, nec in dicta terra et justitia dicti militis alium dominum quam dictum capitulum advocabit, volens et concedens quod si ipse dictam domum, ut dictum est, non demolitus fuerit, dicti decanus et capitulum ipsam demolire possint autoritate propria et de ea suam omnino facere voluntatem et quantum ad hec tam dictus Joannes quam alii prenominati se jurisdictioni curie Autissiodorensis supposuerunt ubicumque faciant mansionem. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, die lune post octavas Nativitatis Domini.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 209.

Recommandation du pape Clément IV, en faveur d'une fille lettrée qui souhaitait d'être religieuse à Crisenon.

(An 1268, 29 septembre.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, Joannes, miseratione divina, abbas Virziliacensis, salutem in domino. Noveritis nos vidisse et etiam diligenter inspexisse litteras summi pontificis sub hac forma.

Clemens episcopus, servus servorum Dei : dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii de Crisenone, ordinis S. Benedicti, Autissiodorensis diecesis, salutem in Domino et apostolicam benedictionem. Cum dilecta in Christo filia Boneta, de Virziliaco, puella litterata, latrix presentium, cupiat, sicut asserit, una vobiscum in monasterio vestro sub regulari habitu Domino perpetuo famulari, universitatem vestram rogandam duximus et monendam, vobis per apostolica scripta mandantes, quatenus ob reverentiam apostolice sedis et nostram, eandem Bonetam recipiatis in monacham et sororem, et sincera in Domino caritate tractetis, non obstante statuto ipsius monasterii de certo monialium numero juramento confirmatione sedis apost. seu quecumque alia firmitate vellato, sive aliqua indulgentia sedis predicte de quo oportet in litteris nostris plenam et expressam mentionem fieri, et per quam effectum presentium impediri valeat et differri statuto juramento et confirmatione hujusmodi post receptionem ipsius B. in suo robore duraturis, mandato dicte sedis in omnibus semper salvo. Datum Viterbii, v. Idus novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Que autem vidimus et legimus de verbo ad verbum transcribi, et sigilli nostri munimine presentes litteras duximus roborandas. Datum in festo S. Michaelis archangeli, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo.

(*Ex tabul. Crisen.*)

N° 210.

Lettres du pape Clément IV à Gui de Mello, évêque d'Auxerre, pour l'exhorter à accepter l'archevêché de Lyon.

(An 1268.)

Clemens episcopus, servus servorum Dei : venerabili fratri episcopo Autissiodorensi, salutem et apostolicam benedictionem. Tuarum series litterarum multa nobis...... retrahere videbantur oblati susceptione regiminis vidue miserabilis ecclesie scilicet Lugdunensis : sed que debebant inducere ad prebendum assensum, consulto et ex industria suppressisti. Sane nihil est Deo gratius, sicut tua prudentia non ignorat, quam saluti animarum intendere, quod in primo suo vicario manifeste probavit quem de sue dilectionis affectu tertio requisitum pascere voluit oves suas, satis innuens quod in homine quem officium tale deceat dilectionis haberi nequeat efficacius argumentum. Verum, si vel paucis animabus consulere multum et commendabile, pluribus laudabilius, et iis maxime que pastoris solatio destitute diutius magnis periculis et multis exposite consolationis indigent beneficio plenioris. Et nos, quia te jam duarum ecclesiarum regimine probatum novimus, ad tertiam te vocavimus confidenter ut preesses Provincie generaliter qui eisdem pr..... atim ceterum tuis sepe perlectis litteris et earum latoribus patienter auditis, tibi breviter duximus respondendum, quod si recipis quod offertur tibi cedet ad meritum, prout credimus in presenti, et ad premium in futuro; et non tantum Lugdunensi ecclesie providebitur, quin etiam esse poterit regno Francie fructuosum et regi, nosque perinde tibi tenebimur ad gratiarum multimodas actiones. Quod si prorsus involuntarium te fateris et sana conscientia tibi credis expediens non transferri, sciat tua fraternitas quod ex repulsa hujusmod. si divinam evitas indignationem apostol. non incurres, sed veremur ne Deo displiceat, si te negas ecclesie memorate que desiderat tibi subjici, per te dirigi, et de lapsu multiplici per tuam providentiam et industriam ad dignitatis antique gloriam tam salubriter quam celeriter reformari. Demum cito nobis te volumus respondere ne morose dilationis dispendio pregravetur ecclesia memorata. Datum Viterbii IIII. No..... pontificatus nostri anno.....

(*Ex autographo.*)

N° 211.

Soumission du sire de Juilly, (diocèse de Meaux) à la décision de Gui de Mello évêque d'Auxerre.

(An 1269, 20 juin.)

A tous ceus qui ces presentes lettres verront : Je Gautiers de S. Denis, chevalier et sire de Juilly, salut en notre Seigneur. Je fais à savoir à toüs que je tieng et tenré et fere tenir à ma femme et à Jehennot mon filz et à tous mes hoirs, à tousjours fermement, la pes et l'acordance tele comme messires li évesques d'Auceurre a fete et accordée de moi et de messire Renaut de Mintri chevalier, mon neveu, et promet en bonne foi que l'ordenance tele comme il l'envoyera scellée de son scel je tenré et garderé à tous jors fermement sans rappeller de moi ne de mes hoirs. Et por ce que ceste chose soi ferme et estable, je et ma femme Helissent avons scellé ces presentes lettres de nos sceaux. Ce fu fet l'an de l'Incarnation de notre Seigneur mil et deux cens et soissante neuf, le diemenche devant la Nativité S. Jean-Baptiste.

(*Tiré de l'original que je conserve, scellé du sceau d'Helisende en cire verte.*)

N° 212.

Acte donné par Jean de Sully, archevêque de Bourges, concernant les parents de Gui de Mello, évêque d'Auxerre.

(An 1269, 30 novembre.)

Universis presentes litteras inspecturis: Johannes, permissione divina Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constituta charissima consanguinea nostra Isabellis de Melloto, dedit nobili viro domino Droconi de Melloto, fratri suo, duo millia librarum Turonensium, quas venerabilis pater G. Dei gratia Autissiod. episcopus, patruus suus, penes se in deposito habebat. Voluit etiam et mandavit predicta Isabellis, presente predicto episcopo, ut idem episcopus dictam pecunie summam fratri suo traderet et liberaret. Ac eundem episcopum de predicta pecunie summa quittavit in perpe-

tuum, coram nobis. In cujus rei testimonium, ad petitionem prefate Isabellis de Melloto, predicta volens, concedens et confitens esse vera sigillum predicti reverendi patris J. archiepiscopus Bituricensis presentibus litteris rogavi apponi, atque meum apponi in testimonium predictorum. Datum Parisius, anno Domini M. CC. LXIX. die sabbati in festo B. Andree.

(*Tiré de l'original que je conserve, scellé du sceau de l'archevêque de Bourges.*)

N° 213.

Droits curiaux exercés par l'abbesse de Saint-Julien d'Auxerre, dans son église, à certains jours.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis Autissiodorensis salutem in Domino. Noveritis quod inter cetera que in litteris bone memorie Agnetis olim abbatisse Sancti-Juliani Autissiod. continentur duos articulos infrascriptos vidimus contineri, quos verbo ad verbum presentibus litteris fecimus annotari. Quorum unus talis est : In omnibus festivitatibus Beate Marie, Sancte-Crucis, Beati-Petri et Sancti-Andree, presbyter Sancti-Martini omnes parrochianos suos adducere debet ad ecclesiam Sancte-Marie, ad audiendam missam. Item alius talis est : omnes servientes Sancti-Juliani si uxores acceperint, benedicentur in ecclesia Beate-Marie, et omnis oblacio eorum et omnium qui benedicti fuerint ibidem thesaurarie erit, et sacerdos Beati-Martini jus suum cum purificatione tantum accipiet. Quod autem in predictis duobus articulis vidimus contineri verbo ad verbum transcribi fecimus et presenti eorum transcripto, salvo jure alterius, sigillum curie Autissiodorensis diximus apponendum.

Datum et visum die martis post octabas Purificationis Beate Marie-Virgini, anno domini M° CC° LXIX.

(*Pièce sur parchemin autrefois scellée; Arch. de l'Yonne F. S. Julien.*

N° 214.

Extrait du testament et codicille de Guì de Mello, évêque d'Auxerre, des années 1260 et 1270.

(An 1270.)

Anno Domini M. CCC. VI, mense februario, in testamento bone memorie G. de Melloto, quondam Autissiod. episcopi, confecto anno M. CC. LXV, mense octobris, nec-non et codicillis confectis anno septuagesimo, die jovis post Exaltationem S. Crucis, extracta sunt ea que sequuntur spectantia, inter cetera, ad ecclesiam Autissiodorensem. Legata dispertita seu ordinata ab eodem defuncto :

Primo, Autissiodorensi capitulo ducente et sexaginte libre Turonenses annui redditus, ad augmentationem distributionum, prout in litteris patentibus super hoc confectis plenius continetur.

Item capellanis Sancti-Michaelis et Sancti-Joannis Rotundi, ducente et quadraginta libre Turonenses annui redditus.

Item domui Dei de claustro Autissiod. viginti libre Turonenses annui redditus.

Item ad distributiones vicariorum in ecclesia Autissiodorensi institutorum, triginta-quinque libre Turonenses annui redditus.

Item centum solidos annui redditus, ad augmentationem distributionum clericis de choro non canonicis, in matutinis.

Item centum libre Turon. ad emendos redditus et ceram quam habebat in ecclesia S. Peregrini Autissiod., pro luminari angelorum.

Item pro anniversario ejusdem, quindecim libre Turonenses annui redditus in ecclesia Autissiodor, et viginti libre ad emendos redditus pro anniversario in ecclesia B. Marie in civitate Autissiodor., et centum solidi ad emendos redditus pro anniversario in capella de Trinitate.

Item centum solidi ad emendos redditus pro pitancia infirmorum domus Dei de claustro, annis singulis, die anniversarii sui.

Item fabrice ecclesie Autissiodorensi viginti libre, apposita clausula quod si heredes vel aliqui eorum hanc ordinationem impugnarent, quod tanquam ingrati a successione excludentur et devolvetur ad superiores in consanguinitatis gradu qui adimplere voluerint.

Executores bone memorie Odo Rothomagensis, Johannes Bituricensis archiepiscopi, illustris vir Theobaldus rex Navarre, venerabiles viri Guido decanus B. Martini Turonensis, Petrus precentor Senonensis, Magister H. de Virzeliaco et Erardus de Lisiniis, nepos ejus, tunc Ausiodor. canonicus.

Item ex codicillis subsequentibus, sub data predicta, tracta sunt ea que sequuntur ad capitulum Autissiodorense spectantia : scilicet capelle ejusdem vestimenta brodata, alba cum capa de eodem, et vestimenta viridia, cum calice de auro et thu-

ribulum argenteum deauratum, cum cambuca et bacinis argenteis, erunt ecclesie Autissiodor.

Item precepit emi redditus ad faciendas octavas de S. Augustino et festum solemne de Nativitate B. M. V. in ecclesia Autissiodorensi.

Item ecclesie B. M. V. in civitate Autissiodor., trecenta libre Turonenses pro anima defuncti Roberti Caprarii in redditibus convertende ad utilitatem ipsus ecclesie, tali modo quod canonici dicti loci, promissa que dicuntur fecisse solvent, et cum predictis trecentis libris in utilitatem dicte ecclesie convertent, et oratorium seu capellulam super sepulturam dicti Roberti construent.

Item, si post decessum charissimi nepotis nostri Erardi, decani Autissiodor., episcopus qui successor noster erit, domum nostram Parisiensem ad opus ecclesie Autissiodor. habere velit, eam pro septingentis libris Turon. habeat.

Item de redditibus legatis mortificandis volumus quod mortificari poterunt : qui autem non poterunt, vendentur : et volumus quod de nostris mobilibus suppleatur.

(*Ex veteri exemplari XIV Seculi.*)

N° 215.

Bref du pape Grégoire X au prieur de Villiers, diocèse de Sens, pour la conservation des biens du Chapitre d'Auxerre.

(An. 1271.)

Gregorius episcopus, servus servorum Dei : dilecto filio priori de Villari monasterio, Senonensis diecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii, decanus et capitulum ecclesie Autissiodor., quod nonnulli iniquitatis filii quos pro suis ignorant, quedam jura que pitagia vulgariter appellant, decimas, terras, possessiones, redditus et nonnulla alia bona ipsius ecclesie maliliose occultarunt et occulte retinere presumunt, in animarum suarum periculum, et ejusdem ecclesie non modicam lesionem. Quare dicti decanus et capitulum humiliter petebant a nobis ut providere super hoc eidem ecclesie paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi occultos detentores jurium, decimarum et aliorum predictorum bonorum publice in ecclesiis coram populo, per te vel per alium moneas ut intra competentem terminum quem illis ad hoc prefixeris ea dictis decano et capitulo a se debito manifestent, et debitam de iis satisfactionem impendant. Alioquin ex tunc in eos si infra alium terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeris prefigendum, hujusmodi monitis parere contempserint, generalem excommunicationis sententiam proferas, faciens eam ubi et quando expedire videris usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Datum apud Urbem-veterem, x. kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo.

(*Ex autographo.*)

N° 216.

Compromis des comtes de Champagne et de Bar entre les mains d'Erard, évêque d'Auxerre.

(An 1271.)

Nous Henry, par la grace de Dieu, roy de Navarre et de Champagne et de Brie, Cuens Palatin, feisons à savoir à tous ceus qui verront et orront ces presentes lettres, que cum discorde fust entre nous d'une part, et haut homme et noble notre amé et féal Thiebaut, comte de Bar d'autre part, d'androit de la grange de Viel-Moustier et des appendises de cele grange, laquelle nous disoient que elle estoit de sa garde : nous en avons fait compromis de haut et de bas en hounorable père Erart, par la grace de Dieu, evesque d'Aucuerre, et promettons en bonne foy sans james aler encontre que nous an tanrons fermement ce que li devanditz evesque en dira ou rapportera par son dit, soit par droit ou par peis. En tesmoignage de laquele chose nous avons mis nostre scel en ces presentes lettres qui furent festes en l'an de l'Incarnation nostre Seigneur mil deus cens soixante unze, le jour de la Mazeleine.

(*Tiré de l'original que je conserve scellé, en cire rouge du sceau du roi de Navarre.*)

N° 217.

Reconnaissance de la comtesse Yolende, au sujet de l'obligation de porter l'évêque d'Auxerre à sa réception dans sa ville episcopale.

(An 1272.)

Universis presentes litteras inspecturis : Yolendis comitissa Nivernensis salutem in Domino. Noverint universi quod cum controversia verteretur inter venerabilem patrem Erardum, Dei gratia, Autissiodorensem episcopum, ex una parte, et nos Yolendim comitissam Nivernensem, ex

altera, eo quod ad diem inthronisationis sue citata ipsum ad cathedralem ecclesiam cum aliis non portaveramus, nec sufficienter miseramus, predicto episcopo asserente, quod ad ipsum portandum et successores suos die inthronisationis sue nos tenebamur ratione feodi de Donziaco et ratione feodi Autissiod. Nos, concedentes quod ratione feodi de Donziaco ad hoc tenebamur, nisi possemus probare quod dicta portatio ratione feodi de Giemo dicto episcopo deberetur, non autem ratione feodi Autissiodorensis. Quia tamen nobis constitit per litteram bone memorie Petri quondam comitis Autissiodorensis dictum episcopum et antecessores suos esse in possessione memorata portationis ratione feodi Autissiodor. Nos recognoscimus quod nos et successores nostri tenemur portare predictum episcopum Autissiodor. et successores suos; cum idem episcopus et successores sui sint et fuerint in possessione memorate portationis, tam a nobis quam ab heredibus nostris Autissiodorensi episcopo faciende, non solum ratione feodi Donziaci, ut predictum est, sed etiam ratione feodi Autiss. quod ab ipso tenemus.

In cujus rei testimonium nos Yolendis, comitissa Nivernensis, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Lisinias, an. MCCLXXII, die jovis post Invent. B. Stephani. Nos autem Robertus, advocatus Bitunie, et comes Nivernensis, maritus dicte Yolendis, omnia singula premissa rata habentes, ac etiam confirmantes, sigillum nostrum presentibus litteris una cum sigillo dicte Yolendis, anno et die predictis, in testimonium premissorum duximus apponendum.

(*Ex Tabul. episc. Autiss.*)

(V. Gall. Christ. t. XII, une charte de la même comtesse, donnée devant le duc de Bourgogne.)

N° 218.

Union d'une prébende de la collégiale de Varzy, à la chantrerie de la même église.

(An 1273, mai.)

Erardus, divina miseratione, Autissiodorensis episcopus : universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Cum nos attendentes proventus et exitus cantorie ecclesie Beate-Eugenie de Varziaco, nostre diecesis, nunc pertinentes, nimis tenues et exiles ad ipsius cantorie onera supportanda, de bonorum virorum consilio, ad honorem Dei, dicte ecclesie utilitatem, et ad divinum officium in ea per dietum cantorem commodius exequendum, prebendam in dicta ecclesia vacantem per mortem magistri Guidonis de Chableiis, quondam ejusdem ecclesie canonici, dicte cantorie perpetuo annectimus et unimus, volentes et concedentes quod dictus cantor qui nunc est, vel qui pro tempore erit, ex nunc grossos fructus, exitus et proventus ac omnia jura dicte prebende integraliter percipiat et habeat. Hanc autem ordinationem et unionem a nobis factam statuimus autoritate diocesana et precipimus, in posterum, firmiter et inviolabiliter observari. Hoc autem cantor, thesaurarius, totumque capitulum predicte ecclesie voluerunt, concesserunt et approbaverunt, prout in litteris dictorum cantoris et capituli plenius continetur. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillo nostro duximus sigillari. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, mense maio.

(*Tiré de la confirmation de Guillaume des Grez, évêque, de l'an 1291.*)

N° 219.

Ratification par Erard, évêque d'Auxerre, seigneur de Lesignes, d'une acquisition faite par les religieuses de ce lieu.

(An 1275-76, 10 janvier.)

Universis presentes litteras inspecturis : Erardus, Dei gratia, Autissiodor. episcopus, dominus Lesniarum, salutem in Domino. Cum Joannes, dictus Monachus, miles, abbatisse et conventui monasterii Lesinarium, Cisterc. ordinis, portionem illam decime quam percipiebat et percipere consueverat in decima de Sambour, quam quidem decimam a nobis tenebat in feodum, vendiderit sicut dicit. Noveritis quod nos dictam venditionem laudavimus et approbavimus, et quod dicta abbatissa et conventus dictam decimam teneant et possideant in perpetuum tanquam dominus feodi confirmamus, et eandem decimam amortizamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum et datum die jovis post apparitionem Domini, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto. Sic signatum : Petrus Mileti.

N° 220.

Pierre d'Anisy, trésorier de Sens, enterré dans l'église d'Auxerre, dont il avait été chanoine.

(An 1274.)

Anno ab Incarnatione millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, Dominus Petrus de Anisiaco, jam senex et debilis corpore, thesaurarius majoris ecclesie unanimiter eligitur, ex genere mediocri, sed scientia famosus et moribus plenus, regnante super Francos Philippo III, Rome nullo imperante, vivente Summo pontifice Johanne XXI, a quo predictus dominus Petrus de Anisiaco confirmatur, consecratur, ac honore pallii decoratur. Eodem anno idem Petrus in regressu curie moritur, nec Senonis receptus est, imo in majori ecclesia Autissiodorensi, in qua canonicus fuerat, sepelitur.

(*Ex chronico manuscripto magistri Gofredi Senonensis, inter M*ss *Bibl. capituli Senonensis.*)

N° 221.

Fondation de Jean de Challon, comte d'Auxerre, en l'Abbaye de Marcilly.

(An 1276-77, janvier.)

Je Jehan de Challon, comte d'Auxerre, et Alix ma femme et espouse, comtesse d'Auxerre; faisons sçavoir a tous ceux qui orront ces presentes lettres, que pour la grande et bonne dilection que nous avons à Dieu et à l'église dou repos de Nostre-Dame la glorieuse vierge Marie nostre Dame de Marsilly, de l'ordre de Citeaux en la diocèse d'Autun, et aux religieuses dames, l'abesse et le couvent, et pour nostre anniversaire, laquelle celebreront et feront celebrer en la devantdite eglise chacun an, tant comme nous vivrons d'une messe dou Sainct-Esprit lou premier jour du mois de mars, et après nostre mort ladite messe se dira pour les trepassez chacun an audict jour solemnellement. Cognoissons et confessons par nostre foy, avoir donné à la devant dite eglise en pure et perdurable ausmosne pour le remède de nos ames et de nos..... cesseurs, et pour nostredit anniversaire l'usage en nos boys de Marraulx qui nous appartiennent à cause de nostre comté d'Auxerre pour le chauffage desdites religieuses, et pour leur fort en ladite abbaye, et pour les nécessitez de la devant dite église. Et nous Jehan de Challon et Alix comtesse dessusdicts promettons par nostre foy et par nostre serment donné aux sainctes Evangiles de Dieu le devantdit, sauf à garder et entretenir à ladite Eglise en obligeant nosdicts boys et tous nos biens et les biens de nos hoirs. En tesmoing desquelles choses nous avons mis nos seaulx en ces présentes lettres qui furent faites et donnees en nostre ville d'Auxerre, l'an de grâce mil deux cent soixante et seize, au mois de janvier.

(*Tiré de la copie écrite par un notaire.*)

N° 222.

Amortissement en faveur de l'abbaye des Isles proche Auxerre, par le comte Jean de Challon.

(An 1276, 27 août.)

A touz ces qui verront ces presentes lettres : Jehanz de Chalon, Cuens d'Auceurre, et Aleiz sa fame, comtesse d'Auceurre, salut en notre Segnor. Sachent tuit que nous, por la devotion que nous avons vers l'abeie des Isles de lés nostre cité d'Auceurre, avons amorti et amortissons à la devandite abeie totes les choses queles queles soient que les nonnains de ceiles abeie ont acquis puis trente et cinq ans en ça, en notre joutise où que ce soit. Après nous voulons et otroions audevant dites nonnains que ciles paisiblement se puissent accroistre, des cy en avant, tojorsmès, sans contredit, an tote notre joutise, ou que ceile soit especiaument en ladite joutise de S. Gervais; mais que ce ne soit en nos fiez et en nos rièrefiez, jusques à vint livres de terre à paresis; et promettons an bone foy que nos, totes ceschoses que ciles ont acquises puis trente et cinq anz en çá, lor garentirons de nous et de noz hoirs, et de noble baron lou duc de Borgoigne, et que contre l'ottroi que nous faisons aus nonnains et à l'abeie desusdites, par nous ne par autrui ne varront jamais. Et por ce que cette chose soit ferme et citable, nous avons donné aus devandites nonnains ces presentes leitres saleis de nos seaus. Ce fu feit et donné en l'an de l'Incarnation Nostre-Signor, mil deux cent sexante et seize, lou jeudi, après feste seint Bartholomiaut l'apostre.

(*Tiré de la copie d'un notaire.*)

N° 223.

Condamnation du prévôt et du bailli d'Auxerre, par le parlement, pour délit commis contre des clercs.

(An 1277-78, janvier.)

Quia Jacobus Aisant, tunc prepositus Autissiodorensis inventus fuit culpabilis delicto commisso contra quosdam clericos Autissiodorenses, super quo conquesti fuerant decanus et capitulum Autissiodorense : Ordinatum extitit in dicto parlemento quod faciet quatuor processiones, primam in Ramis Palmarum, secundam ad Ascensionem, tertiam ad Trinitatem, et quartam in festo S. Stephani solemniter et reddet capitulo centum libras Turonenses.

(*Ex registris Olim B. f.* 36, *inter arresta expedita in parlamento Epiphanie Domini, anno ejusdem* 1277. — Olim. t. II.)

N° 223 bis.

Jugement du même genre contre le bailli d'Auxerre.

(An 1277-78.)

Nicolaus de Passu, tunc ballivus Autissiodor., pro eodem delicto super quo fuit culpabilis, solvet ducentas libras Turonenses, et per dominum regem partientur secundum quod viderit bonum esse inter capitulum Autissiodorense, et magistrum Reginaldum de Sagio clericum domini regis; et retinebit idem dominus rex de dictis ducentis libris Turonensibus si voluerit aliquam partem seu quotam sibi. De ipsis autem reddendis comes Autissiodorensis constituit se principalem redditorem. Scietur preterea, per ballivum Senonensem, si idem Nicolaus est pauper vel dives, et preter hec faciet processiones ad voluntatem domini regis, vel consilii sui ; debetque representare coram domino rege quotiens sibi significabitur ex parte domini regis seu ballivi Senonensis.

(*Ex registris Olim B. f.* 36, *inter arresta expedita in parlamento Epiphanie Domini, ann.* 1277.)

[Vide apud Laur. Bouchel, in verbo *processions*, fol. 777, in summa beneficiali.]

N° 224.

Indication d'un jour pour l'élection d'un évêque d'Auxerre.

(An 1278, 2 novembre.)

Omnibus presentes litteras inspecturis. H..... decanus, G..... archidiaconus Autissiodorensis, Michaël archidiaconus in eadem ecclesia, Stephanus succentor, Odo Isambardi, Anselmus de Malliaco, Guillelmus de Noa, Felix de Trecis, Petrus de Gessia, Petrus de Apponiaco, Joannes Pedis-Negris, presbyteri, Obertus de Virziliaco, Odo de Salone, Stephanus sacrista, Henricus de Nivernis, Jacobus de Jofeinval, Regnaudus de Mimochiis, Hugo de Charitate, diaconi, Gaufridus Cacabi, Petrus Viarii, Hugo de Acrivilla, Hugo de Tiangulo, Hugo de Sancto-Gengulpho, Vincentius de Mena, Girardus de Villa-super-Arciam, Andreas de Divione, Odo de Pontengiaco, et Simon de Trecis, subdiaconi, canonici predicte Autissiodorensis ecclesie, salutem in Domino. Notum facimus quod nos publice recognoscimus diem jovis post instans festum Nativitatis Domini assignatam esse in capitulo nostro ad tractandum de futuri electione Pontificis et ad eligendum seu providendum ecclesie nostre vacanti, ad presens, per translationem factam de reverendo patre E...., Dei gratia, quondam episcopo nostro, promoto nuper seu assumpto in cardinalem episcopum Prenestinum, de persona idonea in episcopum et pastorem. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra per ordinem duximus apponenda. Datum die veneris post festum omnium Sanctorum, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo.

N° 225.

Affranchissement des habitants de Cravan par le chapitre d'Auxerre, et confirmation de cet acte par l'évêque.

(An. 1280, 1er mai.)

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus, miseratione divina, Autissiodorensis episcopus, salutem in Domino. Notum facimus quod dilecti in Christo filii nostri decanus et capitulum ecclesie nostre Autissiodorensis predicte burgensibus de Crebanno, nostre diocesis, concesserunt quasdam libertates, prout in eorum litteris sigillo dicti capituli sigillatis continetur, quarum tenor talis est.

Universis presentes litteras inspecturis: Hugo, decanus, ac totum capitulum Autis-

siodorense, salutem in Domino. Cum omnes homines, jure naturali inspecto, gaudere debeant privilegio libertatis, ac inter ceteros Christiane fidei ministros, ecclesia, ut pote mater omnium fidelium, libertatis privilegium non solum concedere, sed etiam ab aliis Christi fidelibus concessum tueri ac protegere teneatur, juxta sacrorum canonum instituta ac legum secularium legitimas sanctiones; ideo nos, sanctorum patrum institutis inherere volentes, quasdam libertates inferius annotatas burgensibus nostris de Crebanno, qui nunc sunt et qui in posterum in eadem villa fuerint moraturi, et eorum heredibus, diversis super hoc tractatibus habitis, ac utilitate ecclesie nostre pensata, prospectis etiam meliorationibus, concedimus sub hac forma. Imprimis enim manum mortuam quam habebamus in hominibus de Crebanno ac possessionibus et bonis eorumdem, in quibuscumque locis existentibus, cum juribus et conditionibus universis ad dictam manum-mortuam pertinentibus, per que posset dictis burgensibus aliquod prejudicium generari, predictis burgensibus omnino remittimus et quitamus; hoc excepto, quod si aliquas posessionnes aliqui vel aliquis eorum hasberent in aliis villis nostris, finagiis et pertinenciis, in quibus manum mortuam habemus, eo vel eis decedentibus sine herede proprii corporis ab eo vel ab eis non diviso, ad nos, nomine ecclesie nostre, devenient sicut prius. Item tailliam quam habebamus super homines dicte ville, alte et basse, de triennio in triennium, temperamus et abonamus et limitamus in modum inferius annotatum. Item consuetudinem bladi de grangia nostra, in dicta villa nostra de Crebanno existente, adducendi per eos Autiss. suis sumptibus et expensis. Item consuetudinem de saccis tradendis ad dictum bladum adducendum. Item consuetudinem de culcitris tradendis quotiescumque decanum vel camerarium, seu alios canonicos ad locum illum declinare contingeret, et ibidem pernoctare. Item consuetudinem custodiendi incarceratos, ibidem captos a nobis vel mandato nostro, quos custodire suis sumptibus tenebantur, eis omnino remittimus et quittamus, et volumus quod quoad predicta, plena libertate, eo etiam adjecto, quod si aliquis burgensium decederet non habens propinquum vel consanguineum, bona ejus sine contradictione aliqua ad nos seu prebendarios dicti loci devenerint, et per annum custodientur per camerarium dicti loci vel ejus mandatum; quo elapso, herede non existente seu non comparente, penes prebendarios remanebunt. In recompensationem vero omnium et singularum libertatum predictarum, dicti burgenses promittunt nobis decano et capitulo predictis, reddere et solvere centum viginti libras Turonenses annui redditus tantummodo, in perpetuum, nobis in capitulo nostro Autissiodorensi, singulis annis infra Octabas Purificationis B. Marie Virginis, nomine taillie, et pro tailla memorata; ad quas predictas centum viginti libras Turonenses imponendas et assidendas et recipiendas a sponte volentibus solvere, predicti burgenses tres de seipsis eligent, et camerarius dicti loci alios tres de burgensibus dicte ville eliget, qui coram dicto camerario de fideliter agendo, imponendo et assignando unicuique, juxta facultates suas, congruam portionem prestabunt juramentum. Et si non possunt dicti burgenses concordare de dictis tribus eligendis, camerarius eliget sex de ipsis, et coram eodem jurabunt, prout superius est expressum. Et si aliquis esset qui nollet solvere portionem sibi assignatam, per camerarium vel ejus mandatum solvere compellatur.

Item burgenses predicti pro premissis et in recompensationem premissorum promittunt nobis, nomine ecclesie nostre Autissiodorensis, exsolvere annuatim quintam decimam vini de omnibus vineis in territorio seu finagio de Crebanno constitutis, de quibus prius vicesimam percipiebant ratione decime. Et si quas vineas aliquis burgensium predictorum, in dicto territorio seu finagio acquiret in posterum, similiter quintam decimam nobis exsolvere tenebitur, salva portione presbyteri parochialis ecclesie de Crebanno, quam ut moris est percipiet, et quam per conventiones hujusmodi non intendimus in aliquo diminuere, seu etiam augmentare. Pro dictis vero centum viginti libris annuatim solvendis, dicti burgenses, se et heredes suos et omnes successores in dicta villa de Crebanno residentes, obligant, necnon et omnia bona sua mobilia et immobilia ad quascumque personas devenient, sive sint laïci, sive clerici conjugati, dictam vero quintam decimam vini solvent nobis prebendariis dicti loci, infra festum B. Martini hyemalis, post vindemias, quolibet anno venturi. Quod si per nos vel prebendarios dicti loci steterit quominus dicta quinta decima solvatur infra dictum terminum, vina sua vendere poterunt, et secundum pretium venditionis a domino dicti vini facte, portionem dicte decime in qua tenebuntur, nobis vel prebendariis solvent in pe-

cunia numerata, ligno dolii duntaxat excepto.

Item dicti burgenses, pro premissis et in recompensationem premissorum, remittunt nobis omne jus et usagium quod habebant in nemore de Veriaut, salvis pascuis ad eorum animalia que sibi retinent prout in aliis nostris nemoribus de Crebanno habere consueverunt. Item promittunt nobis solvere pro premissis, ut dictum est, sibi concessis et quittatis, dicti burgenses, mille et quingentas libras Turonenses in pecunia numerata. Item solvere tenebuntur pro premissis sibi, ut dictum est, concessis et quittatis, nobis centum libras Turonenses, in continenti, ad distribuendum in capitulo inter canonicos qui presentes fuerint in eodem. Item promittunt nobis solvere, in recompensationem premissorum, duodecim libras Parisienses pro culcitris emendis in domo nostra de Crebanno; et de iis culcitris tradendis erunt quitti dicti burgenses in perpetuum et immunes. Item solvere tenebuntur in recompensationem premissarum libertatum sibi a nobis concessarum, nobis, dicti burgenses, ducentas libras Turonenses pro prisione facienda ibidem. Item solvere tenebuntur, pro premissis a nobis sibi concessis, geolario nostro sive custodi carceris, centum solidos Turonenses annui redditus, seu assignare eidem qui etiam geolarius habebit, quatuor denarios a quolibet qui ibi incarcerabitur, qui incarceratos custodiet nomine nostro et periculo suo. Item dicti burgenses solvere tenebuntur, ex causis antedictis, prebendariis dicti loci, pro dicta manumortua eis ibi assignata et dictis burgensibus remissa, ut dictum est, usque ad quatuor annos proximo subsequentes, quolibet anno, centum libras Turonenses terminis inferius constitutis. Solvent autem dicti burgenses statim dictas centum libras Turonenses ad distribuendum. Item duodecim libras Parisienses pro culcitris emendis. Item a festo Omnium Sanctorum proximo venturo, usque ad annum, ducentas libras Turonenses pro prisione, et quater centum libras Parisienses de dictis mille quingentis libris Turonensibus, et quolibet anno subsequenti ducentas libras Parisienses, quousque de dictis mille et quingentis libris Turonensib. nobis fuerit integraliter satisfactum. Item prebendariis predictis solvent in compoto B. Lucie proximo venturo, de dictis quater centum libris, quinquaginta libras Turonenses, et in compoto kalendarum maii subsequenti, quinquaginta libras Turonenses, et sic quolibet anno, terminis subsequentibus, satisfacient dictis prebendariis, quousque dicti quatuor anni sint elapsi.

Has autem libertates dictis burgensibus concedimus considerata, pensata utilitate ecclesie nostre Autissiodorensis quam recognoscimus et confitemur nos fecisse et esse in premissis et quolibet premissorum. Omnia autem alia jura scilicet justitiam altam et bassam, juridictionem, bannicionem hominum pro crimine vel suspicione criminis, placita, mensuras, preconium, census, curveias carrucarum, necnon et omnia alia jura corporalia et incorporalia, personalia et realia, nobis et successoribus nostris et ecclesie nostre, utpote dominis temporalibus dicte ville et pertinentiarum, et quecumque dominis temporalibus possunt et debent consueverunt competere, preter quam predictas libertates dictis burgensibus concessas, in rebus et personis eorum omnimodo retinemus. Promittentes etiam, eisdem burgensibus, quod nos eisdem predicta jura fideliter conservabimus et predictas libertates. Pro quibus autem adimplendis et inviolabiliter observandis dicti burgenses obligaverunt se, heredes suos, et omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura, et specialiter in villa et territorio de Crebanno constituta, videlicet quantum ad omnia supradicta. Promittentes se daturos nobis litteras officialis Autissiodorensis super premissis plenarie adimplendis. Nos vero, decanus et capitulum predicti, bona fide promittimus observare premissa et quelibet premissorum. In cujus rei testimonium et munimen, sigillum capituli nostri presentibus litteris duximus apponendum. Rogantes reverendum patrem nostrum Guillermum, Dei gratia, Autissiodorensem episcopum, ut premissis consentiat, et premissa auctoritate ordinaria placeat confirmare.

Datum in capitulo nostro generali kalendarum maii, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, die sabbati post festum Philippi et Jacobi.

Nos vero Guillelmus episcopus predictus, predictas libertates predictis burgensibus de Crebanno concessas approbamus et eisdem ex certa scientia consentimus, utilitate dicte ecclesie nostre pensata, ac eas autoritate ordinaria confirmamus. In quorum omnium testimonium et munimen ad requisitionem decani et capituli predictorum presentes litteras sigillo nostro duximus roborandas. Datum apud Regennas, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, die veneris in vigilia B. Laurentii.

(*Ex Tabul. Autiss.*)

N° 226.

Déguerpissement de la terre de Fleury, léguée au Chapitre d'Auxerre par l'évêque Gui de Mello.

(An 1280, 27 avril.)

Omnibus presentes litteras inspecturis.... Nos Gaufridus de Gienvilla, miles, et Mabilla uxor ejus, salutem in Domino. Noverint universi quod cum inter nos ex una parte, decanum et capitulum Autissiodorense ex altera, super villa de Fleuriaco ejusque pertinentiis, mota esset discordia, nosque de predictis villa et pertinentiis nobili viro Humberto de Bello-joco constabulario Francie, homagium fecissemus : Tandem deliberatione diligenti prehabita, ex testimonio fide dignorum et aliis, coram accepimus, et veraciter cognovimus, dictam villam cum ejus pertinentiis ad ipsos venerabiles viros decanum et capitulum Autissiod., ex legato bone memorie Guidonis quondam Autissiodorensis episcopi pertinere. Hinc est quod in dictis villa et pertinentiis ejus nostris litteris publice confitemur nos nullum jus habere, nec etiam habuisse. Et si quod habuimus vel habemus, quod amodo et renunciamus omnino, illudque predictis decano et capitulo remittimus penitus et quittamus, cum dictam villam et ejus pertinentias sine prejudicio animarum nostrarum et sana conscientia non possemus retinere. Volentes quod ipsi decanus et capitulum predictam villam, cum ejus pertinentiis, in perpetuum libere possideant et quiete. Promittentes, per fidem nostram, nos in predicta villa et pertinentiis ejusdem nihil juris per nos vel per alium de cetero reclamare, seu facere reclamari, nec ipsos decanum et capitulum impediemus vel impediri faciemus, quominus dictis villa et pertinentiis pacifice gaudeant tanquam suis. Et ad hec tenenda et inviolabiliter observanda. Nos...... et omnia bona nostra ipsis decano et capitulo specialiter obligamus. Volumus insuper et concedimus quod si nos, seu successores nostros contra premissa vel aliqua premissorum venire contingeret, quod absit, quod venerabilis vir....... qui pro tempore fuerit, in nos heredes seu successores nostros excommunicationis in totam terram nostram interdicti faciant sententiam...... relaxetur quousque ipsis decano et capitulo de premissis omnibus et singulis fuerit integre satisfactum. Renuntiantes specialiter et expresse exceptioni doli fori privilegio militari, privilegio crucis sumpte et assumende...... et quia nos... possimus dicere nos esse deceptos seu circumventos in premissis, vel in aliquo premissorum omnibus..... hoc possent objici seu dici. Nos heredes et successores nostros quoad hoc specialiter obligantes et jurisdictioni curie Trecensis specialiter supponentes.

In quorum omnium testimonium et munimen sigilla nostra presentibus litteris ducimus apponenda. Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, die dominica post festum B. Georgii.

(*Ex Tabul. Eccles. Autiss.*)

N° 227.

Fragments historiques sur Auxerre, tirés du dernier f° du man' de la chron. de S. Marien, conservé autrefois à Notre-Dame-la-d'Hors.

(An 1265 et suiv.)

Anno Domini MCCLXV, in Conversione S. Pauli, fuit tanta inundatio aquarum quod fuit per omnes officinas abbatie S. Mariani, et quod oportuit conventum in infirmitorio comedere.

Anno MCCLXX fuit grave incendium in burgo B. Marie.

Anno Domini MCCLXXX, pridie Idus Januarii, tanta fuit inundatio aquarum apud S. Marianum per omnes officinas abbatie, quod oportuit conventum in claustro comedere in parte juxta templum, et hauriebamus aquam cum manu in puteo, et tenuimus capitulum in templo.

Anno Domini MCCLXIX, VI kalend. aprilis, Ludovicus, rex Francie et omnes filii sui ultra mare proficiscentes, fuerunt apud Autissiodorum.

Anno Domini MCCCLVIII, mense decembri, recessit totus conventus ab ecclesia Sancti-Mariani, propter guerras Anglicorum, et fuit commoratum Autissiodori in ecclesia B. Marie extra muros Autiss. ad annum LXXIII., quo anno, mense julio, videlicet V kalend. augusti iterum reversus est in ecclesiam S. Mariani.

Et eodem anno MCCCLVIII, octavo die mensis martii capta fuit civitas Autissiodori ab Anglicis, videlicet die Focorum ante auroram ; et erat dux eorum quidam miles qui dicebatur Robertus Quenole, et ibi fuerunt usque primam diem maii : et die Nativitatis B. M. sequenti, iterum capta fuit a Francis qui eam fortificaverunt et edificaverunt muros et portas destructas per dictos Anglicos ; et moratus fuit dictus conventus in dicta ecclesia B. Marie usque ad annum LXXIII.

L'an de grâce M CCCC et VI, le mercredy

v jour de may furent mises au clochier de cette église, en une boiste soldée, les reliques qui s'ensuivent en appareillant ledit cloichier : et premièrement plusieurs reliques qui furent trouvées en ladite boiste, en depeçant ledit cloichier pour iceluy appareiller. Item des reliques mises oudit cloichier de monsieur S. Vigile, de S. Jehan-Baptiste, de S. Père et de S. Pol, de la coste S. Germain, du sang des Innocens, du suaire S. Lynart, du mantel S Martin, de la table du Saine nostre-Seigneur. Puis révérend Père en Dieu frère Richard Colas, abbé de Saint-Marien, frère Jehan Prestat, frère Guillaume Sollement, frère Regnaud Petit-Robert, religieux demeurans en ladite église, Pierre Cousinot, procureur du roy, maistre Jehan Robiqueaul, Pierre Odevaux l'aisné, Droin Piot, procureurs de ladite église, et je Jacquin Croquart. clerc tabellion du roy nostre sire, qui cette cédule ai escripte de ma propre main, et signé de mon seing manüel l'an et jour dessusdit.

Quoquart, *ita est.*

Et je Jehan Robiqueaul, tabellion du roy nostre sire, en tesmoing de vérité ay cis mis mon seing manuel avec le tabellion dessusdit.

Robiquelli, Odevaux.

N° 228.

Hommage du comte de Flandres à l'église d'Auxerre, pour ses terres du Nivernais.

(An 1281, 4 juin.)

Omnibus presentes litteras inspecturis : Joannes abbas S. Mariani, ordinis Premonstratensis, Joannes abbas S. Petri ordinis S. Augustini, G. archidiaconus Autissiodorensis, M. Archidiaconus in ecclesia Autissiodorensi, prior S. Eusebii, Gaufridus prior de Testis, civitatis et diecesis Autissiodorensis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis quod anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, die mercurii post Pentecostes, nos omnes existentes in aula superiori reverendi patris, miseratione divina, Autissiodorensis episcopi, vidimus et audivimus quod nobilis vir Robertus de Flandria, comes Nivernensis, fecit homagium ligium dicto domino Autissiodor. episcopo, de feodo quod tenebat ab eodem episcopo, videlicet de terra et omni baronia et castellania de Donziaco, de Conada, de S. Salvatore, et de Murato, de dicto feodo et pertinentiis eorumdem : quo facto prefatus episcopus investivit eumdem comitem de dicto feodo. Hec autem omnia facta fuerunt, nobis omnibus atque Stephano succentore ecclesie Autissiodorensis, magistro Hugone de Hermento, Petro de Appoigniaco, Guillermo de Noa, Stephano sacrista, Henrico de Nivernis, Jacobo de S. Germano, Hugone de Sancto-Jamgulpho, Regnaudo de Mimochiis, Johanne de Brabyo, Petro Viarii, Guidone Jacobo de Romanis, et Girardo de Villa-super-Arcie canonicis Autissiodorensib. Galterio de Arccio vicecomite de Clameciaco, Hugone de Perreria, domino Saclariarum, Johanne de Montibus, Guillermo de Arceyo, Joanne de Viriaco, Petro de Penulo, militibus, Adam dicto Bourdon, Regnaudo Pantin et magistro Guillermo de Aurelianis, laïcis presentibus, videntibus, una cum nobis et audientibus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno et die predictis (1).

(*Ex Tabul. episc. Autiss.*)

N° 229.

Etablissement d'un luminaire de distinction aux fêtes de sainte Anne et de sainte Agnès, par Etienne de Châteaudun, sous-chantre d'Auxerre.

(An 1282, 25 août.)

Universis presentes litteras inspecturis : officialis Autissiodor., salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus, vir venerabilis, magister Stephanus de Castriduno, succentor Autissiodorensis, recognovit et asseruit coram nobis, in jure, se assedisse et assignasse viris venerabilibus thesaurario et sacriste ecclesie Autissiodorensis, nomine ejusdem ecclesie, triginta solidos Turonenses annui redditus quos se habere dicebat super domum Stephani Pereux, sitam in burgo S. Petri juxta domum defuncti Boneti, carnificis, ex una parte, et domum defuncti Alexandri, carnificis, ex altera parte, percipiendas et habendas, annis singulis, in perpetuum a dictis thesaurario et sacrista et eorum successoribus, ad Nativitatem Domini nomine Autissiodorensis ecclesie, pro ministrandis septem cereis in festo S. Anne matris B. M. V. et quinque cereis in festo S. Agnetis, ante majus Altare et aliis necessariis faciendis que in festo duplici debent fieri (2). Et pro minis-

(1) Reproduit dans la Gallia Christ. t. XII, preuv.

(2) Le nombre impair des cierges ici marqué désigne que c'était à terre, devant l'autel et à la manière des grands chandeliers, que le luminaire se plaçait alors, comme dans les anciennes églises.

frandis in translatione S. Nicolai, mense maio, et in festo S. Michaelis, mense octobri, et faciendis omnibus que in festo trium lectionum cum classico fieri debent. In cujus rei testimonium, ad petitionem dicti succentoris, sigillum curie Autissiodorensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die martis post festum B. Bartholomei Apostoli.

(*Ex Tabul. Eccles. Autiss.*)

N° 230.

Augmentation des distributions en l'église d'Auxerre.

(An 1283, juin.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus, vir venerabilis, magister Michaël de Vermentone, archidiaconus in ecclesia Autissiodorensi, dedit et concessit donatione facta inter vivos, sine spe revocandi et rehabendi, sed perpetuo valitura, venerabilibus viris decano et capitulo Autissiodorensi, prata sua cum salicetis, quatuor arpenta vel circiter ut dicitur continentia, que habet sita, ut dicitur, inter fontem S. Amatoris et molendinum domini episcopi quod dicitur molendinum de Boffaut, contigua pratis que dominus Hugo de Agrivilla Autissiodorensis canonicus tenet a dictis decano et capitulo. Item viginti solidos annui redditus, seu annue pensionis, quos habere dicitur assessos super ecclesiam de Palliaco, pro vinea defuncti Stephani Bataille, quam emerat dictus archid., ut dicitur, ab eodem; quam vineam dictus archidiaconus dedisse dicitur ecclesie de Palliaco predicte pro viginti solidis annue pensionis, et quam capitulum Autissiodorense predictus predicte ecclesie de Palliaco dicitur admortizasse. Cedens ex tunc et transferens in eosdem decanum et capitulum, omne jus, proprietatem, possessionem et dominium, et omnem actionem et prosecutionem quod et quas habebat, vel habere poterat, quacumque de causa, in rebus predictis, retento eidem archidiacono usufructu dictarum rerum quandiu sibi placuerit et vitam duxerit in humanis; et post ejus decessum dicta prata et redditus eorumdem, cum dictis viginti solidis annui redditus, erunt ad augmentationem distributionum que pro horis cothidianis, juxta ordinationem bone memorie Guidonis quondam Autiss. episcopi, fient in ecclesia supradicta. In cujus rei testimonium, ad requisitionem dicti archidiaconi, sigillum curie Autiss. una cum sigillo suo presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CC LXXXIII, mense junio.

(*Ex Cartul. Capit. Autiss. fol.* 121 v°.)

N° 231.

Même objet que dans la pièce précédente.

(An 1284, juillet.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, Guillelmus, miseratione divina, Autissiod. episcopus, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus Johannes, rector ecclesie de Palliaco, recognovit et asseruit venerabilem virum defunctum Michaelem quondam archidiaconum in nostra ecclesia Autiss., donasse ecclesie de Palliaco quamdam suam vineam quam a defuncto Bataille idem archidiaconus emerat, ut dicitur, sitam apud Palliacum inter cimiterium dicti loci et hortum ecclesie predicte; ita tamen quod pro vinea predicta idem curatus et ejus successores qui pro tempore fuerint, nomine ecclesie predicte, ad festum Omnium Sanctorum viginti solid. Turonenses venerabilibus viris dilectis filiis decano et capitulo Autissiodorensi, solvere teneantur in augmentationem distributionis ad horas cothidianas in Autissiodorensi ecclesia faciende. Unde cum hec, secundum quod a fide dignis intelliximus et nobis idem Johannes exposuit, et bona fide asseruit, non modicum sit commodum et utilitas ecclesie de Palliaco predicte, supplicavit nobis humiliter et devote quod nos ad dictos viginti solidos, prout dictum est, persolvendos, eumdem Johannem et curatos ipsius ecclesie qui pro tempore fuerint, obligaremus et manere vellemus in perpetuum obligatos. Cujus supplicationi annuentes, ad dictos viginti solidos predicto termino, dictis decano et capitulo pro predicta vinea persolvendos, ipsum curatum et ejus successores qui pro tempore dicti curati ecclesie fuerint, in perpetuum obligamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CC LXXX mense Julio.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.* fol. 111, v°.)

N° 232.

Indication de visite à Diges, par l'évêque Guillaume des Grez.

(An 1284, 3 nov.)

Guillermus, miseratione divina, episcopus Autissiodorensis, religioso et honesto viro decano de Recogneu, vel ejus vicesgerenti, salutem et dilectionem. Significamus vobis quod nos hac instanti die dominica ad locum vestrum, et causa visitationis ecclesiarum de Digia et de Aacam (*sic*) accedere proponimus, et ibidem pernoctare, Domino concedente. Quare vobis mandamus quatinus nobis et nostris necessaria preparetis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, die veneris post festum Omnium-Sanctorum.

(*Ex Cartul. S. Germani Autiss.* fol. 59.)

N° 233.

Formule d'établissement d'une solennité en la cathédrale d'Auxerre.

(An 1284, 28 décembre.)

Universis presentes litteras inspecturis : officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus, vir venerabilis, magister Stephanus succentor Autissiod. dedit et concessit et quittavit in perpetuum, coram nobis, capitulo Autissiodor. pro festo duplici de Transfiguratione Domini, annis singulis, in Autissiodorensi ecclesia celebrando, quatuor libras Turon. quas habere dicebat assessas et assignatas super res et possessiones inferius annotatas (*des biens à Monéteau.*) In quibus quatuor libris annui redditus sacrista Autiss. qui pro tempore erit, pro novem cereis ante majus altare in dicto festo ministrandis, quolibet anno quindecim solidos percipiet et habebit, se devestiens, in manu nostra, dictus succentor de dictis quatuor libris datis et de omni jure quod habebat in dictis possessionibus ratione earumdem ; et dictum capitulum volens investiri donationis titulo de eisdem, per traditionem presentium litterarum, promittens, bona fide, quod contra donationem et quittationem predictas per se vel per alium non veniet in futurum, se et heredes suos quod ad hec obligando et jurisdictioni curie Autissiod. supponendo. In cujus rei testimonium ad petitionem dicti succentoris sigillum curie Autissiodor. presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, die veneris ante Epiphaniam Domini.

(*Ex Cartul. Eccles. Autiss. fol.* 166).

N° 234.

Règlement sur la visite de l'abbaye de Crisenon par l'archiprêtre d'Auxerre.

(An 1284-85.)

Universis presentes litteras inspecturis : Guillermus, miseratione divina, episcopus Autissiodorensis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod cum de causa et controversia que erat inter magistrum Thomam, officialem Autissiodorensem, et nunc archipresbyterum Autissiodor., ex una parte, et religiosas mulieres abbatissam et conventum monast. de Crisenone, ex altera, super causa visitationis et procurationis quas petebat ab eisdem ratione archipresbyteratus sui, in nos, propter bonum pacis, esset compromissum sub forma et modis que in instrumento super hoc confecto plenius continetur. Nos, auditis hinc et inde propositis et allegatis, pro bono pacis, taliter inter partes duximus ordinandum : videlicet quod ipse magister Thomas, archipresbyter memoratus, et sui successores qui pro tempore fuerint, de biennio in biennium solam procurationem in abbatia supradicta pro se et suis, dummodo inibi ultra tres equitaturas non ducant, nec volumus ipsos ultra quam premittimus occasione officii sui aliquid posse petere quoquo modo aut exercere, nisi tantum predicationis officium quod per seipsos exercere poterunt si sibi videbitur expedire. Actum etiam fuit et dictum expresse in dicto compromisso quod pro expensis hinc inde factis neutra pars contra alteram possit exigere nomine expensarum. Actum et datum apud Regennam, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, mense februario, presentibus magistris Mattheo de Chellis, canonico Autissiodorensi et baillivo Domini episcopi Autissiodorensis, Joanne de la Toniere, curato de Courgiaco, Stephano, apothecario Autissiodorensi, fratre Regnaldo Viviani, ordinis FF. Predicatorum, Michaele curato de Tregniaco, Jacobo de Colonia, Michaele curato de Briaria, et pluribus aliis. Actum ut supra.

(*Ex Tabul. Crisenn.*)

N° 235.

Explication sur le droit de l'Annate des prébendes de l'église d'Auxerre, en faveur du prieuré de S. Eusèbe.

(An 1285, 3 juillet.)

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras inspecturis et etiam audituris, Guillelmus, miseratione divina Autissiodorensis episcopus, Hugo, decanus, et capitulum Autissiodorense, salutem in omnium Salvatore ad eternam rei memoriam. Notum facimus omnibus, tam presentibus quam futuris, quod cum predecessores nostri viris et religiosis abbati et conventui S. Laurentii de Abbatia, et ecclesie S. Eusebii Autissiodorensis, olim, in eleemosynam concessissent ut quoties in ecclesia nostra canonica prebenda vacaret, quacumque occasione eam vacare contigeret, omni exclusa exceptione et contradictione, totiens a die qua eam vacare dignosceretur usque ad unius annis curriculum prenotata ecclesia Sancti-Eusebii redditus canonice sive prebende ex integro haberet, ac iidem religiosi per longa tempora liberali concessione predicta in ecclesia nostra usi fuissent, pacifice et quiete, ac postmodum inter nos decanum et capitulum ratione fabrice nostre, quam dicebamus simile jus habere in perceptione fructum, cum in ecclesia nostra canonicam sive prebendam quoquo modo vacare contingit, et quosdam de canonicis nostris, ratione prebendarum suarum, ex una parte, ac religiosos viros predictos ex altera, orta fuisset materia questionis super eo quod ipsi religiosi dicebant quod si una et eadem canonica, seu prebenda, bis, vel ter, vel pluries in ecclesia nostra vacaret, in uno et eodem anno tot fructus et per totidem annos habere debebant quot erant vacationes de vi verborum concessionis predicte, dictis canonicis nostris, quibus fuerant collate prebende que bis et in uno et eodem anno vacaverant contrarium asserentibus. Dicebant etiam religiosi predicti quod de novo fuerat statutum in ecclesia nostra, ut postquam canonicus stagium suum plene perficeret, omnes fructus et conventus prebende sue, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quoquomodo cedens vel recedens, acsi viveret, et eamdem prebendam obtineret, integre percipiat usque ad annum, videlicet a festo Nativitatis B. Joannis-Baptiste proximo affuturo, postquam stagium suum inceperit, facere computandas usque ad idem festum anno revoluto : quod quidem statutum verbis concessionis predicte obviat manifeste, dum in concessione dicitur a die qua eam vacare dignosceretur, et in statuto dicitur quod fructus et proventus debent percipi et haberi a festo Nativitatis B. Joannis-Baptiste proximo affuturo, postquam stagium suum facere inceperint. Unde supplicabant dicti religiosi litteram sue concessionis predicte in melius reformari, et verba ipsius statuto predicto reformari cum ipsum statutum viderent utile sibi fore.

Tandem in nos, Guillelmum Autissiodorensem episcopum, magistros Guillelmum de Noa et Guillelmum Catini, canonicos Autissiodorenses, de predictis omnibus et singulis, sicut hinc inde in generali capitulo nostro nostri decani et capituli predictorum celebrato, amicabiliter compromissum ac promissum et condictum quod quicquid nos episcopus et canonici predicti compromissarii super premissis faceremus, ordinaremus seu diceremus ac statueremus, etiam extra capitulum generale, reputaretur actum et valeret acsi factum ac concordatum esset in ipso capitulo generali, et pro bono pacis amicabiliter in modum qui sequitur ordinatum ut si una et eandem prebendam bis in uno et eodem anno, a die prime vacationis computando, quoquomodo vacare contigerit, quod ecclesia S. Eusebii percipiet redditus et proventus dicte prebende per unum annum integrum, ratione prime vacationis, et incipiet ecclesia Sancti-Eusebii percipere dictos redditus quam cito, secundum statuta ecclesie Autissiodor. percipere poterit et habere, videlicet quam cito canonicus qui cesserit aut decesserit, perfecto stagio suo, fructus suos quos lucratus est percepit, vel postquam canonicus qui post Nativitatem B. Joannis-Baptiste decessit, incepto stagio suo sibi hinc de tempore remanente quod stagium suum potuisset a dicta Nativitate usque ad festum Sancti-Remigii perficere si vixisset, fructus suos percipit, aut postquam capitulum percepit fructus prebende canonici cedentis aut mortui, qui tantum foraneus fuerat, quod ratione foraneitatis fructus prebende ipsius ad capitulum spectabant, fabrica vero, pro prima vacatione ejusdem prebende incontinenti, post ecclesiam Sancti-Eusebii redditus et proventus dicte prebende per alium annum percipiet et habebit. De prebendis autem quas in posterum bis aut pluries in uno et eodem anno vacare contigerit, taliter extitit ordinatum : quod pro secunda vacatione ejusdem prebende bis in uno et eodem anno contingenti computando, ut supra, tam ecclesia Sanc-

ti-Eusebii, quam fabrica ecclesie Autissiodorensis redditus et proventus integros dicte prebende tertii anni proximo, et continuo subsequentis communiter percipient et habebunt, et dividentur communiter et equaliter inter ipsos. Si autem pluries quam bis unam et eandem prebendam in uno et eodem anno, ut supra, vacare contigerit, dicta ecclesia Sancti-Eusebii et fabrica contente erunt redditibus et proventibus dicte prebende trium annorum, prout superius est expressum, nec occasione plurium vocationum plus petere poterunt vel habere. Nos autem, Hugo, decanus et capitulum memorati, dictam prolationem et ordinationem approbavimus, gratificamus, approbamus etiam et laudamus, ac ei in omnibus et per omnia consentimus : et ut omnis materia questionis et scrupuli pro futuris temporibus excludatur, et pax et tranquillitas conservetur, nos Guillelmus, episcopus Autissiodorensis, ac Hugo, decanus et capitulum Autissiodorense predicti, prelibatam concessionem dictis religiosis a predecessoribus nostris factam approbantes, confirmantes et etiam innovantes, favorabili consideratione pensantes sincere devotionis experientiam, in qua erga nos et ecclesiam nostram abbas et conventus, ac ecclesia Sancti-Eusebii memorati, continua exhibitione subjectionis et reverentia perseverant, illud idem quod eis a predecessoribus nostris concessum extitit, ut dictum est supra, adhuc ex abundanti deliberato consilio et interveniente communi tractatu, pie, pure et liberaliter concedimus et donavimus, prout dicta concessio declarata et interpretata est per amicabilem ordinationem prefatam ; statuentes specialiter et expresse volentes quod pro fundando et solidando jure dictorum religiosorum in premissis et quolibet promissorum, nulla alia procuratio, nulla alia littera, nullum aliud munimentum, seu testimonium requiratur quam nostrum presens instrumentum, et isti littere soli credatur ac fides indubitata plene adhibeatur, quamvis de aliquibus aliis consuetudinibus factis et litteris faciat mentionem, etiam si ipsa alia originalia nullatenus ostendantur. Si vero, quod absit, casu aliquo, per negligentiam seu malitiam alter utrius partis aliquid contra premissa vel aliquid premissorum a quocumque fieri, vel attentari contigerit, neutri parti prejudiciet aut prosit, nec jus possessionis aut saisine, quin imo nec causam prescribendi pariat aut prestet.

In quorum omnium testimonium, et perpetuam firmitatem, nos, episcopus, Hugo, decanus et capitulum memorati, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda, necnon nos abbas et conventus, ac prior prefati, in testimonium omnium et singulorum premissorum sigilla nostra his presentibus apposuimus de predictis confirmatione, innovatione concessioni antique, ac etiam concessione ex abundanti nobis facta de novo, ut supra, grates multiplices referentes. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, die sabbati post quindenam apostolorum Petri et Pauli.

(*Ex Cartul. Eccles. Autiss.*)

N° 236.

Lettres du Chapitre d'Auxerre qui renferment celles de deux évêques de cette ville, concernant le Chapitre de Varzy.

(An 1287, 8 mai.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, H..... decanus et capitulum Autissiodorense, salutem in Domino. Noveritis has presentes litteras annotavisse, vidisse, et de verbo ad verbum diligenter legisse, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte viciatas, prout forma facile apparebit, formamque sequitur continentes.

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus, miseratione divina, Autissiod. episcopus, salutem in Domino sempiternam. Supplicaverunt nobis dilecti in Christo filii cantor et capitulum B. Eugenie de Varziaco, nostre diocesis, ut litteras felicis recordationis Hugonis, episcopi Autissiodorensis predecessoris nostri quas ipsi in nostra presentia presentarunt, et que propter vetustatem et locum reumaticum dicte ecclesie, in quo ipse littere fuerant quasi consumpte, et parum durabiles existebant, licet alias non essent aliquatenus vitiose, prout ex earum inspectione apparebant, renovare et exemplare, ad perpetuam rei memoriam paterna sollicitudine curaremus, ne propter substantiam probationis copiam possit eis in posterum prejudicium generari. Tenor autem dictarum litterarum dignoscitur esse talis.

Hugo, Dei gratia Autissiodorensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in Deo salutem..... Cum militans Ecclesia triumphantis indigeat subsidio in paucis ex se sibi sufficiens nisi triumphans sustentaverit, triumphantum memoriam debent habere pre oculis militantes. Nos igitur, adhuc de numero militantium, incerti de

victoria ad illud ad quod nostra non sufficit imbecillitas, sanctorum pro nobis intercessiones imploramus. Attendentes autem B. Virginis Eugenie merita, que nostris subvenire potest excessibus tanquam usque ad martyrium pro Domino strenue militavit, in ejus ecclesia que fundata est a nostris patribus, et sanctis ejus pignoribus dotata in castro nostro Varziaci, augmentavimus numerum prebendarum. In prefata siquidem ecclesia, ante dies nostros non nisi novem canonici fuerant, quibus tres canonicos addidimus ut de cetero sint duodecim et numerus apostolicus impleatur; augmentato numero personarum, ne de redditibus tenuatis oriretur in ecclesia conquestio, redditus dignum duximus augmentare, preter illa que ab antecessoribus nostris ecclesie illi data fuerant, donavimus et nos eidem ecclesiam B. Petri sitam in ipso castro Varziaci, ut predicti canonici eam in perpetuum possideant integre et quiete, liberam et absolutam a paretis, censiva, questa, collecta, et ab omni exactione tam episcopali quam archidiaconi et archipresbyteri. In eorum siquidem arbitrio, scilicet canonicorum, posuimus, et in dispositione ut vel ipsi in ecclesia B. Petri per hebdomadas serviant, vel capellanum eligant quem ad illam ecclesiam episcopo presentent. Preterea concessimus eisdem canonicis decimas agriculture nostre quam habemus apud Varziacum, vel habituri sumus, quocumque modo terre nostre illic culte fuerint, vel per nos vel per alium, decima pars portionis frugum, que ad nos vel successores nostros devenerit, sepedictis canonicis persolvetur; similiter et decima vini nostri et castanearum et pasnagii, quoties contigerit in nemoribus nostris Varziacensibus pasnagium fieri. Sepedicti vero canonici dederunt et quittaverunt sedi pontificali Autissiodor. quicquid juris habebant in decimis Varziacensibus, tam magnis quam parvis. Nos vero, in hujus doni sui recompensationem dedimus eisdem canonicis et concessimus tresdecim septarios ordei annuatim percipiendos in grangia episcopali, aut in redditibus Varziacensibus. Donavimus etiam canonicis, in remedium et salutem anime nostre, censum quem habebamus in cemeterio Sancti-Petri, cujus tertiam partem ipsi possederant ab antiquo et pacto hoc anniversarium nostrum annuatim se facturos promiserunt, ita quod canonicis qui presentes intererunt servitio, distribuatur census ille. Prefata siquidem ecclesia, cum ante dies nostros unicum haberet personatum, alium ei in ea constituimus qui dicitur cantoria : et ut cantor liberius illi dignitati deserviat et devotius, illi contulimus capellam Sancti-Andree, concedentes ut ipsam possideat cantor in perpetuum cum omnibus ad eam pertinentibus, liberam ab omni exactione, procuratione et censiva, et cantor capelle illi canonice providere teneatur, et personatui suo Varziacensi deservire. Et ne donis istis nostris secularis vel ecclesiastica persona possit contradicere, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Actum apud Varziacum, et datum anno Incarnati Verbi MCCII.

Nos vero, dictorum cantoris et capituli justis postulationibus inclinati, ne veritas occultetur, et ne probationis copia subtrahatur, predictas litteras predecessoris nostri, per scriptorem nostrum, de speciali mandato nostro, sub tenore predicto fideliter inscribi fecimus, ipsasque de verbo ad verbum legimus in quibus erant adhuc littere legibiles, et in quibus impressiones sigilli sufficienter apparebant, ipsas etiam litteras, sub tenore prelibato, autoritate presentis instrumenti renovamus et exemplamus ut in perpetuum presens instrumentum virtutem originalis habeat; donationem et concessionem in ipsis contentas quantum possumus renovamus, statuentes specialiter et volentes expresse, pro jure dicte ecclesie solidando, quod nulla alia littera in posterum requiratur quam presens instrumentum, et presenti instrumento tanquam originali fide indubitata et plenaria in perpetua. In quorum omnium testimonium et perpetuam memoriam presenti instrumento sigillum nostrum duximus apponendum. Datum et actum apud Varziacum, anno Domini MCCXCVI, mense martio.

Nos autem, dicti decanus et capitulum Autissiodorense, ad supplicationem predictorum cantoris et capituli omnes et singulas donationes et concessiones factas dicte ecclesie B. Eugenie, prout in predictis litteris continentur, volumus, ratificamus ac etiam approbamus; in quorum omnium testimonium et perpetuam memoriam sigillum nostrum, quo unico utimur, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, die jovis post festum Inventionis S. Crucis.

(*Ex Cartul. S. Eugeniæ Varziacensis.*)

N° 237.

Serment de fidélité d'un curé à l'abbé de S. Germain d'Auxerre.

(An 1288-89, 14 février.)

Omnibus presentes litteras inspecturis : officialis curie decani Autiss. salutem in Domino. Noveritis quod nobis propter subscripta audienda et videnda, presentibus et vocatis in capitulo monasterii Sancti-Germani Autissiodorensis viris religiosis abbate et conventu dicti loci tunc ibi pluraliter congregatis, presentibus etiam D. Jacobo de Barbona canonico B. Marie Autissiodorensis, Simone de Tornodoro, vicario altaris S. Andree in ecclesia Autissiodorensi, presbyteris, ac magistro Iterio de Rovreto clerico, Dominicus presbyter Rector ecclesie Sancte-Columbe, diecesis Autissiodorensis, in nostra et omnium predictorum astantium presentia, ad requisitionem dicti abbatis, juravit manu extensa super librum quem tenebat dictus abbas, stola collo ipsius Dominici apposita, et juramento firmavit se facturum et completurum ea que inferius continentur : scilicet quod ex nunc utilitatem omnimodam abbatis predicti et dicti monasterii et rem ipsorum et eorumdem, prout poterit, conservabit. Item quod in iis que percipiunt et percipere consueverunt de proventibus, seu exitibus, aut redditibus dicte ecclesie Sancte-Columbe, erga dictos religiosos, seu eorum mandatum fideliter se habebit et eis integre deliberabit quicquid eorum intererit de premissis; nec eis damnum inferre, vel jacturam anno aliquo vel anno quolibet ultra quantitatem duodecim denarior.; nec eis pro viribus sustinebit inferri. Item quod super temporalitate rerum dicte ecclesie se justiciabit per ipsos, et quia jurare premissa recusaverat, quanquam super hoc requisitus ab eisd. ipse hoc emendavit abbati predicto ; et per juramentum predictum renuntiavit penitus omni processui inter dictos religiosos vel eorum mandatum, seu inter priorem de Monasteriis et dictum abbatem, ex una parte, et ipsum Dominicum, de altera, habito coram venerabili viro officiali Autissiodor., pro premissis. Quod autem super iis vidimus et audivimus hoc testamur. In cujus rei testimonium dictis religiosis tradidimus presentes litteras sigillo dicte curie sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, die sabbati post octavas festi Purificationis Beate Marie Virginis.

(*Ex Cartul. S. Germani Autiss. in Autiss. cap.* 13.)

N° 238.

État du revenu de l'évêché d'Auxerre vers l'an 1290, tiré d'un volume manuscrit de ce temps-là, conservé dans les archives de l'évêché.

Hic sunt redditus episcopatus Autissiodor.

AUTISSIODORUM.

Sigillum cum emendis, valet circa quingentas libras per annum.

Tallia, circa xx libras.

Census et decima S. Gervasii, circa LXV libras.

Salagium, circa centum libras.

Parva coustuma, circa centum libras.

Piscatoria aque, sex libras.

Furnus S. Amatoris, circa xx libras

Molendinum de Boufaut cum prato, circa xxx libras.

Pensio S. Peregrini, xxx solidos.

Domus S. Juliani, L sol.

Denarii pro crucibus kalendarum maii, circa LII libras.

Denarii paratarum, anno pari, xxxvi lib. anno impari, LX sol.

Vinea de Perreria. xx sol. Johannes de Eppogniaco tenet sibi et heredibus suis.

Ibidem sunt prata ad sexaginta quadrigatas feni.

Vinee circa xxxvi arpenta, videlicet in magna Migrana xxviii arpenta.

In parva Migrana quatuor arpenta et dimidium.

In Monte-Harduini sex quarteria. In semita de Boivin quinque quarteria. In monte super S. Gervasium unum arpentum.

Quilibet hospes Bordarum debet duo bichet et dimid. avene, sex denarios et unum caponem.

Apud Bordas habet dominus episcopus manum-mortuam.

Apud Villam-Novam decima circa duos modios avene.

APPOGNIACUM.

Prepositura cum minuta decima canabi, lini et ceporum, circa ducentas libras.

Tallia abbonnata, CLX lib.

Roagium et minagium, circa CXL lib.

Charreria, circa xxv lib.

Furni, circa XL lib.

Yndardi et aqua, circa CCXL lib.

Yndardus S. Mariani, circa XVI lib.

Piscatura molendinorum, circa XVII lib.

Hortus circa fontem, xxx sol.

Census militum, circa IX lib.

Tertie, circa XV s. in panibus.

Sequentia avenarum, circa IV lib.

Emende prepositorum, forestariorum et servientium vinearum, circa xv lib.
In ventis habet Dominus episcopus et prepositi duas alias partes. Pars Domini valet x libras.
Item glandes quando eveniunt.
Molendina valent circa VIII modios frumenti, et totidem ordei.
Grangia gaingnagii Belli-loci circa VIII mod., videlicet duos mod. frumenti, duos mod., siliginis, duos mod. ordei, et duos mod. avene.
Costume circa duos mod. avene.
Costume militum circa xx bichetos avene.
Decima circa octo mod. bladi.
Apud Villetam III sextar. frum. et VI sextas avene. *On lit à cet article* vacat, quia erat gageria que redempta est.
Decima vini albi circa cxx dol. Item vini rubei circa LXXX dol.
De vineis que pertinent ad domum Regenne, circa XL dol.
Prata ad LX quadrigat. feni.
Duo stagna.
Foresta ad usum domus Regenne et molendinorum que vocatur Chaumois.
Item parva nemora circa cccc arpenta.
Garanne.
Item xx mille tegularum que debet tegularius quolibet anno.

CHARBUIACUM.

Prepositura, circa xxx lib.
Tallia ad placitum, circa LV lib.
Census et sequentie costumarum in Nativitate Domini, x lib.
Census S. Remigii, IV lib.
Trousse ad festum B. Marie Magdalene, L sol.
Trousse de Wssello, XXII sol.
Emende nemorum et prepositure, circa x lib.
Excasure sive manus-mortua, circa LX l.
Census de Lindriaco, IV sol. et novi conquestus justitie et excasure empte a Guillelmo armigero.
Unum molendinum valet circa sex mod. avene.
Decima bladi et vini, circa IV m. avene.
Agricultura, circa unum mod. siliginis.
Mareschaucie, circa XVI sextar. avene.
Mareschaucie de Wssello, circa V sextar. avene.
Coustume, III sextar. avene.
Avena stagnorum quando piscantur aliquando, valet IV m. (*en caractères plus récents*) I. m. reddituallis.
Vinearum XII arpenta.
Prata xx quad.

Nemorum magnorum et parvorum circa M. arpenta.
Garanna.
Ibidem quatuor stagna, quorum majus venditur CCXL lib., secundum venditur CXL. lib.
Alii non venduntur.

GIIACUM.

Tallia ad placitum, circa CXX lib. (*écriture plus récente*) C lib. abbonata est.
Prepositura, circa XXIV lib.
Census cum decima vinearum, L libras (*écriture plus récente*) Census circiter XL l., decima circiter L dol. tam albi quam rubei.
Corvee, L sol. (*écriture plus récente*) vacat.
Galline, circa CXX vacat.
Furnus, circa LXXX lib.
Roagium, circa x lib.
Domus de Valen que fuit de excasura, x sol.
Excasure sive manus-mortua, circa LX lib. vacat.
Pratum de Acolivis, XL sol.
Decima de Giiaco, circa I mod. frumenti. I mod. silig. I mod. ordei.
Grangia graingnagii, circa V mod. videlicet I mod, frumenti, VI sext. silig. I m. ordei, II mod. et dimid. avene.
Decima de Avignello, circa VI mod. avene.
Coustume, circa VI mod. avene.
Grangia de Lorent, III sext. frumenti III sext. siliginis, et VI sextar. avene;
Terra sita in Vignello, circa VI sextar.
Vinearum XVI arpent.
Apud Terves, unum molendinum, circa XXX sext. avene.
Dominus episcopus habet medietatem coustumarum de Terves, et valet quolibet coustuma II bichet avene, XVIII d. et ob. et unum caponem.
Ibidem est unum stagnum.
Item XII arpent. prator. (XX quadrige.)
Apud Colengias habet Dominus episcopus domos.
Item decima bladi, circa III mod. avene, et VI sextar.
Ibidem duo sunt arpenta pratorum, circa XXX sol.
Duo arpenta vinearum, circa II m. vini.
Apud Giiacum sunt nemora que sequuntur :
Nemus dictum Foresta continens CLXXX et IX arp.
Nemus de Spinetis continens XXXII arp.
Nemus garanne continens circa C et XI arp.

Nemus de Crion continens circa cxx arpent.
Nemus de Foillet circa xxxv arp.
Nemus dou Plesseix circa xxxii arp.

VARZIACUM.

Prepositura, circa cc lib.
Tallia, circa cv. lib.
Decima vini, circa cccc lib.
Furni, circa LXXX lib.
Minerie, circa xxv lib.
Molendinum et butuarium, circa xv lib.
Quedam parva domus, xii sol.
Census de Corrivaut xx sol. et vi den.
Trousse in martio, L sol.
Census capitalis capelle, xxx sol.
Corvee et pratum Regnaudi. x lib.
Domus Bordelarii ante fontem, circa xxx sol. videlicet fenum.
Alia domus Bordelarii, circa L. sol. videlicet fructus arborum.
Tallia de Pousay, circa xxiv sol.
Pedagium, circa LX sol.
Census Natalis Domini, circa x lib.
Census burgi de Couches, v sol.
Census Sancti-Germani, vii sol.
Vende census de Courtrivaut.
Vende census de Pousay.
Emende prepositure de quibus Dominus habet medietatem, valent circa x lib.
Emende forestarionum de quibus Dominus habet tertiam partem, circa LX sol.
Thesaurarius debet annuatim xx libras cere
Emende que excedunt LX sol. sunt Domini episcopi per totas villas episcopatus; sed prepositi habent xxx sol.
Clamatoria vini, circa XL sol.
Galline, circa xxiv.
Grangia gaignagii, xviii sext. frumenti, ii m. hordei, ii m. avene ad cumulum.
Decima de Varziaco, i mod. frumenti, i mod. ordaceum, i mod. avene.
Decima de Chiery, circa iii mod. avene.
Mareschaucie, circa iv mod. avene.
Decima de Boiaco, circa vi mod. avene.
Decima de Vaurilles, circa xiv sext. de quibus tertia pars est frumenti, residuum avene.
Decima de Pousoi, circa iii sext. avene.
Curatus de Vico, xviii sext. avene ad rasum, quolibet anno.
Ibi sunt due petie vinearum, valent circa xx mod. vini.
Item vinee de Chastillon.
Item prata ad xvi quadrigat. feni.
Item aliud pratum quod tenet medietarius grangie gaingnagii.
Glandes aliquando valent CLX lib. vel minus, secundum quod deficiunt.

Tres foreste videlicet Serra, Ronciaus et Fretai.
Manus-mortua Capelle.

CONADA.

Prepositura, circa CLX lib.
Emende prepositure, in quibus Dominus habet medietatem, circa x lib.
Tallia de rivo ad placitum, circa vi lib. et x sol.
Tallia ad placitum de riparia, xiii libras, xiii sol. et vi den.
Tallia abonnata, viii lib. et xviii sol.
Magnus census, viii lib.
Census Rungefer. v sol.
Census Fervelli militis, xxvi sol.
Census Chambellanarum, iv sol. et vi den.
Census de Paisselières, xii sol. et vii den.
Census de Villa-Catuli, xv lib. et x sol.
Stallagium sive burgesia, L sol.
In crastinum Nativitatis Domini, panis et vinum, XL sol.
Galline vendite, circa x sol.
Forestagium, xi sol
Vinee de Conada, LX sol.
Pratum subtus stagnum, x sol.
Prata de hastis, XL sol.
Portus Conade, viii lib. et x sol.
Portus Auberici, circa LXX sol.
Furnus Conade, LX sol.
Furnus de Foro, xx sol.
Carnificeria, xv lib.
Serganteria boisselli, circa XL sol.
Decima vini de Conada, circa L lib.
Molendina de Pree. xviii sext. frumenti.
Item xxx sext. mouture.
Molendinum Domini episcopi quod tenent Templarii, i mod. frumenti, i mod. avene ad mensuram de Conada. et debent conducere in horreo Domini episcopi.
Grangia de portu Auberici, i mod. silig. et i mod. avene ad cumulum.
Molendina de Petra, in quibus Dominus episcopus habet medietatem, valent vii sext. frumenti et dimid. frumenti, et x sext. et dimid. mouture.
Decime et tertie Ville-Catuli et Conade, circa xxiii mod. ii mod. frumenti, videlicet x mod. et dimid. silig. x mod. et dim. tam ordei, quam avene.
Coustume Natalis Domini, i mod. avene ad cumul.
Item coustume grangiarum juxta stagnum, xiii sext. avene.
Apud Villam-Catuli sunt xviii arpenta vinearum, que valent cum decima circa xx lib. redditus.
Pratorum circa iii arpent. Item ii arpenta ad astes, unum stagnum, garanna.

Nemus juxta garannam quod vocatur li Foilleus, quod vendi potest de sex annis in sex annos, et valet quando venditur circa LX lib.

Nemus juxta stagnum eodem modo vendi potest, et valet circa XXX lib.

In novitate episcopi debent homines de Villa-Catuli L lib. Domino episcopo, pro quodam palefrido.

SACIACUM.

Prepositura cum aliis appendiciis, valet circa C et X lib.

TOUCIACUM.

Prepositura, circa LXXX et X lib.

Tallia extra muros, circa LIV. lib.

Tallia de castro fit de duobus annis in duos annos, et valet circa XXX lib.

Montonnagium, circa XXX sol.

Vachagium, circa XX sol.

Sequentia avenarum, circa IV lib. XV s.

Trousse et torche, circa XX sol.

Census ad festum S. Remigii, circa X lib.

Justitia communis est inter Dominum episcopum et comitem Barri.

In emendis prepositure excedentibus V sol. habet Dominus episcopus tertiam partem, comes tertiam partem; prepositura omini episcopi et prepositura comitis arri aliam tertiam partem.

Vende (*écriture plus récente*) predictorum censuum possunt valere communiter circa C sol.

Coustume avenarum, circa IV mod. et IV sext. et II bichet. avene.

Decima de Fontanis, circa XVI sext. avene.

Decima de Touciaco, circa IV mod. et VI sext. avene.

Galline, circa centum.

Molendinum, circa C sol.

Medietas furni quem acquisivit Guillelmus episcopus a Guidone Foinet.

Medietas stagni.

Domus Thesaurarii Alexandri cum colomerario.

Nemora de Haies sunt Domini episcopi, et comitis Barri.

Ulmi de circa turrim, sunt Domini episcopi et comitis Barri.

Livernois similiter.

Pratorum circa X arpenta sunt Domini episcopi.

N° 239.

Extrait du même manuscrit, où sont détaillés les droits du comte et du vicomte.

De cordis.

Costume de cordis et polanis et minagium omnino sunt comitis, exceptis illis que sunt de Sanctis Germano et Juliano.

De roagio et plaintagio.

Roagium et plaintagium sunt comitis, episcopi et vicecomitis. Et in hoc roagio et plaintagio comes unum denarium, episcopus unum denarium, et vicecomes unum obol. percipiunt. Clerici, milites, religiosi non debent roagium, plaintagium nec minagium nisi modiant. Si vero modiant, debent de modio I ob.

De plaintagio et minagio de illis qui sunt de villa et extra.

Omnes, tam foranei quam de villa, qui adducunt vinum ad portum ville, dolium debet VI den. quatuor den. pro polenagio et duos d. pro minagio.

Poulenagium illorum qui sunt de foris et de villa.

Omnibus diebus quibus aliquis ducit ad ripam, polanus debet IV den. et ille de villa qui non habebit aisamenta sua nil debet.

De quadrigis.

Cadrige que vadunt extra villam onerate debent quelibet decem den. et obol., videlicet sex den. de poulenagio, duos denarios de minagio et duos denarios et obolum de roagio; excepto illo qui est de villa, qui nihil debet de polanagio si habeat aisamenta sua.

De dolio ducere de una domo ad aliam.

Quodlibet dolium ductum de una domo in aliam super quadrigam, debet octo denarios, nisi habuerit aisamentum; et si habuerit aisamentum, non debet preter quatuor denarios. Et si ductum fuerit per terram debet quatuor denarios.

Clerici, religiosi et milites debent poulenagium, nisi habeant aisamenta.

Dolium ductum extra villam causa bibendi, illius cujus est et possit fiduciare quod sit de subtus duos modios et dimidium, immune est; si fuerit de duobus modiis et dimidio et ultra, debet sex denariis de poulenagio; et si emptum fuerit, debet roagium et minagium cujuscumque modiationis sit, et poulenagium nisi oneratum fuerit ad situlam super axem. Et si oneratum fuerit ad situlam super axem,

debet roagium, minagium absque poulenagio.

Totagium quod est totum comitis quittum draperiorum.

Quilibet draperius qui tenuerit mulierem annum et diem, debet quatuor ulnas de *buriau* comiti. Die sabbati ante festum B. Andree, debet nuntiare pagam, et die sabbati solvere. Et in hoc totagio habet Miles de Villa-Ferreoli et soror ejus undecim ulnas, janitor castelli Autiss. quinque ulnas et dimidiam, prepositus comitis quatuor ulnas, panetarius comitis Autissiod. quatuor ulnas.

De vinagio et pissonagio draperiorum Autiss.

Quilibet draperius debet comiti XII denarios de vinagiare, solvendos ad festum S. Remigii, et sex denarios de pissonagio ad mediam Quadragesimam.

De vinagio et dissonagio pellipariorum.

Quilibet pelliparius qui tenuerit mulierem per annum et diem, debet ad festum S. Remigii XII den de vinagio, et sex den. de pissonagio ad mediam Quadragesimam.

De illis qui portant ad collum.

Omnes qui portant ad collum sunt immunes de obolo sabbati, exceptis sex sabbatis et nundinis kal. maii, sed debent XII den. de vinagio, et VI den. de pissonagio.

De vinagio et pissonagio saunariorum.

Omnes saunarii qui vendunt sal in archis et in grenariis, debent XII den. de vinagio et sex den. de pissonagio, terminis predictis.

De illis qui portant ad pois.

Omnes de villa portantes ad *pois*, debent XVIII denarios, solvendos ad libitum a festo B. Marie-Magdalene in antea.

Illi qui debent predictos XVIII den. pro vinagio et pissonagio sunt liberi de dictis XVIII den.

Coustume illorum qui textunt pannos.

Omnia misteria textorum debent quodlibet XII den. comiti, et illa de sago et de tapetis VI den. solvendos ad festum B. Marie-Magdalene. Si aliquis homo haberet XX misteria ad texandum pannos, deberet quodlibet summam supradictam, scilicet de misterio, sago et tapetis sex den. et de misterio ad pannos XII den. Et si nihil vendiderint infra festum Magdalene ad quod debuissent solvi, sicuti de cotagio panetariorum et de. . . . . . et invenirentur vendentes quindecim dies post terminum prenominatum nihil persolverent usque ad alium annum.

De magno pondere Autissiodorensi.

Magnum pondus Autiss. est ligium comitis. Quicumque ponderat centum, debet duos denarios; id est, unum denarium a venditore, et alium ab emptore, et quarteronus debet unum obolum ab emptore, et unum obolum a venditore.

De obolis alutariorum et pellipariorum.

Pelliparii istius ville sunt immunes de obolis sabbati. . . . . . Oboli alutariorum sunt episcopi et comitis, et de sex sabbatis et nundin. kalendarum maii; de quibus sex sabbatis et nundina, ventus bladi diei sabbati ante festum B. Eusebii, et diei sabbati post, in quibus episcopus habet medietatem; videlicet unum de sabbatis et comes alium, et in alio de sabbatis, episcopus capit aliam medietatem totus solus, et comes aliam partem, excepto quod in parte comitis accipit S. Eusebius tertiam partem.

Die sabbati ante festum B. Germani, et die sabbati post, S. Germanus accipit tertiam partem in qua die sabbati sibi placuerit. Comes et episcopus participant residuum per medium.

De proventibus quitis comitis et episcopi.

Proventus diei sabbati ante kalend. maii, et redditus diei sabbati post, sunt immunes episcopi et comitis.

De sex sabbatis in quibus quilibet panetarius de extra villam debet denariatam panis.

Quilibet panetarius de extra villam debet in illis sex sabbatis supradictis denariatam panis.

De illis qui vendunt ad fenestram.

Omnes qui tenent fenestras, vendentes allia vel erucas, debent in qualibet sabbati obolum de suo mercato. In sex sabbatis debet quilibet denariatam de quocumque ortolagio vendat, nisi fuerit de suo orto; et si de suo orto fuerit, nihil debet.

De aillariis.

Quicumque adducit allia vel erucas ad vendendum in hac villa, debent, die sabbati, de quadrigata unum denarium episcopo et comiti, et in septimana de qualibet glenna unum obolum, si valeat duodecim denarios aut plus; et si non valeat duodecim denarios nihil debet, et si fuerit de suo orto, et ortum sit de sauvamento, nihil debet et revenditores de hac villa nihil debent, exceptis sex diebus sabbatis in quibus quilibet debet denariatam, et revenditores de extra qui afferunt ad collum vel ad bestiam, debent obolum de ortolagio suo in quolibet die sabbati, exceptis

sex sabbatis quibusdam quilibet debet denariatam episcopi et comiti.

De coustumis nundinarum de panetariis istius ville.

Die nundinarum quilibet panetarius et quilibet revenditor panis istius ville, debet denariatam panis.... libitum post nundinas.

Coustuma de nundinis calendarum maiarum, de quibus due partes sunt episcopi, et tertia comitis.

Pelliparii istius ville qui sunt quitti de ventis, cordubanarii, vacarii, savetarii ipsius ville debent, quilibet, unum obolum. Mercerii qui sedent ad terram unum obolum. Omnes alii menestrel. sedentes ad stallum, si sint de ista villa vel de extra, quilibet debet unum denarium.

De ovilariis qui vendunt in nundinis.

Omnes illi qui vendunt..... in nundinis debent denariatam....... Et illi qui vendunt allia quilibet denariatam alliorum.

De illis qui vendunt patellas et cacabos.

Omnes illi qui vendunt cacabos vel patellas existentes de villa, valore duodecim denariorum aut plus, quelibet petia debet obolum.

De vendentibus culcitras existentibus de extra villam.

Omnes de extra villam vendentes culcitras, debent de qualibet culcitra unum den.

De cucufariis.

Quelibet cucufaria debet unum denarium et duas levatas ad manum.

De Ferronis.

Omnes vendentes ferrum debent unum denarium.

De equis.

Quilibet equus venditus et emptus, de stantibus de extra villam, debent VIII den. quatuor denarios ab emptore, et quatuor denarios a venditore; et si fiat cambium de equo ad equum, et habeant soutas, quilibet debet octo den. et si non habeant soutas nihil debent. Jumentum debet duos den., bos unum denarium, vaca unum denarium ; capra, asinus, porcus, sus, quilibet unum obolum.

De ovibus et arietibus.

Duodena arietum et ovium debet IV; et si non fuerit duodena, quodlibet caput debet I obolum.

De venta alutarii.

Duodena alutarii venditi debet IV den.

De alutis.

Duodecim alute vendite debent II den.

De aliis coriis.

De quolibet corio vendito in sex sabbatis et nundinis unum obol.

De sale ducto extra villam.

Modius salis ductus extra villam, in sex sabbatis et in nundina debet duos den.

De potariis.

Quilibet adducens poteries de extra villam debet denariatam ; et ille qui est de villa debet unum, et in sex sabbatis similites.

Coustuma de foro.

Omnes de villa ista vendentes ad estallum, debent per quamlibet quidenam unum obolum, et illi de extra villam vendentes similiter ad estallum, debent in quolibet sabbati unum obolum.

De unctariis.

Unctarii et unctarie debent in quolibet sabbati unum obolum.

De panetariis extraneis.

Panetarii extranei debent in quolibet sabbati unum obolum.

De revenditoribus tele.

Omnes revenditores de extra villam debent in quolibet sabbati unum obolum, et revenditores istius ville per quamlibet quindenam unum obol.

De venditoribus tenentibus fenestram.

Quilibet venditor alliorum et erucarum tenens fenestram, debet in quolibet sabbati obolatum mercedis sue.

De panetariis coquentibus panem.

Quilibet panetarius coquens panem, debet duodecim denarios ad festum Omnium-Sanctorum, de quibus duodecim denarii quatuor sunt vicecomitis, et sex comitis, et alii duo episcopi.

De fenestris ubi venduntur panes aut alie res.

Quelibet fenestra, ubi venditur panis vel aliud, in simul debet XVIII den. ad festum omnium Sanctorum; de quibus duo sunt vicecomitis, et alii sexdecim comitis.

De illis qui vendunt lanas.

Vendentes lanas in sex sabbatis, vel in nundina, duodecim denariatas aut plus. Si fuerint de extra villam, quilibet debet unum den. et si fuerint de villa, quilibet debet obolum.

De revenditoribus culcitrarum.

Venditores culcitrarum debent XII den. ad festum S. Remigii.

Coustume curariorum.

Quicumque vendit ceram, aut cuminum, aut piper, et sint de Autissiodoro, nihil debent nisi vendant cum his aliud de ligno veluti scutellas et discos et cifos. Et quando vendit de ligno, debet obolum ad quindenam die sabbati. Et quando non vendit de ligno, tunc debet denariatam cere per quinque vices in anno; videlicet ad pascha denariatam, ad festum Omnium-Sanctorum denariatam, ad Natale denariatam, ad Candelosam denariatam, et ad Pentecousten denariatam; et hoc est episcopi et comitis.

De illis qui apportant unctum in hac villa.

Quicumque affert unctum in hac villa et vendat, solvit de tourtello I obol. si vendat duodecim denariatas; et si minus de duodecim denariatis vendat, nihil solvit, et si fuerit de porco suo et de sauvamento comitis, nihil solvit, et sic tali modo *dou siau.*

De bovibus et aliis bestiis.

Bos, vaca, aut alia bestia, si fuerit de sauvamento comitis, nihil debet, nisi vendat infra XL dies, et nisi fuerit mercator, exceptis sex diebus sabbatis supra nominatis.

De unctariis istius ville.

Quisquis vendat unctum diebus sabbatis ad estallum, quilibet debet obolatam, et in sex sabbatis supradictis denariatam, comiti et episcopi.

De panetariis extraneis.

Quisquis affert panem ad vendendum in hac villa, quilibet debet unum obolum die sabbati, exceptis sex sabbatis quibus quilibet debet denariatam. Illi de Digiaco nihil debent, et illi de Patrinant nihil debent, exceptis sex sabbatis quibus quilibet debet denariatam episcopi et comitis.

De revenditoribus.

In quocumque burgo vendatur panis ad fenestram, aut aliquid aliud, comes habet suos redditus, scilicet de revenditoria panis VI. den. De duocecim denariis habet comes quatuor denarios, et de sex denariis duos denarios.

De sale ducendo extra villam.

Quisquis ducit sal extra villam Autiss. debet duos denarios de modio, exceptis clericis, monachis et militibus, qui nihil debent; et isti redditus sunt episcopi et vicecomitis.

De mensuris S. Germani et S. Juliani ajoustare.

Ille qui habet balliam S. Germani debet adjoustare suum modium ad mensuram comitis, et ille baillivus debet conreer habentem chordas et poulanos comitis ipso tertio a III mos. et abbatissa ita debet facere.

De paagio piperis.

Piper debet paagium. Equus aut mulus II den., asinus I den., asina I ob. Quilibet troussellus super quadrigam debet II den. Paagerius tenet ad equos aut troussellos, ad libitum. Cera debet paagium veluti piper, cordubanarius debet paagium veluti cera, bazenna sicut tela, pelliparia merces, draperia, graingne, aluns, cuminum, cuprum operatum, debent paagium veluti alie res desuper nominate.

Res que non debent paagium.

Figue, amigdale, risus, dates, castanee, aliqua apothecaria, caro salsata, halec, unctum *siaus*, aliquis piscis, aliqua caro parata, cannabum, linum, filum, lana; omnia ista non debent ventas.

Duo cordub. debet IV den. de ventis episcopo et vicecomiti.

Duod alute II den. episcopo et vicecomiti.

In nundina medie Quadragesime non debet quilibet cordub. preter II d.; duod. alute. I den.

De portantibus aliquid extra nundinam Quadragesime.

Portans aliquid de nundina Quadragesime extra Autiss. pro comestione vel ad seminandum, nihil debet.

De vendentibus lanas.

Vendentes lanas die sabbati stantes de villa, debent in quindena I obol. Extranei per septimanam, I obol. nisi fuerit de suis bestiis, exceptis sex sabbatis quod quilibet, debet I den.

De Escan.

Illi de curia de Escan debent ventam, sicut alii et stantes de Escam nihil debent, exceptis sex sabbatis et nundina.

De baconibus emptis.

Quisquis emat bacones et illos revendat, debet I obol. de quolibet.

Census comitis absque stallis.

Guillelm. de Dymon, II sol. pro domo sua.

Domus Gaufridi Souef defuncti, VI den.
Domus B. Marie, VI den.
Domus que fuit defuncti Odonis Borgni, XXXII den.
Domus Boutiller de foro, IX sol. IV den. et obol.
Domus Odinis Saraceni, XII den.

De brunellis.

Episcopus Autiss. habet medietatem in salagio et brunellis; et de quolibet modio salis vendito et eunte extra, episcopus habet unum den. et comes unum den. et vicecomes unum den.; et de quolibet modio vendito Autiss. episcopus habet semiquarteron salis; et quotiens venditur totiens debet coustumam episcopi, et quotiens mensuratur similiter in brunello, et de sale chariato ad pelam absque brunello, habet episcopus unum den.

Episcopus habet in uno die sabbati et in alio non, duas poignias de tribus digitis ad minus quo voluerit telonearius.

In foro Autissiod. habet episcopus medietatem, videlicet quia omnes gentes de villa vendentes ad stallum debent in quindena unum obol. episcopo et comiti. Die sabbati ante festum B. Eusebii, et die sabbati post, quilibet de villa debent unum obol. residens ad stallum, et foranei unum den. episcopo et comiti, et in uno de illis duobus sabbatis in quo maluerit, accipit S. Eusebius tertiam partem, et de illo tertio accipit episcopus medietatem. Die sabbati ante festum B. Remigii et die sabbati post, accipit S. Germanus quod vult, et in illo accipit S. Germanus tertiam partem totam quittam. Die sabbati ante calendas maii et sequenti post, accipiunt episcopus et comes, in nundina calendarum maiarum. Habet episcopus duas partes et comes tertiam; videlicet quod omnes vendentes ad stallum de extra et intra, debent unum denarium, exceptis vendentibus sotulares de *Cordouan* et *Vache* qui non debent nisi ob. si fuerint de villa Autissiodorensi. In foro bestiarum habet episcopus medietatem, et comes aliam; scilicet quod quilibet bos non existens de sauvamento comitis debet unum den., exceptis sex sabbatis supradictis in quibus omnes boves debent unum den. porcus unum ob. ovis unum obol. et aries unum obol., excepto quod de duobus non solvitur nisi IV den. et venditor equi debet IV den. episcopo et comiti, et emptor similiter IV den. De coriis cum pilis debet *li boz* IV den. episcopo et comiti; et si non fuerit li boz, corium debet obol.; corium cervi debet I den. episcopo et comiti.

Duod. corduain debet episcopo et comiti IV den. et duod. alute debet II den. Duod. caligarum debet episcopo et comiti unum den. Flancha de poiz valens ultra XII den. debent unum obol. Omnes de extra vendentes pelicons et pennas debent obol. de qualibet. Si portant ad collum, et vendant ad stallum, debent I obol. tantum episcopo et comiti. Quicumque de extra vendat pannos in hac villa debet obol. episcopo et comiti, scilicet de petia integra.

Illi de extra vendentes molas, debent I den. episcopo et comiti, et revendentes similiter I den. Millia alecium vendita Autiss. debent II den. episcopo et comiti, et millia alecium extra villam portata, debent II den. episcopo et comiti. Dictus *li paëlez de siau* venditus ultra XII den. debet obol. episcopo et comiti. Unctum venditum ultra XII den. debet. ob. In planchagio et roagio habet episcopus unum d. comes unum den. vicecomes unum obol.; scilicet plancha II den. catena II denar. charrus V den. cadriga II den. et obol.

Ad festum S. Eusebii habent episcopus et comes denariatam panis ab omnibus panetariis et revenditoribus Autiss., et in hac renta habet S. Eusebius VI partem. Similiter ad festum S. Remigii habent episcopus et comes, ab omnibus panetariis et revenditoribus denariatam panis; et in hac renta habet S. Germanus tertiam partem. Simili modo in calendis maii, ab omnibus predictis, denariatam panis de quibus episcopus habet duas partes et comes tertiam partem.

Millia de *seches* debent IV den. episcopo et comiti. Centum anguillarum salatarum debet IV den. Summa morue I den. centum morue IV den. quadrigata de grassis poiz non ducta ad quadrigam debet de XX sol. IV den. episcopo et comiti.

Cambium Autiss. debet episcopo, die sabbati ante Natale, quatuor libras. Quisquis emat culcitras et revendat, debet obolum comiti et episcopo ad quindenam.

Quisquis emat petiam panni in prato Autiss. ad portandum extra villam, debet de qualibet petia unum obol. episcopo et comiti.

Millia maquerellorum debent episcopo et comiti IV den. Corius tennatus integer, qui venditur. debet unum obol. episcopo et vicecomiti, si homo de extra emat. Episcopus et comes habent stalla in simul in foro : et census in foro.

N° 240.

Charges de l'évêque d'Auxerre vers 1290, *selon le même manuscrit.*

HOS REDDITUS DEBET EPISCOPATUS ANNUATIM.

Capitulo XXXIII libras super tonleium, (*main postérieure.*) Cadunt pro salagio de Crebanno, X lib. non nisi XXIII lib.

Pro luminari angelorum et lampade Trinitatis, X lib.

Pro anniversario Erardi episcopi, XX lib.

Capitulo XX libras pro domibus supra portam. Item.

Canonicis circa duo dolia vini in festis.

Duobus capellanis S. Crucis, XI lib.

Item eisdem VI lib.

Item matriculario clerico, C sol.

Item canonicis II mod. avene, apud Charbuiacum.

Item IIII bichet. frumenti pro gastellis.

D'une main plus récente : Item debentur sacriste S. Stephani, pro luminari et pulsatione solemniter facienda, in festis XII Apostolorum, legati per Guillelmum quondam episcopum Autiss., XL sol., super indardum, et habet litteram Guillelmi episcopi.

Canonicis Trinitatis, XLIX lib.

Pro statione S. Amatoris, X sol.

Pro Nativitate B. Marie, VI sol.

Abbati S. Mariani, XXVI lib.

Monialibus de Crisenon, XL sol.

Curato de Gurgiaco, IV m. ordei.

Apud Eppogniacum, Guillelmo de Gurgiaco, pro minagio empto, C sol.

Relicte Theobaldi de Camera, VI lib. super serviatura.

Liberis Matthei militis, C sol.

Apud Varziacum, altari Beate-Marie VIII lib. super furnos, et circa XXX sol. pro decima molendini.

Capitulum habet vicesimam partem in decima vini; videlicet XX lib.

Item capitulo XV sext. frumenti et XVII sext. ordei.

Item, unum sext. avene ad cumulum.

Item, forestariis ibidem circa L lib.

Item, forestariis Belli-redditus, XX lib.

Apud Giiacum I mod. duobus capellanis ecclesie Autiss.

Curato ibid. I sext. frumenti. I sext. ordei, I sext. sigali.

Apud Conadam cantori, LX sol.

Ibidem Priori de Sacro-Cesare, V sol.

G. de Grodello, II s. VI den. de censu.

Sancto-Juliano, VI sol. VI den. pro domibus Domini.

Pro domibus porte pendentis, XXX den.

Item capitulo XVI den. et obol. pro sede murorum.

Capitulo II sol. pro prato decani.

N° 241.

Extrait du dernier feuillet du Cartulaire de l'évêché d'Auxerre où est un mémorial sur les droits de l'évêque et de quelques écuyers, et sur les aumônes que ce prélat faisait alors.

(An 1290.)

Ce est la partie de la terre l'avesque d'Auceurre et des escuyers :

Premierement prant li evesque de XVIII s. IX s. VIII den.

Item, Jehan d'Aisy, li escuyers, V sol. IIII den.

Item, Guillaume de Germaines, XX d.

Item, Jehan de Latreci, X den.

Item, Jehan de Sacony et Hysabel sa seur et une autre seur, VI d.

Item, se Jehan d'Aisy avait rains, les deux parties qui sont à raimbre de LXVI. L. XIII sol. il pranroit VII s. et li evesques prenroit VIII sol. Quar ce qui est à raimbre afiert tout à Jehan d'Aisy.

(Ce sont les aumônes qui sont en la partie dou cens l'avesque, le jour de la S. Jehan-Baptiste :)

Premierement au prieur de Chevanes, X sol.

Item, au prieur de S. Reverien, X sol.

Item, à la confrairie de Baserne, V sol.

Item, au curé de S. Père en Chasteleit, V sol.

Item sur les commun dou cens l'evesque et des escuyers, au curé de Sacy, X sol.

Item, à la maladrerie de Sacy, X sol.

Item, sur la partie l'évesque dou vin de dime.

A l'hospital de Sacy, IIII muis.

Item, à la maladrerie de Sacy un mui sus la partie Jehan d'Aisy purement.

Item au curé de Sacy, I muis sus tote la partie aux escuyers.

Item, li curez de Bétry prend sur le dime dou vin le tiers.

Item, sus le blé à cens le tiers.

Item, sur le blé à tierce et à dyme lou reste leicouz payez pour tant comme il prent.

Ou bois de Pissebeuf a six-vingt-neuf arpens de qui il doit cheoir qu'il y a VII arpens où il n'y a point de bois, de quoi il doit cheoir XI arpens pour places et voyes.

Ou bois des Caves a LX arpens et I quar

desquex doit cheoir III arpens pour places et pour voyes.

Ou bois d'entre deus prez a XLIX arpens et demi, desquex il doit choir II arpens pour places et pour voyes.

Ou bois dou Foillas a LIX arpens et demi, desquiex il doit cheoir V arpens pour places et pour voyes.

N° 242.

Vicairies ou Chapellenies dans l'église d'Auxerre, établies par Etienne de Doët, souchantre.

(An 1293.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie archid. in ecclesia Autissiodorensi, sede vacante, salutem in Domino. Notum facimus, quod coram Johanne de Monasteriis, clerico jurato nostro a nobis propter subscripta audienda, et loco nostri recipienda, specialiter destinato, cui quantum ad hoc et majora fidem plenariam adhibemus, et cui ad hoc commisimus vices nostras, propter hoc, personaliter constitutus, Guillelmus Colini clericus, perpetuus vicarius in ecclesia Autissiodorensi, de vicariis in dicta ecclesia a defuncto magistro Stephano de Doeto, quondam succentore dicte Autissiodorensis ecclesie, institutis de consensu et autoritate venerabilis viri magistri Milonis de Rempillone, succentoris dicte ecclesie Autiss., coram dicto jurato nostro presentis et autoritatem suam, dicto Guillelmo, quoad ea que sequentur, prestantis et consentientis, recognovit dictus Guillelmus se, nomine dicte vicarie, et suo, et pro utilitate dicte vicarie, ut dicebant dicti succentor et Guillelmus, vendidisse, et venditionis nomine perpetuo quittavisse et concessisse Robino, dicto le Veu, et Isabelli dicte Belle-femine uxori sue, et eorum filiis, pensionem annuam viginti solidorum Turonensium, in qua dicti Robinus et ejus uxor ipsi Guillelmo et suis successoribus tenebantur super rebus inferius annotatis : videlicet super quodam quarterio quod dicti conjuges habebant situm retro Bercuiacum, contigua vinee uxoris defuncti Clementis dicti Nanto, ex una parte, et vinee Eustachii Castellarii ex altera; item super quodam quarterio vinee quod habebant situm in territorio de Bono-Pane, contigua vinee Johannis Sutoris ex una parte, et vinee Galopini Plaustrarii ex altera; et uno arpento vinee quod habebant situm in dicto territorio de Bono-Pane, juxta dictam vineam dicti Johannis Sutoris, et juxta vineam dicti Galopini, et juxta viam novam, pro duodecim libris Turonensibus a dictis Robino et ejus uxore traditis et liberatis in pecunia numerata, exceptioni dicte pecunie sibi non tradite nec numerate, ac spei etiam numerande. De qua summa pecunie, tam dicti Guillelmus, quam succentor, dictos emptores et eorum heredes quittaverunt perpetuo, coram jurato nostro predicto, nec-non et de pensione annua supradicta. Promittentes, tam dictus succentor, de cujus presentatione dicta vicaria esse dicitur, quam dictus Guillelmus, coram dicto jurato nostro, videlicet dictus succentor bona fide, et dictus Guillelmus per fidem suam in manu dicti jurati nostri prestitam, quod in predicta pensione annue, nec in rebus prenominatis ratione dicte pensionis annue nihil juris de cetero reclamabunt, nec per alium reclamati, facient in futurum; obligantes quoad hoc se et successores suos et omnia bona sua et successorum suorum, mobilia et immobilia, presentia et futura, et juridictioni curie Autissiodorensis, et nostre, ubicumque maneant, supponentes, renunciantes tam suo, quam successorum suorum, nomine, coram dicto jurato nostro in hoc facto specialiter et expresse, exceptioni doli, mali privilegio fori, rei ita non..... doli metus in factum exceptioni, deceptionis, lesionis et circumventionis in hoc facto exceptioni deceptionis ultra..... in integrum, omni juris auxilio, omni consuetudine et statuto, omnibusque aliis exceptionibus et...... que contra presens instrumentum vel factum possent objici sive dici. In quorum omnium..... ati nostri qui nobis premisse per juramentum suum retulit esse vera sigillum curie....... Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, die lune post Reminiscere.

(Tiré de l'original scellé du sceau en cire verte, représentant un saint qui tient un livre de la main gauche. Et sur le repli est écrit : *Monast. ita recepit*).

N° 243.

Vente d'un bois au Chapitre d'Auxerre, par l'abbesse des Isles.

(An 1293, juin.)

Omnibus presentes litteras inspecturis : soror Agnes, humilis abbatissa monasterii de Insulis prope Autissiodorum, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus quod nos, pro necessitatibus ecclesie utiliter expediendis, vendidimus et venditionis

nomine in perpetuum quittavimus, venerabilibus viris decano et capitulo Autiss. quoddam nemus quod habebamus situm juxta nemus Johannis dicti Chanlateux, ex una parte, et juxta nemus Johannis filii Johannis Blootin, et Adeline ejus uxoris, ex altera; quod nemus venditum dicti Johannes et Adelina in puram et perpetuam eleemosynam et suarum remedium animarum pro octo libris Turonensibus nobis quittis et jam solutis a dictis decano et capitulo, in pecunia numerata, et de quibus nos renunciamus exceptioni dicte pecunie nobis non solute, non numerate, ac spei etiam numerande, dictos decanum et capitulum, et eorum successores absolvimus in perpetuum et quittavimus. Nosque devestientes de dicto nemore vendito, venditionis nomine, et dictos decanum et capitulum investiri volentes, de eodem per traditionem presentium litterarum.

Promittentes, bona fide, nos contra venditionem et quittationem predictam per nos vel per alium non venire, nec in dicto nemore vendito aliquid juris de cetero reclamare, nec ab alio facere reclamari; nosque dictum nemus venditum dictis decano et capitulo garentire et deffendere erga omnes quittum et liberum ab omni onere, servitio, servitute et omni alia exactione quarumcumque, preterquam a recto censu, reddereque et restituere eisdem decano et capitulo omnia damna, deperdita et expensas que et quas ipsi, per defectum dicte garentie minus late, sustinerent, facerent et haberent, et quantum ad hec tenenda et firmiter observanda, nos et omnia bona monasterii nostri mobilia et immobilia, presentia et futura dictis decano et capitulo generaliter obligamus et manere volumus obligata.

In quorum omnium testimonium sigillum nostrum quo unico utimur, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M CC XCIII mense Junio.

(*Ex Cartul. Capituli Autiss. fol. 465 recto.*)

N° 244.

Confirmation de donation de aux Cordeliers d'Auxerre, par le comte Guillaume de Chalon.

(An 1294-95).

A tous cels qui verront ces présentes leitres : Guillaulme de Chalon, Cuens de Auxerre et de Torneurre, et sire de Seint-Aignien en Berri, salut. Cum li procureor et li porveor des Frères Meneurs de Aucerre haient acquis, à l'usaige desdits Frères, aucunes places assises desfors les murs viez de la cité de Aucerre, delez la rue qui est apellée Soubmurs, lesquex places, si come eiles se comportent des lou mur de la closture audiz Frères, pardever la rue Souz-Mur jusques à la maison Jehan Doumont peletier, contenenz de tout au moins cinquante toises, et si comme ciles se compoitent des la rue Souz-Mur jusque au mur de viez de la cité, contenanz de large anviron trente toises; et lesquex places sont en ma joustice et en ma seignorie; et cesdites places il ne puisse havoir ne retenir à loz uz, se n'est de mon assentement et de ma volenté.

Saichent tuit que gie, en lénor de Dieu et de tous sainz, et pour la révérence de l'ordre desdiz Frères, et meismant pour le remède des âmes de mon chier père et de ma chière mère, Jehan de Chalon, comte de Aucerre, seigneur de Roicefort, et Aalaiz de Never, jadis sa famme, comtesse de Auceurre; et pour lou remède de la moie ame, iceiles dites places, si comme cils se comportent, ontre lesdiz leus enfans, et les édifiz qui sont en iceiles, se nuls inchi ha amortis audiz Frères, à tousjours mais.

Ou tesmoignage de laquele chose, gie hai fait sceiler ces leitres de mon propre sciaut. Données en l'an de grâce mil duez cens quatre-vingt et quatorze, ou mois de janvier.

(*Ex Tabul. Franciscan. Autiss.*)

N° 245.

Ordre de Philippe-le-Bel qu'on lui fournisse certaine somme d'argent à Rouen, à la Magdeleine.

(An 1295.)

Philippus, Dei gracia Francorum rex, baillivo Senonensi et aliis quibuscumque de receptis nostris in dicta baillivia et ejus resorto se intromittentibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Sub pena corporis et carceris vobis et unius cuilibet districte precipimus et mandamus, quatenus in continenti visis presentibus procurator dilectorum thesaurarium nostrorum bichii et moicheti, vel alterius eorumdem omnem pecuniam quam de redditibus, receptis, assisiis, expletis, talliis et finantiis judeorum subventionibus, etc. Actum apud Vicenas, die martis post octabas estivalis S. Martini, anno Domini M CC XCV.

(*Ex autographo.*)

N° 246.

Testament de maître Girard de Ville-sur-Arce (1), chanoine d'Auxerre.

(An 1296.)

In nomine Domini, amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, et personaliter constitutus venerabilis vir et discretus magister Girardus de Villa-super-Arciam, canonicus ecclesie Autiss.....

Postmodum legavit dictus canonicus subsidio Terre-Sancte centum libras turon. dum tamen generale passagium dicte Terre evenerit infra triennium à tempore mortis sue; et si tale passagium infra dictum tempus non evenerit, voluit quod dicte centum libre Turonenses erogentur pauperibus puellis, per manum ipsius executorum, tam apud Autissiodorum, quam apud Villam-super-Arciam.

Item legavit ecclesie Autissiod. sexaginta libras Turon., ad emendos redditus, pro memoria anniversarii bone memorie Erardi quondam Autissiod. episcopi, et ipsius canonici, et omnium benefactorum ipsius, et pro anniversario ipsorum annis singulis, in ipsa Autiss. ecclesia in perpetuum facienda.

Item, vicariis S. Johannis-Rotundi in ecclesia Autissiod., decem libras Turon. pro emendis redditibus, et pro Anniversario dicti Erardi episcopi et ipsius, ac benefactorum ipsius, annis singulis, in perpetuum ab ipsis celebrando.

Item, vicariis S. Michaelis in ecclesia predicta, decem libras pro anniversario suo et predictorum Erardi et benefactorum suorum, etc.

Item, omnibus capellanis habentibus nunc altaria in ecclesia Autissiod. vel in civitate Autiss., tres solidos annui redditus pro anniversario suo, et dicti Erardi quondam Autissiod. episcopi etc.

Item, confratrie clericorum de choro Autissiod. decem libras, pro redditibus emendis.

Item, monasterio S. Mariani triginta libras pro redditibus emendis, pro anniversario suo, Erardi quondam Autissiodor. episcopi, etc.

Item, legavit decem libras dictus canonicus domui Dei S. Stephani Autissiodor., pro emendis redditibus, ut supra.

Item, domui Dei de Monte-Autrico, decem libras.

Item, domui Dei S. Petri Autiss. quadraginta solidos, pro emendis redditibus, ut supra.

Item, monasterio S. Petri Autiss., decem libras pro redditibus emendis, pro anniversario suo et dicti Erardi episcopi, etc.

Item, priori et conventui S. Amatoris Autiss. centum solidos pro annuis redditibus emendis, pro anniversario suo et predictorum episcopi et benefactorum.

Item, legavit canonicis B. Marie extra muros Autiss., centum solidos pro dicto anniversario.

Item, monialibus S. Juliani Autiss., quindecim libras Turon.

Item, monialibus de Insulis decem libras pro annuis redditibus, ut predicitur, pro anniversario dicti canonici et Erardi quondam Autiss. episcopi.

Item, ecclesie B. Gervasii Autissiodor., centum libras.

Item, voluit et precepit, quod die obitus sui distribuantur canonicis Autissiod. de bonis ipsius viginti libre, pro remedio anime sue.

Item, legavit cuilibet ecclesie Autissiod. tres solidos, die obitus sui, et cuilibet clerico de choro ecclesie predicte duos sol. turonenses.

Item, legavit curato ecclesie B. Petri in Castro, quinque solidos : curato ecclesie B. Regnoberti Autissiodorensis, quinque solidos.

Item, voluit et precepit dictus canonicus quod de bonis ipsius fiant tres caritates; una die obitus sui, alia die sequenti, et tertia ad voluntatem executorum ipsius, et cuilibet ad quamlibet dictarum trium caritatum venienti detur unus denarius, etc.

Item, voluit quod de bonis suis pauperibus villarum de Monastello, de Bello-Videre et et de Parliaco erogentur, scilicet in qualibet villa decem libras.

Item, legavit Johanni de Appogniaco, servienti suo, viginti libras; monialibus de Lisignis triginta libras : ecclesie de Villa-super-Arciam viginti quinque solidos annui redditus : ecclesie de Moris viginti quinque solidos annui redditus ecclesie de Clareyo viginti solidos annui redditus : Fratribus Predicatoribus Autissiod. decem libras Turonenses : Fratribus Minoribus Autissiod. decem libras Turonenses : Filiabus Dei de Autissiod. quadraginta solidos Turonenses.

Item, domui Dei S. Germani Autissiod. quadraginta solidos Turonenses.

Item, leprosis S. Symeonis Autissiodor. centum solidos.

Item, legavit Lamberto de Cruysiaco,

(1) Ville-sur-Arce est proche de Bar-sur-Seine, à une lieue vers l'orient. Arce est le nom de la rivière.

curato ecclesie de Poilliaco, viginti libras.

Item, voluit et precepit, dictus magister Girardus, quod super omnibus conquestis suis, quos fecit in civitate et finagiis Autissiodor. in quibuscumque rebus existant, scilicet super vineam quam emit, ut dicebat, a Guillelmo Faisserii, ac furno quem emit, ut dicebat, a dicto Pameranlite, et domibus que fuerunt Morelli Aysardi, fundentur per executores suos duodecim vicarie, in quibus sint duodecim vicarii, videlicet quatuor diaconi, quatuor subdiaconi et quatuor acolyti, qui intersint in ecclesia Autissiodorensi matutinis, misse et vesperis; et quod quilibet eorum unum psalterium in qualibet hebdomada legere teneatur. Scilicet quod fundentur in ecclesia Autissiodorensi predicta super bursam capituli Autissiodorensis, si possit commode procurari, ita quod si dictum capitulum in hoc consenserit, quod collatio dictorum duodecim vicariorum perpetuo pertineat ad ipsum, et si in hoc consenserit, quod dictas res teneat et pertineat pro sexaginta libratis terre, de quibus quilibet vicarius habebit si intersit horis, duos solidos qualibet hebdomada; et si non consenserit, premissa posuit et reliquit ordinationi et arbitrio executorum suorum, et pro premissis omnibus exequendis et complendis executores suos fecit magistrum Stephanum de Bonavalle, archidiaconum de Tharasca in ecclesia Laudunensi, magistrum Jobertum, thesaurarium de Tociaco, et Lambertum de Cruseio, curatum ecclesie de Parliaco, Autissiodor. diecesis.

Ex codicillo M CC XCVI, die martis ante festum B. Martini.

Legavit siquidem triginta libras Turon. erogandas per manus executorum suorum pauperibus parochie S. Ferreoli, Autiss. diecesis, etc.

Item, adhuc elegit inter executores sui testamenti magistrum Hugonem de Hermanto archidiaconum Autissiod.

(Ex Cartul. Capitul. Autiss.)

N° 247.

Hommage de la baronnie de Donzy fait à Pierre de Mornay, évêque d'Auxerre, par Louis, comte de Nevers.

(An 1296, 19 octobre.)

Universis presentes litteras inspecturis. Nos, frater Guido monasterii Sancti-Germani Autissiodorensis, nos Robertus monasterii S. Laurentii de Abbatia, permissione divina, abbates humiles, nos Gaufridus decanus Autissiodor., Joannes cantor Aurelianensis et Stephanus de Bonavalle, archidiaconus in ecclesia Laudunensi, salutem in Domino. Noveritis quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, die veneris post festum beati Luce Evangeliste, apud Autiss., nobilis vir Ludovicus, comes Nivernensis, fecit venerabili patri ac Domino, Domino Petro de Mornayo, Autiss. episcopo, nomine episcopatus sui, homagium ligium de castris infra scriptis : videlicet de Donziaco et de tota baronia Donziaci et de Conada, de Castro novo, de S. Salvatore et de Murato et de castellaniis et pertinentiis eorumdem; et recognovit dicta castra de Conada, de Castro-Novo, de S. Salvatore et de Murato esse jurabilia et reddibilia episcopo memorato, promisitque dictus comes dicta castra, cum omnibus munitionibus eorumdem, prefato episcopo reddere, tradere et deliberare ad beneplacitum episcopi memorati, ita tamen quod eidem comiti ab eodem episcopo cum ea integritate reddantur; et his actis dictus episcopus dictum comitem de dicto feodo investivit.

In quorum omnium testimonium et munimen sigilla nostra, una cum signeto Galtherii Blandini, publici autoritate apostolica notarii, qui una nobiscum omnibus premissis presens interfuit, presenti instrumento duximus apponenda. Actum anno, die, loco predictis, indictione nona, pontificatus domini Bonifacii pape octavi, anno secundo, presentibus etiam nobiscum venerabilibus viris magistris Guillermo Catin, Hugone de Acervilla, Joanne de Brayo, canonicis Autiss., Hugone Mauguin, canonico Aurelianensi, et pluribus aliis testibus, vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Galtherius Blandin, autoritate Sacro-Sancte Romane ecclesie publicus notarius, iis omnibus presentibus interfui, et ea omnia manu propria scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signoque meo consueto signavi, rogatus.

(Ex Tabul. Episc. Autiss.)

N° 248.

Quittance de 1,500 livres payées par Guillaume d'Arcy, aux moines de Pontigny, pour prix de la terre de Venouse.

(An 1295, 24 septembre.)

A touz ces qui verront et orront ces présentes lettres, je Guillaume d'Arcyes sires de Pisy, salut. Saichent tuit que en la présence de noble homme Monsieur Erart

mon frère, je hai eu et receu de religieux hommes l'abbé et le convent de Pontigny, de l'ordre de Cystiaux, de la diocese d'Auceurre, ou non de noble homme Mgr Jehan de Vergy et de noble dame Madame Marguerite sa femme, pour raison de la vençon de la ville de Venousse, mil et cinq cenz livres de petiz tournois, à moy comme à procureur desdiz seigneur et dame, baillez et nombrez desdiz religieux, de laquelle somme d'argent dessus dite, je, ou non dessusdit, comme procureres; me tien pour bien paiez et lesdiz religieux en clame quittes.

Ou tesmoing de laquele chose je hai seellées ces lettres de mon seel douquel je use; données en l'an de grâce MCCXCV, le samedi apres le Saint-Mathieu l'apostre.

(*Cartul. de l'abbaye de Pontig., in f° p.* 842. — *Archives de l'Yonne*).

N° 249.

Remerciement de Guillaume de Chalon, comte d'Auxerre, au Chapitre de la cathédrale, au sujet de l'argenterie qu'il lui avait prêtée.

(An. 1297, 23 mai.)

Omnibus presentes litteras inspecturis, Guillelmus de Cabilone, domicellus, comes Autissiodorensis, salutem in Domino. Noverint universi quod viri venerabiles et discreti dilecti amici nostri, G. decanus et capitulum Autissiodorensis, dum essemus in procinctu itineris nostri arripiendi ad exercitum illustrissimi domini nostri domini Philippi, Dei gracia regis Francorum, contra comitem Flandriensem et sibi adherentes, proponeremusque pro proximo militie cingulo decorari, nobis ex gratia et mera liberalitate sua, cum nobis ad hec minime tenerentur, nisi vellent, jocalia videlicet vasa, tam argentea quam aurea, aut in superficie deaurate, usque ad estimationem ducentarum librarum Turon. quibus eisdem, in quantum possumus, regratiamur. Et nolentes quod hec aliquatenus a posteris nostris trahi possit ad consequentiam (quod absit) vel prejudicium eis in aliquo fieri, reputamus nos ipsis et ecclesie Autissiodorensis naturaliter obnoxios, et eisdem tradidimus presentes litteras sigillo nostro proprio sigillatas, in testimonium premissorum. Datum anno Domini MCCXCVII, die Jovis post festum B. Peregrini.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 250.

Vicairies en l'église d'Auxerre à la nomination du Souchantre.

(An 1300-1301, 22 février.)

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras inspecturis, officialis Autissiodorensis salutem in Domino. Proposuit in jure, coram nobis, Symonetus de Sancto-Amatore, clericus, perpetuus vicarius altaris Sancti-Alexandri in ecclesia Autissiodorensis, contra Johannem dictum le Veu, quod cum predecessores sui, nomine dicti altaris et beneficii ipsius altaris, essent et diu fuissent in possessione, vel quasi, percipiendi, levandi et habendi viginti solidos Turonenses annui redditus a possessoribus cujusdam quarterii vinee site retro Bercuyacum, juxta vineam relicte defuncti Clementis dicti Nanto, ex una parte, et juxta vineam Constantii Coustellarii ex altera; item cujusdam quarterii siti in loco qui dicitur Bonus-Panis juxta vineam Johannis Sutoris, et unius arpenti in dicto territorio siti, et possidendi haberent, et per consequens idem actor, dictus reus, quanquam dictas res tenuerit et possiderit per decem annos nuper preteritos, et adhuc teneat et possideat easdem in solutione dictorum viginti solidorum per dictos decem annos defecerit, sic dictum actorem possessione sua et quasi predicta indebite spoliando. Quare petiit et petit nomine vicarie sue predicte ad possessionem suam, vel quasi predictam restitui et reduci, et decem libras Turonenses per defectum solutionis pro predictis decem annis sibi reddi ac solvi ab eodem, et ipsum ad hoc necnon ad reddendum et solvendum eidem dictos viginti solidos, anno quolibet in futurum, sibi per nos sententialiter condempnari et compelli, causis et rationibus antedictis. Jus et nostrum officium implorando in hiis omnibus in quibus esset implorandum, salvo sibi juris beneficio in omnibus, addendi, etc., potestatem de expensis suis, etc., nec astringens, etc.

Ad quem litem contestando, respondit dictus reus, quod revera predecessores dicti actoris diu fuerant in possessione percipiendi et habendi, annis singulis, dictos viginti solidos Turonenses annuatim a possessoribus rerum predictarum, et quod res predictas tenuerat et possederat per dictum tempus, et adhuc tenet et possidet easdem, et in solutione dicte pensionis defecerat per tempus predictum, dicens tamen ad sui defensionem, ac proponens quod ad solutionem dictorum vi-

ginti solidorum super res predictas assessorum minime tenebatur, pro eo quod Guillelmus de Rampillione, clericus, quondam vicarius dicte vicarie, de assensu et voluntate defuncti magistri Milonis, quondam succentoris Autissiodorensis et patroni dicte vicarie, eidem Johanni reo dictos viginti solidos annui redditus vendidit pro duodecim libris turonensibus, de quibus eisdem Guillelmo et patrono extitit plenarie satisfactum. Ad quod respondit dictus actor, quod si dictus Guillelmus, autoritate predicta dictos viginti solidos annui redditus ipsi reo vendidit, dicta venditio non valuit cum facta fuerit sine autoritate prelati, et sine interpositione decreti, que omnia requiruntur antequam res ecclesiastice possit vendi.

Lite igitur super premissis legitime contestata, rationibus hinc inde propositis, auditis, tandem die martis post festum B. Hilarii coram nobis assignata dictis partibus, ad diffiniendum et ad procedendum super premissis ulterius, ut jus esset, predictis partibus coram nobis in judicio comparentibus, et diffinitivam sententiam sibi fieri a nobis cum instantia super premissis poscentibus, nos, visis actis dicte cause diligenter et inspectis, consideratis omnibus... . de facto movere poterant et debebant, Deum solum. pre oculis habentes, de bono et jurisperitorum consilio..... dum in futurum quandiu predictas res tenuerit, predictum annuum redditum seu pensionem viginti..... quo super reducendo et restituendo eundem actorem ad possessionem suam, vel quasi..... edditum ipsum super res predictas ab ipso reo in scriptis duximus sententialiter condemp... nimen sigillum curie Autissiodorensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo, die martis predicta post festum B. Hilarii. Constat de possessione Hilarii.

Sur le repli est signé : Appoigni.

(*Ex autographo.*)

N° 251.

Bail qui apprend quelques particularités sur l'Abbaye de S. Julien d'Auxerre.

(An 1301.)

Universis presentes litteras inspecturis: Officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presentia, propter hoc personaliter constitutus, Johannes, de Meldis presbyter, perpetuus capellanus capelle Sancti-Fereoli in claustro Sancti-Juliani Autissiodorensis, coram nobis est concessus se, ex causa donationis sibi facte et confesse ad vitam suam, tantummodo, ut dicebat, a religiosis monialibus abbatissa et conventu de Insulis, tenere a dictis monialibus, ad vitam suam, quandam domum dictarum monialium sitam, ut dicebat, in claustro S. Juliani predicto, inter ecclesiam canonicorum S. Juliani Autissiodorensis, juxta hortum liberorum defuncti Jacobi dicti Lesire, ex una parte, et juxta domum eorumdem liberorum ex altera.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo primo, die dominica post festum B. Luce evangeliste.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 252.

Lettres du roi Philippe-le-Bel, qui maintiennent l'évêque d'Auxerre et son clergé dans leurs droits de justice, et défendent au bailli de Sens d'empiéter sur leur juridiction.

(An 1302, 1[er] juillet.)

Universis presentes litteras inspecturis, Officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Noveritis nos litteras inferius annotatas de verbo ad verbum vidisse et diligenter inspexisse, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui viciatas, ut prima facie apparebat, sigillo illustrissimi Philippi, Dei gracia regis Francorum, munitas, formam que sequitur continentes. Philippus, Dei gracia Francorum rex, baillivo Senonensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Regi regum per quem vivimus et regnamus, gratum obsequium impendere proculdubio arbitramur, cum ejus ministris, et hiis precipue que pontificati sunt prediti dignitate, oportunis assistimus auxiliis, ac venerandandas Dei ecclesias quorumcunque malignorum oppressas incursibus oportune subventionis auxilio consolamur.

Scientes profecto quod ad hoc omnipotens Dominus regum et principum in terris statuit dominatum, ut per eorum potenciam perversi a reprobis cohibeantur moribus et vim pacientes de talium manibus eruantur. Hac igitur consideratione inducti, gravaminibus, molestibus, injuriis et variis oppressionibus, in quibus per vos, bajulos, officiales servientes et ministros vestros ballivie vestre, dilectus et fidelis noster, episcopus Autissiodorensis, necnon et alie persone ecclesiastice civitatis et diocesis Autissiodorensis, asserunt se et suos multipliciter pregravatos : deli-

berationi prehabita, diligenti obviare volentes, mandamus vobis quatinus si in maleficiis vel facinoribus flagrantibus, vel aliter, absque speciali licencia predicti episcopi, ceperitis, per vos vel servientes vestros clericos quoscunque in possessione clericatus repertos, vel extra habitum clericalem, postquam de clericatu constiterit seu qui communiter et probabiliter pro clericis habeantur, tempore captionis, absque qualibet difficultate et absque redemptione emende cujuscumque, pro maleficiis supradictis, eidem episcopo vel ejus officiali ipsos requirentibus restituatis eosdem ipsis, casus pro quibus capti fuerint exprimentes et declarantes ut ipsos puniant ut fuerit rationis; non capientes nec capi permittentes a custodibus carcerum vestrorum carceragia ab illis clericis qui indebite et absque causa racionabile in ipsis carceribus positi fuerint, sed, expensis moderatis quas iidem clerici inibi fecerint, ipsos carcerum custodes faciatis manere contentos. Et dum ex parte ipsius episcopi, vel ejus officialis, requisiti fueritis super adjutorio eisdem impendendo ad clericos malefactores ipsis delatos, capiendos et cohercendos, eisdem auxilium impendatis, sufficientes servientes tradentes ad stipendia ad sufficiencia ordinariorum eorundem. Quod si contingat ipsos sic captos antea ex causa in nostris poni carceribus, absque difficultate quacunque et emenda, ut supradictum est, eidem episcopo vel ejus officiali requirentibus, restituatis eosdem. Et si commode absque positione in vestris carceribus in ipsius episcopi carceribus poni possint, ipsos, sic ad ejus requisitionem captos, in vestris carceribus non ponatis. Item, illius prelati qui nuncios arma ab antiquo in sua diocesi portantes habere consuevit, ad clericos delinquentes capiendos, arma portare pro hujusmodi non impediatis eosdem. Item clericos non conjugatos, viventes clericaliter, ad contribuendum cum laycis in talliis vel collectis personalibus, vel ratione mobilium suorum, nullatenus compellatis nec per vestros justiciarios compelli, nec ob hoc eorum bona capi seu domos claudi permittatis. Caventes ne in fraudem super eorum immobilia imponantur collecte vel tallie, in casibus in quibus non fuerint imponende. Item si ipsum episcopum, vel ejus officialem, contra suos subditos in casibus ad eos spectantibus procedere contingat, ipsos subditos contra ipsum episcopum non deffendatis, juridictionem ipsius episcopi impediendo. Item non impediatis rectores et alios curatos ecclesiarum parrochianos suos, super decimis non feodalibus, coram ipsius episcopi officialem convenire, nec ob hoc bona ipsarum personarum ecclesiasticarum saisiri, vel ipsos in eisdem impediri permittatis. Quod si de ipsis decimis personas ecclesiasticas arrendationes facere contingat, seu eas ad firmas tradere, laycis propter hoc ad instanciam ipsorum laycorum ipsas personas ecclesiasticas, licet firmas non servantes, ad tradendum coram vobis non compellatis, cum hoc nostram juridictionem non contingat. Item super cognitione causarum legatorum ad pias causas factorum doctium, et propter nuptias donationum, de quibus noveritis ipsum et predecessores suos cognitionem ab antiquo habuisse, non impediatis eum nec ipsi super hoc inferatis, nec permittatis inferri indebitas novitates. Item judeos originarios ejusdem episcopi, in terris in quibus omnimodam juridictionem habet commorantes, et pro ipsus libito tailliabiles, cum nostris judeis in talliis et collectis super judeos nostros impositis tantum contribuere nullatenus compellatis. Item pro factis personalibus clericos clericaliter viventes, et personas ecclesiasticas, coram nobis litigare non compellatis; licet coram vobis super ipsis factis personalibus se obligaverint nec permittatis compelli, nec pro delictis ab ipsis commissis condempnationes vel exactiones aliquas faciatis. Item si judices ecclesiastici, in casibus ad ipsos spectantibus, aliquem excommunicent vel excommunicatum faciant, nunciari juridictionem nostram temporalem per hoc non impedientes, temporalitatem ejusdem episcopi ob hoc nullatenus capiatis, nec capi permittatis, nec ad hujus excommunicationum sentencias revocandi compellatis eosdem autem permittatis compelli. Item in casibus in quibus de jure vel consuetudine antiqua et approbata ad ipsos spectat cognitio, eo ab ipsa cognitione desistere per captionem bonorum vel amicorum suorum non compellatis. Item si quis per litteras sigillis curiarum nostrarum sigillatas se obligaverit, et ille obligans in curia ecclesiastica conqueratur de illo cui se obligavit, super usuris cognitionem ecclesie : super hiis nolumus impediri aut quenquam compelli ad acta in curia ecclesiastica super hiis habita revocanda ; nichilominus littere nostre exprimentes usurariam pravitatem exequtioni debite mandabuntur. Item si alique persone ecclesiastice sint et fuerint in possessione pacifica justiciarum vel rerum aliarum, ab ipsis sine cause cognitione ipsas nolumus des-

saisiri, nec per fraudem de possessoribus fieri petitores, nec maliciose quin coram vobis, vel vestris ministris, cause agitate fuerint, sentencias ferre pro quibus ferende fuerint differratis nec permittatis differri. Item sine justa causa in bonis mobilibus personarum ecclesiasticarum, per vos vel aliquem ministrorum nostrorum, manum vestram non ponatis. Et si contingat bona ipsius episcopi vel personarum ecclesiasticarum ad manum nostram capi, vel saisiri, si reperiatur injuste, vel sine causa rationabili ea capta fuisse non compellatis eos, nec permittatis compelli servientibus salaria reddere, vel expensas. Si tamen ad instanciam aliorum hoc forte factum fuerit, ab illis qui hoc injuste procuraverint fieri predicta salaria et expensas exigi potuerint et levari.

Item si aliqui vassalli tenentes ab eodem episcopo in feodum, in locis de quibus ressortum ad ipsum episcopum spectat, per vos vel ministros vestros moniti, super aliquo facto justicie exequendo et non faciant, vel negligentes existant, non ob hoc per vestros ministros hoc fieri faciatis in dictis locis, nisi prelatus requisitus in negligentia fuerit, vel deffectu; aut nisi in locis ipsis aliud de approbata consuetudine habeatur. Item baiulos et curiales vestros contra ordinacionem beati Ludovici emptiones reddituum vel terrarum, aut negociationes illicitas, per se vel per alios in territorio sibi subdito, exercere nullatenus permittatis. Item super ordinatione facta a beato Ludovico de articulo fractionis pacis, fraudem committi nolumus nec contra aliorum juridictiones sub palliacione hujusmodi contra ipsius ordinationis mentem aliquid attemptari. Item si servientes, vel ministri, aut subditi ipsius episcopi, ad mandatum ejusdem arma consueta portent pro deffensione et custodia nemorum, pascuorum, vel pro executione justicie sue, in locis in quibus hoc consueverunt, ob hoc non capiatis, nec capi permitatis eosdem, nisi casum committant excessivum in quo ad nos punitio pertinere noscatur. Item si aliqui falsam monetam expendant in terris in quibus idem episcopus omnimodam, altam et bassam justiciam habere noscitur, non impediatis ipsum quominus debitam justiciam faciat de eisdem. Item si in casu debito castra, vel terras personarum ecclesiasticarum ad manum nostram capi, vel saisiri contingat, uno serviente in uno loco ponendo contentos vos esse volumus; nisi contumacia vel protervitas plures requirat. Et servientes hujus moderatis, non excessivis stipendiis faciatis manere contentos. Item advocationes et recognitiones in terris et justiciis dictarum personarum ecclesiasticarum, de novo, in eorum prejudicium non admittatis, nec a vestris ministris admitti permittatis. Et si que de novo facte fuerint, eas ad statum debitum reducatis. Item servientes et ballivi aut alii ministri nostri in terris in quibus idem episcopus omnimodam habet justiciam, officium exercendo mansiones non habeant, nec assisias teneant, nisi ubi fuerit consuetum. Item pretextu alicujus gardie nostre antique, in personis ecclesiasticis non impediatis nec impediri permittatis juridictionem ecclesiasticam prelatus. In hiis tamen que ad ipsam gardiam nostram spectant, jus nostrum et illorum qui sunt de nostra antiqua gardia conservetis. Item in locis quibus consuetum est in instrumentis juramenta, vel fidem poni a notariis ballivie vestre ad requisitionem contrahencium, non inhibeatis apponi fidem et hujusmodi juramenta. Item confugientes ad ecclesias non extrahatis ab eis, nec extrahit permittatis, nisi in casibus a jure permissis. Item si abbates vel presbyteros, aut alios clericos capi vel verberari, vel eis insidiari ab aliquibus nostris subditis, contingat, de talibus factis ad laudem Dei, prout ad vos spectat, justiciam facere non tardetis : scilicet defendatis eos ubi defensio requiretur, prout ad vos noveritis pertinere. Item si aliqui de vestris ministris, vel servientibus, sint denunciati excommmunicati appellatione ipsam excommunicationem non precedente, non permittatis impediri per eos divina officia in ecclesiis, remanendo contra prohibitionem sacerdotum.

Actum Parisiis, die dominica post festum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini millesimo ccc° secundo.

(Pièce sur parchemin, scellée autrefois du sceau de l'official.)

(*Fonds de l'évêché d'Auxerre, liasse* 10, *Archives de l'Yonne.*)

N° 253.

Échange entre l'abbaye de S. Laurent et le prieuré de Révillon.

(An 1302, 9 août.)

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus abbas Sancti-Laurentii de Abbatia, S. Augustini ordinis, diecesis Autissiod. totusque ejusdem loci conventus, ac frater Stephanus, prior, et fratres S. Nicolai de Rivillione, ordinis de Spallo, diocesis Autiss., salutem in Domino. Notum fa-

cimus quod nos, frequenti tractatu premisso et diligenti deliberatione prehabita, ecclesiarum nostrarum utilitate pensata, permutavimus et permutamus, nos abbas et conventus predicti, duas pecias vinearum quas habemus apud Varziacum, unam sitam in territorio de Montemedio, juxta vineam Stephani Grasseti, ex una parte, et juxta vineam liberorum Guillelmi Rubei de Castro-Censurio, ex altera, et aliam sitam in territorio de Costa Herbaudi, juxta vineam prebende Guillelmi Cortaudi, que fuit magistri Nicolai de Cypeyo, ex una parte, et juxta vineam relicte defuncti Guillelmi de Bobus, ex altera; et unum sextarium frumenti de frumento sufficienti, quod habemus singulis annis et percipimus in parochia de Cyez apud villam dictam Genevoy, a priore et fratribus predictis et successoribus eorumdem in festo Purificationis B. Marie Virginis, ad unam peciam vinee quam prior et fratres predicti apud Gachiacum qui appellatur Revillon, prout se comportat. Et nos Stephanus, prior et fratres predicti, permutavimus cum abbate et conventu predictis vineam nostram de Gachiaco, etc.

Et nos Guillelmus prior de Espallo, superior, visitator et corrector prioratus de Revillon, dictam permutationem gratam et ratam habentes eam laudamus, etc..... Datum anno Domini M. CCC. II. in vigilia B. Laurentii.

(*Ex Tabul. B. Laurentii.*)

N° 254.

Aveu, au comte d'Auxerre, de biens situés à Vermenton, Vincelottes et Vincelles.

(An 1303, 16 août.)

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus Gendoti, custos sigilli regii in prepositura Sancti-Petri de Monasterio, salutem in Domino. Noveritis quod coram Guichardo, ecclesie clerico jurato regis nostri, cui quoad hec commisimus vices nostras, constitutus, Johannes Boilly, Dominus de Villaribus, publice et in jure confessus est se tenere in feodum a nobili et potenti principe, domino comite Autissiodorensi, res inferius nominatas. :

Videlicet quadraginta libras redditua-les quas habet super prepositura de Vermentone, quas acquisivit a Johanne de Meso.

Item duas partes, pro indiviso justicie de Vincellis et de Vincellotis, quas defuncta..... tenebat in dictis villis tempore quo vivebat.

Item, quartum terre comitis...... avenis.

Item, quartum furni de Vincellis.

Item, quartum preposilure de Vincellis, ut dicebat dominus Joannes.

Protestans, dictus Johannes, dominus de Villaribus, quod si quid de rebus quas tenet in feodum a comite Autissiodorensi per ignorantiam seu per oblivionem, in presentibus litteris remaneret apponendum, illud plus cognoscit esse de feodo dicti comitis Autiss. et de eodem facere servitium feodale, prout moris est, quotiens ad suam noticiam pervenerit in futurum, et sub omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, obligatione, quod contra confessionem per se factam ullo modo non veniet in futurum, prout hec omnia nobis retulit dictus juratus, cui fidem in hac parte adhibuimus.

In quorum omnium testimonium, ad relationem dicti jurati, sigillum regis predicti presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M. CCC. III, die veneris post festum B. Marie-Virginis.

(*Ex Codice Mss.*)

N° 255.

Union de la Chapelle S. Germain à l'Ecolâtrerie de la cathédrale.

(An 1307, 10 juin.)

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus, divina permissione Autissiodorensis episcopus, salutem in Domino Christo Salvatore. Universa pastoralis officii cura sorte commissa, sollicita nos pulsat instantia, ut circa ecclesiarum nobis subditarum et personarum sic salubriter et sollicite providere curemus, ne propter defectum aliquem ecclesiastice persone ab oneribus sibi incumbentibus supportandis aliqualiter retrahantur. Cum itaque scolasterie Autissiodorensis proventus et exitus essent adeo tenues et exiles quod ex eis non possent onera ipsius commode supportari, propter quod bone memorie dominus et predecessor noster, dum viveret, proposuerat annectere scolasterie prefate aliquod beneficium in subsidium, pro ipsius oneribus supportandis, et hujusmodi proposito tanquam laudabili suum benignum assensum prebere, quoties facultas et possibilitas se offerent, idemque morte preventus suum laudabile propositum minime potuit adimplere. Nos, ut ex officio nostro tenemur, ejus justum et purum desiderium exequi

cupientes, considerantes etiam quod scolasteria predicta est in facultatibus tenuissima et habet necessario multa onera gravia suportare, ut ad ea supportanda scolasticus modernus et successores sui scolastici, qui pro tempore fuerint, saltem in aliquo releventur, altare B. Germani, in ecclesia Autissiodorensi nunc vacans et liberum, per mortem defuncti magistri Guillelmi de Viciniis, quondam ejusdem altaris perpetui capellani, eidem scolasterie duximus annectendum, et de eodem altari magistrum Guillelmum de Rippa, dilectum filium nostrum, nunc scolasticum, nomine suo et successorum suorum, nec-non de omnibus juribus et pertinentiis altaris prefati per traditionem nostri annuli investivimus, mandantes et committentes venerabili nobis in Christo dilecto nostro succentori ecclesie Autiss. ut dictum magistrum Guillelmum de Rippa, scolasticum, suo et successorum suorum nomine in dicta scolasteria inducat in corporalem possessionem ejusdem altaris ac omnium bonorum et jurium ad illam pertinentium, quoquo modo.

Ne autem divinus cultus, propter annexionem predictam, in aliquo minuatur, et fundatoris anima, necnon et fideles viri et mortui debitis suffragiis defraudentur, volumus, statuimus ac etiam ordinamus quod predictus magister Guillelmus et successores sui scolastici, qui pro temporibus fuerint, jurent in capitulo Autissiodorensi ad sancta Dei evangelia, quod in predicto altari in obsequiis debitis deserviant seu deserviri faciant, per se vel in alios, secundum quod consuetum est usque modo, et prout fuit a fundatore ipsius ordinatum.

In quorum testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apponi fecimus ad perpetuam roboris firmitatem. Datum anno Domini millesimo trecentesimo septimo, die decima mensis junii.

(*Ex Cartul. Capit. Autiss.*)

N° 256.

Main-levée de la succession d'un archidiacre d'Auxerre, accordée par l'évêque au Chapitre.

(An 1309, 15 décembre.)

Petrus, miseratione Divina Autissiod. episcopus : dilectis nobis in Christo magistris G. Catini, lectori et Felisio de Coauduno, canonico Autissiod. salutem et sinceram in Domino charitatem. Ad supplicationem venerabilium virorum nobis in Christo dilectorum, decani et capituli nostri Autissiodorensis ecclesie, per venerabilem virum dominum Bertrandum de Capella, canonicum Autissiod. nobis factam, manum nostram et officialis nostri positam in bonis defuncti magistri R. de Vallibus, archidiaconi quondam Autiss. amoventes, ipsaque in manu vestra, tanquam communi, pro nobis et capitulo ponentes, de consensu nostro et dicti magistri B. nomine quo supra, placet nobis et volumus quod vos de plano velo levato summarie veritatem inquiratis et decernatis ad quem spectet dispositio, ordinatio seu jurisdictio dictorum bonorum, tam de jure quam de consuetudine, possessione, vel quasi quibuscumque, juramento primitus a vobis prestito in capitulo nostro, in presentia officialis nostri, quod juste ac fideliter ac diligenter inquiretis, et hujusmodi nostram, omni favore rejecto, sine debito decidentis, et interim executoribus dicti defuncti bona predicta recredatis, idonea sub cautione recepta, de hiis nobis restituendis et complendis que pro dicto defuncto in eventu cause, seu negotii hujusmodi, restituenda fuerint et complenda. In cujus rei testimonium nostrum presentibus fecimus apponi sigillum. Datum Parisiis, XV die decembris, anno M. CCC. IX.

(*Ex autographo.*)

N° 257.

Lettres du roi Philippe-le-Bel, portant confirmation des franchises des habitants du Val-de-Merci.

(An 1311.)

Philippus, Dei gracia Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod homines et habitatores ville *de Val de Marci*, cum dilecto et fideli nostro Guillelmo de Jovigniaco, milite, domino de Sancto-Mauritio, et Aelipdi de Monte-Acuto ejus uxore, franchesias talliarum et manuum-mortuarum de corporibus et de rebus quas idem Guillermus et sui predecessores alias exigere et levare solebant, acquisiverunt de novo, cum instantia requirentes a nobis franchisias hujusmodi confirmari. Nos, eorum supplicationibus inclinati, volumus et eis concedimus per presentes quod homines et habitator predicti, heredesque et successores ipsorum, et causam ab eis habituri, predictas franchisias talliarum ac manummortuam teneant, habeant et perpetuo possideant absque impedimento quocumque, et absque prestatione financie qualiscumque, nobis et successoribus nostris pro premissis quomodolibet facienda, pre-

dictasque franchesias, quoad predicta, ratas et gratas habentes eas volumus, laudamus et approbamus et autoritate nostra regia confirmamus; salvo in aliis jure nostro, et in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Pontisaram, anno Domini M. CCC. XI., mense maio.

(*Ex autographo.*)

N° 258.

Lettres d'indication de la reprise d'un Concile provincial de Sens, tenu à Paris, touchant la poursuite des Templiers.

(An 1311, juillet.)

Petrus, miseratione divina Autissiod. episcopus : dilectis in Christo filiis G. decano et capitulo Autissiodorensis ecclesie, ceterarumque Ecclesiarum capitulis, necnon universis et singulis abbatibus et prioribus conventualibus, tam exemptis quam non exemptis, in civitate et diecesi Autissiodorensi constitutis, salutem in Domino sempiternam. Litteras reverendi in Christo patris et domini domini J., Dei gratia Carnotensis episcopi, recepimus formam que sequitur continentes : Reverendis in Christo patribus ac dominis dominis G. Parisiensi, R. Aurelianensi, P. Autissiodorensi, S. Meldensi, G. Trecensi, et J. Nivernensi, Dei gratia episcopis. J. miseratione ejusdem Carnotensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos die jovis ante festum beati Arnulphi litteras reverendi in Christo patris ac domini domini nostri Philippi, Dei gracia Senonensis archiepiscopi recepisse, formam que sequitur continentes : Philippus, miseratione divina, Senonensis archiepiscopus, venerabili fratri nostro, J., Dei gratia episcopo Carnotensi, salutem et sinceram in Domino caritatem. Magna opera Domini que non nunquam ob ejus exaltationis honorem generalemque salutem populi in consilio justorum et congregatione propensius debent agi, tantomagis operarios vinee dominice, et in omnes precellentes operarii voluntates gratiosius exquisita creduntur, quanto maturioris considerationis examine diligenti volvuntur. Quod nuper attentius intuentes, nos videlicet, una vobiscum, ceterisque venerabilibus fratribus nostre provincie Senonensis suffraganeis episcopis, nobis assistentibus, in nostro provinciali concilio, Parisiis ultimo celebrato, scilicet die lune post Dominicam qua cantatur *Oculi mei*, cum diebus postmodum continuatis ad nonnulla difficultatis ingentis, grandisque discussionis negotia ecclesias et ecclesiasticas personas nostras dicte provincie, sed et negotium fidei nostre catholice, quod diebus istis contra singulares personas militie Templi noscitur imminere, non mediocriter tangentia et urgentia, plus solito que tempore prefati concilii commode nequiverunt finaliter expediri. De vestro, dictorumque fratrum nostrorum consilio predictum nostrum provinciale concilium ad diem tertiam post instans festum Assumptionis B. M. V., cum diebus subsequentibus continuando, prout opus fuerit, Parisiis duximus prorogandum.

Vestre igitur fraternitati autoritate nostra metropolitana mandamus quatenus venerabiles fratres nostros predictos, videlicet Paris. Aurel. Autiss. Melden. Trecens. et Nivern. Episcopos, specialiter ad dictum concilium nostrum, dictis diebus et loco celebrandis convocantes, mandare curetis eisdem aut eorum vicariis autoritate nostra predicta, quatenus per suas civitates et dioceses predictam ejusdem concilii prorogationem intimantes et insinuari facientes, omnia et singula tam suarum cathedralium quam aliarum collegiatarum ecclesiarum, exemptarum et non exemptarum capitula ac omnes et singulos abbates et priores..... iales exemptos et non exemptos, suarum civitatum et diecesanorum ad dictum concilium nostrum dictis diebus et loco congregandum convocent..... Itaque dicta capitula per procuratores idoneos ad agendum, tractandum et constituendum super his que in dicto concilio nos et nostri predicti suffraganei et alii nobis tunc temporis astituri, maxime super dicto fidei negotio statuendum, juvante Deo, duxerimus, ac etiam ordinandum sufficienter instructos ; et dicti abbates et priores personaliter ad dictum concilium compareant, prout decuerit, et assistant tractaturi similiter et ordinaturi nobiscum et nostris predictis suffraganeis de premissis, et precipue de fidei negotio supradicto, prout fuerit faciendum. Vos etiam predictas insinuationem, convocationem et citationem, juxta modum expressum, omnibus et singulis tam ecclesie nostre Carn. quam aliarum collegiarum exemptarum et non exemptarum, vestrarum civitatis et dioces. Capitulis et singulis abbatibus et prioribus conventualibus, exemptis et non exemptis, dictarum civitatis et dioces. vestrarum fieri faciatis. Prefato nihilominus personaliter interesse concilio nullatenus..... et quicquid de premissis feceritis nobis infra dictam

tertiam diem post Assumptionem sic prescriptam, per vestras litteras rescribatis. Presentes tamen quorum copiam reti..... remittentes per latorem ipsorum nostro sigillatas sigillo in signum receptionis earumdem. Datum apud Cantum-Lupi, undecima die julii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo. Hujus itaque autoritate mandati vos et vestrum quemlibet ad dictum concilium dictis diebus et loco celebrandum personaliter convocantes..... vestras mandamus autoritate predicta quatenus per vestras civitates et dieces. supradictam concilii prorogationem insinuantes et insinuari..... et singula tam vestrarum cathedralium quam aliarum collegiatarum ecclesiarum, exemptarum et non exemptarum, capitula ac omnes et singulos abbates et priores..... exemptos et non exemptos, vestrarum civitatum et diocesum, ad dictum concilium convocatis et citatis juxta formam superius annotatam, presentes..... receptionis earum sigillis vestris sigillatas nobis per earum bajulum remittentes. Datum apud Busseium, domum nostram, anno Domini M. CCC. XI., die jovis supradicta.

Harum igitur litterarum autoritate et mandato nobis autoritate metropolitana facto, prout premittitur... tam predicte nostre Autissiodor. ecclesie quam aliarum collegiatarum ecclesiarum exemptorum et non exemptorum capitulis, necnon omnibus et singulis... conventualibus, exemptis et non exemptis, in civitate et diocesi Autissiod. constitutis, predicti concilii prorogationem in sinu..... ad locum in dies predictos, tenore presentium vos citamus, juxta tenorem et formam mandati ad nos super hoc directi..... et prout in litteris quarum copia nostris presentibus est inserta, videbitis contineri. In signum autem receptionis presentium..... eisdem eas nobis per latorem presentium remittentes. Datum apud Placentiam, domum nostram, anno Domini millesimo tricesimo undecimo.

(*Tiré de l'original.*)

N° 259.

Saisie du comté d'Auxerre pour faute d'hommage, faite par ordre de l'évêque.

(An. 1311, novembre.)

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione undecima, pontificatus sanctissimi patris et domini Clementis, Divina providentia pape quinti, anno septimo, mense novembris, diebus infra scriptis, in presentia mei publici notarii et testium subscriptorum, Johannes Coreti, clericus procurator et nuncius specialis, quoad infra scripta, reverendi in Christo patris domini domini P., Dei gracia Autissiodorensis episcopi, deputatus, virtute et autoritate litterarum dicti domini episcopi et sub ipsius sigillo confectarum, sicut prima facie apparebat, mihi subscripto notario exhibitarum sub hec verba.

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus, miseratione Divina Autissiodor. episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noverint universi quod cum nos comitatum Autissiodor. et pertinentias ipsius comitatus (preter hoc quod continetur infra muros urbis veteris extra claustrum, et domum ducis Burgundie ultra pontem); item castrum de Colengiis-super Yonnam; item tota n terram, baroniam, castra, castellanias de Donziaco, et Conada, de Castro-Novo in Valle-Bargiaci, de S. Salvatore, et de Murato at omnia alia que a nobis nomine quo supra illustris princeps, dominus Ludovicus, comes Nivernensis, tam ratione sui quam ratione bailli, seu ratione quacumque, tenere debet in feodo, cum omnibus in singulis pertinentiis eorumdem, propter defectum homagiorum nobis ecclesie nostre Autissiodorensis nomine debitorum, nec factorum pro eisdem que de feodo nostro, nomine quo dictum est, movere, notorie dignoscuntur. Et quia de iis hominem non habemus, ad manum nostram ponenda duxerimus, et ad ea tanquam ad feoda nostra assignaverimus, et manu nostra per appositionem manus prepositi Ville-nove-Regis qui nos et ecclesiam nostram, cum suis juribus regali jure ac nomine in gardia sua noscitur habere fortificata in premissis, nos volentes dictam assignationem per nos factam, ac omnia et singula premissa, eaque et eorum quodlibet tangentia quomodolibet, debitum et plenissimum sortiri effectum, facimus, constituimus et ordinamus nostro et ecclesie nostre Autissiodorensis predicte nomine, Johannem Coreti, clericum, latorem et exhibitorem presentium, procuratorem nostrum, actorem et nuncium specialem ad ponendum plenius et efficacius manum nostram in comitatu Autiss., baronia, terra, castris, castellaniis et pertinentiis prenotatis, assignandis ad ea et eorum quodlibet, tanquam feoda nostra, eaque saisiniendi tenendum, regendum jurisdictionem et justitiam omnimodam in eis et eorum quolibet exercendum, fructus, redditus, exitus, proventus, emo-

lumenta, expleta et jura alia, et singula eorumdem petendum, exigendum et levandum, in judicio et extra; baillivos, prepositos, servientes et ministros ibidem ponendum et instituendum; premissaque omnia et singula fieri et exerceri per alium vel alios quem et quos expedire viderit et sibi placuerit faciendum, potestate sibi semper nichilominus reservata in eisdem, nec-non ad faciendum, et exercendum, fierique et exerceri faciendum per se deputandum, deputandosque ab eo circa premissa omnia et singula eaque et eorumque quodlibet tangentia, omnia et singula, necessaria et opportuna que nos facerimus, exerceremus, facere et exercere possemus et deberemus, si presentes essemus, etiamsi ea mandatum exigant, vel exigere debeant speciale. Promittentes ratum, gratum et firmum plenius nos habere per dictum Johannem ab eo deputandum et deputandos actos, gestumne fuerit in premissis et quolibet premissorum. Damus autem tenore presentium omnibus justitiariis et aliis subditis nostris in mandatis, alios non nobis subditos rogantes, quatenus dicto Johanni, et ab eodem deputando et deputandis in premissis, pareant efficaciter et intendant.

In cujus rei testimonium et munimen, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Heriacum, Autissiodorensis diocesis, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, die martis in festo Beatissime Virginis Marie.

Vice ac nomine dicti domini episcopi, ac pro eo, die mercurii post festum B. Dionysii, apud Vincellas, locum de comitatu Autissiodor. existentem, in magno vico vocatis et coadunatis quibusdam dicte ville scabinis et juratis, ut communiter dicebatur, et pluribus aliis de ipso loco, dixit, publicavit et intimavit omnibus astantibus quod intentionis domini episcopi et gentis sue erat quod comitatus, terra et pertinentia comitatus Autissiodorensis, sicut dixerat, ad easdem tanquam de feodo dicti episcopi moventes dictus dominus episcopus et gentes sue, presertim dictus Joannes Coreti, nomine quo supra, assignaverant, et ad manus dicti episcopi posuerunt easdem pro defectu hominii in ipso statu saisine, assignationis et manucaptionis predictarum tenerent et essent ex causa predicta, et nihilominus ex abundanti, si et prout dicto episcopo opus esset et utile, villam, justiciam et pertinentiam dicti loci de Vincellis continuando saisinam, assignationem et captionem predictas ac factas, in manu dicti episc. posuit et ad eas assignant ex causa predicta inhibendo omnibus et singulis, et publice, sub omni pena, quod dictus episcopus eis infligere poterit, ne quisquam ibidem, et super dictis rebus ac eorum occasione, cuiquam aliquam dicto episcopo, vel ejus mandato, obediret et responderet, necnon posuit et instituit ibidem prepositum justitiarum et receptorem omnium ad dictas res et eorum pertinentias spectantium, Johannem, dictum Chemisse, juramento prestito et recepto, ac eodem de officio sibi commisso fideliter et diligenter exercendo, et de parendo et respondendo super his dicto episcopo, vel ejus mandato, compotoque et ratione debitis et omnibus iis que de eisdem rebus ad manus suas devenerint, reddendis presentibus Barduchio dicto Bonne-Guide, magister Silvester Viniau, Jacobo Lombardi et Stephano Gauberti, testibus ad hac vocatis et rogatis.

Item, die jovis immediate sequenti, dictus Johannes Coreti, nomine quo supra apud Vermentonem, locum de dicto comitatu similiter existentem, fecit similiter ponendo et instituendo ibidem prepositos et justitiarios ac receptores loci et pertinentiarum ejusdem, Regnaudum dictum Rinchon, et dictum Bachelier Chevalier, juramento prestito et recepto similiter ab eisdem, presentibus Johanne, dicto domino, magistro Silvestro Viniau, Guillermo, militis, ac dicto Force, militis et pluribus aliis ad hac testibus vocatis et rogatis.

Item, eadem die jovis, dictus Johannes Coreti, nomine quo supra, apud Malli-Villam, loco de dicto comitatu existentem ibidem similiter fecit et dixit ponendo et instituendo ibidem prepositum justitiarum et receptorem, Forquetum Boscarium, prestito et recepto juramento similiter ab eodem, presentibus Hugone Fame, Henrico de Licherinis et pluribus aliis ad hac testibus vocatis et rogatis.

Item, eadem die jovis, dictus Johannes Coreti, nomine quo supra apud Malli-Castrum, de pertinentiis dicti comitatus existentem similiter fecit ponendo et instituendo prepositos, justitiarios et receptores, Johannem Hauberici et Guillermum Coterelli presentibus dicto Sanque, Recado Budin, Philippo de Saisiaco, Guidone Brunelli, et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Item, die veneris immediate sequenti, dictus Johannes Coreti, nomine quo supra apud Colangias-super-Yonam similiter fecit, ponendo et instituendo ibidem prepositum, justiciam et receptorem dictum Jo-

hannem Auberici, prestito juramento similiter ab eodem, presentibus Odone curato dicti loci, Gaufrido Bierge, Johanne Marechali, Petro militis et pluribus aliis ad hec testibus vocatis et rogatis.

Acta hec sunt anno, indictione, mense, diebus, pontificatu, locis et presentibus testibus supra scriptis.

Et ego Stephanus, dictus *la Dame*, de Sancto-Juliano de Saltu, Senonensis diocesis, clericus publicus, autoritate apostolica notarius juratus, litteras procuratorias predictas, sanas et integras sigillo dicti reverendi patris sigillatas, prout prima facie apparebat, vidi, easque de verbo ad verbum legi, transcribique feci, omnibusque aliis suprascriptis per predictum Johannem Coreti actis, et dum hec agerentur in locis predictis, et prout in presenti publico instrumento continetur, presens fui, et hec omnia publicando et in hanc publicam formam redigendi hic me subscripsi, signoque meo consueto signavi, vocatus et rogatus.

(Ex Cartul. Mss. Episc. Autiss. c. 49.)

N° 260.

Modèle d'ancienne partition des prébendes de la cathédrale d'Auxerre, extrait d'un manuscrit de la même église.

(An 1312, 1er mai.)

In nomine Domini, amen. In generali capitulo kal. maii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, infra scripta partitio de quinquaginta novem prebendariis ecclesie Autissiodorensis per septennium incipiendum in proximo venturo festo S. Johannis-Baptiste duratura, concorditer facta fuit per venerabiles viros dominum Guillelmum Catini, decanum, Guillelmum de Ripa, scolasticum et Phelisium de Coauduno, presbyteros; Adam de Solerio, succentorem; et Petrum de Reate, diaconos; Johannem a Monteferrando; ac Johannem de Roma, subdiaconos, canonicos Autissiodorenses super hoc a capitulo Autissiodorensis ecclesie deputatos, prout infra particulariter obtinetur.

In primis, duo canonici Autissiodorensis percipientes prebendas suas Autiss. etc.

Item, duodecim........ apud Crebannum.

Item, quinque .... apud Ascolayum.

Item, tres..... apud Oysiacum.

Item, sex.... apud Monestallum.

Item, septem........ apud Chicheriacum.

Item, novem.... apud Egl. et Meriac.

Item, sex..... apud Palliacum et Bellum-videre.

Item, novem..... apud Pulverenum.

NOTA. — Qu'ils devoient tous à proportion de leur nombre certaine somme durant ces sept ans.

(*Fabrica Eccles. Autiss. pro Carro.* Ceux de Crevan XXIV. *lib. Tur. parvorum usualis monete.*)

N° 261-62.

Archiprêtres rendus titulaires par l'évêque, du consentement du Chapitre.

(Ans 1314 et 1321.)

Omnibus hec visuris : Petrus, miseratione divina, Autissiodorensis episcopus, salutem in Filio Virginis gloriose. Cura pastoralis officii nos inducit subjectorum nostrorum utilitatibus providere, et maxime animarum invigilare saluti, et ut honor et autoritas nostre Autissiodor. Ecclesie augeatur, ac officia nobis et dicte ecclesie subjecta salubriter disponantur et rogantur. Attendentes igitur archipresbyteratus nostros Autissiod. Puseye, Varziacen. et S. Prisci, tam per nos quam per predecessores nostros committi, et quotiescumque ad libitum nostrum, seu cujusvis predecessorum nostrorum pro ipsorum tempore a tenentibus, revocari et auferri, ac aliis personis committi fuisse consuetos : ex quo dicti archipresbyteri considerantes se esse quasi momentaneos, temporales et plerumque in dicto officio modico tempore duraturos, minus debite curabant ecclesie parochiales, curas ac plebes earum sibi subjectas visitare, juraque eorumdem archipresbyteratuum manu tenere prosequi, ac defendere contra aliquos invasores et turbatores ipsorum, ex quo etiam multum aliis juribus fraudabantur archipresbyteratus predicti parvi pendebatur status dictorum archipresbyterorum et archipresbyteratuum. Cum tamen aliquibus temporibus juridictionem aliquam habuisse noscantur, et nonnulla incommoda sequebantur. Sperantes igitur quod si efficiantur perpetui tituli, ac officia perpetua, dicti archipresbyteri jura eorumdem archipresbyteratuum attentius prosequentur, visitationis officium diligentius exhibebunt, bone et notabiles persone dictis officiis utiles et proficue, ad eosdem libentius aspirabunt, ac ipsorum onera melius et affectuosius supportabunt, quanto statum firmiorem, honorabiliorem, et non quasi in ludibrio

positum se habere videbunt. Considerantes etiam honorem et autoritatem ecclesie et sedis episcopalis Autissiodorensis ex hoc augeri, quanto plura officia et honorabiliora, ac magis fructuosa disponere et eis preesse habebit, de voluntate et assensu dilectorum filiorum decani et capituli Autissiodor., qui in premissis deliberatione habita, diligenti in suo capitulo generali S. Lucie, anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo, in premissis unanimiter consenserunt, et ex causis superius annotatis nobiscum in idem movebantur, prout per litteras suas nos certificare curarunt, formam que sequitur continentes :

Reverendo in Christo patri ac domino suo charissimo, domino Petro, Dei gratia Autiss. episcopo, humiles filii G. decanus, totumque capitulum ecclesie Autissiodor. cum sui recommandatione obedientiam et reverentiam tam debitam quam devotam. Cum vos de quatuor archipresbyteratibus videlicet Autiss., Puseye, Varziacensi et S. Prisci, temporalibus officiis et ad vestrum et predecessorum vestrorum beneplacitum committi et avocari seu amoveri consuetis, propter utilitatem publicam ecclesiarum et plebium eisdem subjectarum, et ut amplior affectus et major diligentia circa defensionem et persecutionem jurium eorumdem archipresbyteratuum habeatur, et ut iidem archipresbyteri ad officium suum exercendum fortius incitentur, cum in hoc etiam honor, autoritas et utilitas Autiss. ecclesie et sedis episcopalis ejusdem amplietur et augmentetur, eosdem archipresbyteratus perpetuos titulos constituere et efficere intendatis, nos, in nostro generali capitulo S. Lucie, super his deliberatione habita diligenti, laudabile vestrum propositum attendentes, super hoc nostrum gratum quantum in nobis est prebemus assensum.

In cujus rei testimonium, sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum. Datum die jovis ante festum Nativitatis Domini, anno ejusdem millesimo trecentesimo decimo tertio.

Ad honorem Dei omnipotentis, B. Marie semper Virginis, beatissimi protomartyris Stephani, et omnium sanctorum ecclesie Autissiodorensis, et sedis episcopalis, utilitatem etiam subjectorum, eosdem archipresbyteratus perpetua officia et titulos perpetuos, ex causis predictis, constituimus, facimus et ordinamus; statuentes quod iidem archipresbyteri ecclesias sibi subditas diligenter visitare, ac synodo episcopali interesse teneantur, prout ipsorum incumbit officio, et hactenus extitit usitatum. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum apud Villam-Catuli domum nostram, in nostra Autiss. diecesi, anno Domini millesimo trecentesimo quarto decimo, die Jovis post festum Nativitatis B. Johannis-Baptiste.

(An 1321-22, 10 avril.)

Petrus, miseratione divina Autissiodor. episcopus : dilectis nobis in Christo, domino Rodulpho Periti, Puseye, domino Johanni de Dompna-Maria, Autissiodorensi, et magistro Matthie de Plesseto, S. Prisci archipresbyteris, salutem et sinceram in Domino caritatem. Dudum vobis archipresbyteratus predictos ante ipsorum perpetuationem contulimus, et exinde nostri capituli Autiss. intervenientibus petitione et assensu, ipsos perpetuavimus, ac perpetuos titulos constituimus, reverendi patris domini Senonensis archiepiscopi super iis exinde confirmatione obtenta. Verum, cum nostre intentionis fuerit quod vobis dicti archipresbyteratus, tanquam tituli perpetui remaneant, intentionem nostram predictam ad cautelam, et ex abundanti declaramus; et si opus esset, quod tamen non credimus, adhuc dictos archipresbyteratus vobis et vestrum cuilibet, prout supra, concedimus et conferimus per presentes.

In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum apud Gressus, domum nostram, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, die veneris ante Ramos Palmarum.

(J'ai vu en 1733, ces titres en original; le premier a le sceau de l'évêque Pierre; c'est un évêque en long, dont les lettres sont rompues. Au revers est une lapidation de S. Etienne avec ces mots : *Contras. Episc. Autissiodorensis.*. Au dos est marqué que cet acte a servi à Jacques Villemer, Prêtre chanoine d'Auxerre, archiprêtre de S. Bris contre l'abbé et couvent de S. Satur, qui étoient en cause pour frère Jehan Maupou, soi-disant prieur et curé de Chevannes)

(Ex Archiv. Episc. Autiss.)

N° 263.

Lettres du Chapitre d'Auxerre à celui de S. Martin de Tours. au sujet de la confraternité entre les deux églises.

(An 1315, 23 juin.)

Dominis et amicis charissimis ac dilectissimis, dominis E. decano et Philippo Thesaurario, totique capitulo nobilis ecclesie Beati-Martini Turonensis sui, G. decanus, totumque capitulum ecclesie Autissiodor. cum salute se ipsos. Super eo quod societatem ac confederationem speciales inter vos, vestramque ecclesiam,nos et nostram consistentes agnovistis, et ad nostram notitiam perduci fecistis, quam plurimum gaudentes, Deo, beato Martino et vobis gratias referimus ac exemplo beati Germani, patris et fundatoris nostri, qui beatum Martinum patrem et fundatorem vestrum hospitem suum pro tempore, in exhibitione seu impertione miraculorum causa honoris apud nos aspicitur a fidelibus pretulisse provocati, dictam societatem, fedus, et dilectionis specialis vinculum inter vos et nos consistere veraciter profitemur, ac ne futuris temporibus per oblivionem aut personarum mutationem hujus rei memoria deleatur, in testimonium premissorum presentem paginam sub sigillo nostro fraternitati vestre destinamus, suplicantes quatenus ipsam, si placet, in ecclesia vestra ad eternam rei memoriam publicetis, ac in libris et armariis vestris scribi et redigi faciatis, nobisque eadem facientes litteras vestras consimiles destinare velitis.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum, capitulo nostro generali durante, anno Domini M CCC XV, die lune in vigilia festi Nativitatis Beati Joannis-Baptiste; presentibus ad hec dominis G. decano, F. lectore, G. scolastico, J. succentore, A. de Capella, R. Perry, J. de Ferro, legum professoribus, cum pluribus aliis nostre ecclesie predicte canonicis.

(Scellé en double queue de cire verte.)

(*Tiré d'une copie au bas de laquelle se lit ce qui suit* :)

C'est l'extrait d'une lettre de confraternité escripte en parchemain saine et entière tirée du trésor de l'église de S. Martin de Tours, de l'ordonnance de messieurs dudit Chapistre du jeudy septiesme décembre mil six cens vingt-trois, pour estre présentée par messieurs le Granger, Deleré et Drouault, chanoines de ladite église, à révérend père en Dieu, Messire Gilles de Souvré évesque d'Auxerre, de présent en ladite ville de Tours.

N° 264.

Sentence du bailli de Sens sur une saisie de vins des ecclésiastiques d'Auxerre, au temps de la guerre de Flandre.

(An 1315.)

A tous ceux qui ces lettres verront: Robert de Villeneuve, bailli de Sens, salut. Saichent tuit que come de par révérend père en Dieu, monseigneur l'évesque d'Auceurre, et de par le doyen et le chapistre d'Auceurre, pour aus et pour les prestres et clers et personne d'église demorans à Auceurre, et por lis autres subiez et justisables d'iceus évesque, doyen et chapistre, nous eut été monstré en complaignant, que nobles barons messires les Cuens d'Auceurre, ou sa gent pour li, avoient en justice saisi, aresté et seigné sur plusieurs desdits prestres, clers et personnes d'église et autres leurs subjets et justiciables desdiz évesque, doyen et chapitre et sur plusieurs, pris, emporté ou même plusieurs quantité de vins ou non deûment et sans cause raisonnable disoit ceu qu'il ne se peussent ne deussent faire tant si bon droit comun et raison; comme par point de chartre et selon l'us et la coustume dou leu et la possession et saisne qu'ils havoient en ce cas et en semblables, si come ils disoient, et come nous eussiens oies des raisons proposées pardevant nous de par ledit conte, à la fin que nous requestres les diz évesque, doyen et chapistre tendenz à la fin que come il ci li dit preste, clers et personnes d'église, leur subjet et justisable, fussient de l'espéciaule garde du roi nostre seigneur : nous, les choses desus dites enfin festes, feissiens adressier et amender au roi et à aus et à autres desusditz vins pris et oster l'arest de ceux qui saisi et arresté étoient, non ostans les raisons doudit conte a à nous, eussiens fait restablir et à aucuns recroire parmi la main le roi come souveraine, sauf le droit des parties quand aux choses recreusset, ceu sauf audit conte que par ceu que preposez estoit de par li qui aucuns s'estoient accordé à ceu qui estoit fait sur aus, por certain dou li diz cuenz les avoir asseigniez ou prest de asseigner suffisemment; nous à ceu pouvoir le reçumes, et pour ceu que pris a esté pardevant nous nous avons fait bailler et délivrer audit conte les vins de ceux qui entin s'y estoient accordé parmi l'assignation qui accordée estoit entre aus, sauf le droit

desditz évêque, doyen et chapitre et de tous les autres qui à se ne s'étoient pas accordé, si partant come un chacun toiche et peut toicher. Item nous avons pris en la main de roi les vins de maistre Gile de Quierres, jadis scelleur de la cour doudiz évesque, pour autre cause au roi appartenant, et les avons baillez audiz conte pour certain pris, pour sa garnison faire por lost de Flandres, parmi certaine assignation que fête nous en a, sauf le droit doudit évesque et tous autres.

Item pour ceu que debaz estoit entre lesdiz évesque, doyen et chapitre, partant que à un chascun toichent d'une part, et ledit conte d'Auceurre, sur ce que lidiz évesque, doyen et chapitre disoient que par aus et par lor main devoit estre faite la monstrée des armes pour lost de Flandres; quant aus subjets et justisables desdiz évesque, doyen et chapitre demorans à Auceurre, ledit conte disant le contraire, nous, sur ceu avons pris et mis le debaz en la main le roi come en main souveraine, par laquelle main nous avons ordonné que la monstrée desus dite sera faite, sauf le droit des parties, et avons ajorné pardevant nous à notre prochaine assise de la Villeneuve-le-Roy les parties dessus dites pour réclamer d'une partie et d'autre le droit d'un chacun sur ceu et sur leurs autres débaz, et pour aler avant, si come de raison sera doné et fait, quant à la première faite li avons fait bailler lesdiz vins le samedi après l'octave de la S. Martin d'été; et quant aux autres choses le Vendredy jour de ladite feste, l'an de grace mil trois cens et quinze.

(*Ex autographo.*)

N° 265.

Lettres du roi Philippe-le-Bel, qui font mention de la cense des bourgeois d'Auxerre, et des dettes contractées envers eux par leur comte.

(An 1319, 3 septembre.)

Philippus, Dei gratia Francie et Navarre rex: baillivo Senonensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Significavit nobis conquerendo burgenses comitis in villa Autissiodorensi morantes, quod cuilibet per punctum carte idem comes possit ibi mutuo recipere victum suum, ita tamen quod quedam censa annualis in quo ipsi tenentur eidem sibi usque ad satisfactionem dicti victus remanet expresse et specialiter obligata, dictusque comes eis pro victu hujusmodi in non modica summa pecunie teneatur. Tu, nihilominus, ipsos burgenses pro debitis aliis quod dictus comes debet compelli ad solvendam dictam censam nulla satisfactione sibi facta de victu predicto injuste. Quare mandamus tibi quatenus vocatis, evocandis si et prout tibi legitime constiterit de premissis, ab hujusmodi compulsione desistas, donec secundum specialitatem obligationis predicte fuerit dictis burgensibus de dicto victu, de quo legitime liquebit debite satisfactum. Datum apud Giviniacum, die te[illegible] septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

(*Ex. Cartul. Urbis Autiss.*, fol. 45.)

N° 266.

Serment d'obéissance des abbés de Pontigny et de Roches à l'église d'Auxerre.

(An 1319, 7 novembre.)

In nomine Domini, amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo decimo nono, indictione tertia, mensis novembris die septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini domini Johannis, divina providentia pape XXII, anno quarto, in presentia mei notarii et testium subscriptorum propter hoc personaliter constitutis et congregatis, ad sonum campane, ut moris est, in capitulo Autissiodorensis ecclesie, hora tertia vel circiter, reverendo in Christo patre ac domino, domino Petro, Dei gratia Autissiodor. episcopo, ac canonicis et capitulo ipsius Autissiodor. ecclesie capitulum facientibus et tenentibus in eodem, propter hec que sequuntur, vocati et personaliter constituti religiosi viri et honesti, fratres Jacobus Pontigniacensis et Henricus de Rupibus, Cisterciensis ordinis, Autissiodorensis diecesis, monasteriorum abbates in dicto capitulo Autissiodorensi ecclesie supradicte. Requisiti sunt iidem abbates a dictis dominis episcopis, canonicis et capitulo Autissiodorensi quod ipsi facerent iisdem juramentum eidem ecclesie Autissiodorensi debitum, subjectionis, reverentie et obedientie a predecessoribus suis dictorum monasteriorum Pontigniacensis et de Rupibus abbatibus fieri consuetum. Qui abbates, post nonnullas altercationes dixerunt quod ipsi libenter facerent dictum juramentum, secundum regulam S. Benedicti, et prout continebatur in duabus cedulis quas tenebant in manibus suis, quarum tenores per ordinem tales sunt: Ego frater Jacobus, abbas Pontigniacensis, Cisterciensis ordinis, subjectionem reverentiam, obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum

regulam sancti Benedicti, tibi domine Pater episcope, tuisque successoribus canonice substituendis et sancte sedi, salvo ordine meo perpetuum me exhibiturum promitto. Sequitur tenor alie cedule : Ego frater Henricus de Rupibus, Cisterciensis ordinis, Autissiodorensis diecesis, subjectionem, reverentiam et obedientiam a sanctis patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi domine pater episcope tuisque successoribus canonice substituendis et sancte sedi, salvo ordine meo perpetuo, me exhibiturum promitto. Quibus cedulis in dicto capitulo lectis, dicti domini episcopi, canonici et capitulum ipsis dominis abbatibus responderunt quod iidem abbates debebant exprimere et dicere de sede Autissiodorensi dicendo sedi ecclesie Autiss. vel huic sedi, cum ageretur de ipsa ecclesia Autiss. et non alia et sub illa forma fecerant predecessores sui sponsionem dicte ecclesie Autissiodor., prout apparebat in cedulis dictorum predecessorum suorum continentibus qualiter ipsi predecessores eidem Autiss. ecclesie dictam fecerant sponsionem; quas cedulas ipsi canonici et capitulum Autiss. eisdem abbatibus ostendebant et legebant, seu legi faciebant, coram ipsis abbatibus; dictis abbatibus et respondentibus et replicantibus quod non tenebantur, ut credebant, aliud exprimere nisi illud quod continebatur in cedulis supradictis, factis et ordinatis, secundum tenorem privilegiorum apostolicorum ordini ipsorum indultorum; dictis dominis episcopo, canonicis et capitulo in contrarium dicentibus quod imo dicta verba debebant exprimi, prout superius est expressum.

Quibus sic in dicto capitulo dictis et allegatis, dictum fuit quod ipsi domini abbates, secundum tenorem dictarum cedularum, ad presens, suam sponsionem facerent et promiserunt bona fide, dicti abbates nomine suo et dictorum monasteriorum suorum, quod super premissis habita deliberatione pleniori si ad exprimendum premissa de ratione seu jure tenentur, quod illud infra festum Resurrectionis Domini proximo venturum, dicto domino episcopo Autissiodorensi exprimentet etiam declarabunt. Et tunc prefati domini abbates accesserunt personaliter ad magnum altare Autissiodor. ecclesie supradicte, et sponsionem fecerunt et juramentum prestiterunt eisdem dominis episcopo et canonicis et capitulo Autissiod., nomine ecclesie Autiss. supradicte, secundum formam et tenorem contentum in cedulis supradictis, super quibus dicte partes petierunt a me infra scripto publico notario sibi fieri publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec, anno, indictione, mense, die, pontificatu et locis predictis presentibus venerabilibus viris et discretis dominis Stephano de Cuciaco, Vincentio de Malli-castro, Johanne Columbi, Petro Pilleti, Guillelmo Caroiti, Johanne Diis fratre, Petro Gibbosi curie Autiss. notariis et pluribus aliis clericis et laicis, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Championis, de Appogniaco, Autiss. diecesis clericus publicus, autoritate apostolica notarius juratus premissis omnibus et singulis dictis et factis, et dum dicerentur et fierent, una cum dictis testibus presentibus vocatus interfui, et ea omnia publicans huic instrumento publico exinde confecto propria manu subscripsi, signumque meum consuetum apposui rogatus, in testimonium premissorum.

(*Ex Cartul. Capit. Autiss. fol.* 33, *verso.*)

N° 267.

Lettres de Pierre des Grez, évêque d'Auxerre, par laquelle il déclare que les reliques de S. Amatre sont dans son église cathédrale.

(An 1320, 20 septembre.)

In nomine Dei, amen. Universis presentes litteras inspecturis, dominorum episcopi et decani Autiss. curiarum officiales, salutem in Domino sempiternam. Litteras reverendi in Christo patris ac domini domini Petri, Dei gratia Autiss. episcopi, sanas et integras recepimus, presentibus publicis notariis et testibus, infra scriptis formam que sequitur, continentes :

Universis Christi fidelibus, Petrus, miseratione divina Autissiodorensis ecclesie minister licet indignus, salutem in eo qui fecit utraque unum est vera salus, in quo vivimus movemur et sumus.

Cum nuper ad nostrum pervenisset auditum opiniones et assertiones varias inter nonnullos, tam viros ecclesiasticos quam seculares, fore subortas in quo loco corpus, sive reliquie beati confessoris Amatoris, quondam Autiss. episcopi, ad presens existerent, et ubi principalius ejusdem sanctissimi pontificis suffragia pia devotione fidelium implorari deberent, nonnullis asserentibus sanctum corpus predictum in ecclesia Autissiodor., cui prefuit episcopus quiescere, aliis dicentibus easdem reliquias in ecclesia Sancti-Symphoriani extra muros civitatis Autiss., que

nunc B. Amatoris vulgariter nuncupatur, sanctum corpus quiescere. Idcirco nos, ex officio nostro, omnem hesitationis materiam circa premissa a cordibus fidelium amputare cupientes, tam per nos, quam per alios commissarios nostros a nobis commissos, viros prudentes et honestos, capsas et sacraria ecclesiarum predictarum duximus visitandas, adhibitis et presentibus religiosis viris priore et fratribus prioratus ecclesie supradicte, que ecclesia B. Amatoris vulgariter nuncupatur. Repertum est multas reliquias plurimorum sanctorum martyrum et confessorum in capsa ecclesie predicti prioratus consistere secundum testimonium aliquarum cedularum in eadem repertarum, nullum tamen testimonium per litteras vel cedulas de corpore beatissimi confessoris predicti ibidem repertum esse, licet cum omni diligentia fuerit requisitum, prout nobis retulerunt per sua juramenta super hoc prestita commissarii antedicti, ac de hoc fidem fecerunt, per publicum instrumentum coram nobis productum. Ceterum, apud Autissiodorum descendentes priorem et religiosos predictos, coram nobis vocatos et presentes, pluries et per plures dies duximus requirendos, ut si aliqua testimonia vel argumenta fidem in hac materia facientia haberent, ipsa nobis exhiberent, quod tamen non fecerunt, nisi quod pretendebant se credere in dicta ecclesia dictum corpus habere, in qua fuerat inhumatum. Tandem nos, volentes super premissis plenius informari, die lune post festum Assumptionis B. Marie Virginis, nobis adjunctis venerabilibus ac religiosis patribus domino Joanne Vizeliacensi, Galchero S. Germani Autissiodorensis, Jacobo Pontiniacensi, Roberto S. Laurentii de Abbatia, Roberto S. Petri Autiss., Martino S. Mariani monasterii Abbatibus, Adam conventuali dicti monasteris S. Germani, Joanne S. Eusebii prioribus, Joanne priore Fratrum Predicatorum, et Arnulpho guardiano Fratrum-Minorum Autiss. et presentibus religiosis ac secularibus, una cum dilectis filiis et capitulo nostre Autiss. predicte, ad locum, capituli dicte ecclesie curavimus declinare, capsasque ac libros et scripturas antiquas dicte ecclesie oculis propriis subjicere, ac testimonia et argumenta ad rei declarationem faciendam recipere, scriptaque invenimus in martirologio seu matricula dicte ecclesie hec verba : IV. Idus julii, Exceptio sanctarum reliquiarum Amatoris confessoris et episcopi, Cyrici martyris et Julitte matris ejus, Symphoriani martyris, Valis confessoris, et aliarum multarum que delate sunt ad ecclesiam B. Protomartyris Stephani cum hymnis et laudibus. Item in kalendariis antiquis invenimus quod de dicta Translatione et Receptione intitulatum est festum duplex, quod dicta die in prefata ecclesia solemniter celebrari consuevit, et idem cavetur in kalendariis librorum nostrorum et aliorum episcoporum Autissiod. predecessorum nostrorum. Item invenimus capsam argenteam antiquam que secundum tempus suum extitit sumptuosa, in cujus superficie vita et gesta dicti beatissimi confessoris impressa in imaginibus et insculpta continentur. Item invenimus quod anno presenti, die jovis post dominicam que cantatur Quasimodo, dicta capsa que visitata non fuerat bene sunt octoginta anni elapsi, per venerabiles viros dominos J. archid. Felisium lectorem, R. Periti, Simonem de Ascolayo, P. de Maisiaco, Adam de Boetia, canonicos Autiss. et Stephanum de Cuciaco, presbyterum, canonicum tortarium in dicta ecclesia, adhibito secum Stephano Leonis aurifabro, de mandato capituli Autiss. extitit visitata et reperta multum subtiliter et fortiter clausa, ita quod vix potuit aperiri ; ibique una cum reliquiis, ut credunt, dicti sancti reperierunt cedulas antiquissimas ibidem inclusas, testificantes quod ibi quiescebat et requiescit, pro certo, totum corpus beatissimi Amatoris confessoris, et ex collatione facta ad nonnullas cedulas repertas in dicta capsa, et aliis duabus que cum eadem reperte fuerant, quod bene erant quatuor viginti duo anni quod dicta capsa alias non fuerat visitata nec aperta. Item invenimus per textum antiquum quod in processione solemni consueta fieri in Ramis Palmarum, per ecclesiam et populum, in prioratu predicto, in oratione que dicitur ibi de prefato beatissimo confessore canitur (qui in presenti ecclesia requievit) quod intimat et dat intelligi quod modo non requiescit in prefata ecclesia dictus Sanctus.

Attendentes etiam non esse verisimile quod canonici Autissiod. ecclesie predicte, eos qui ad predictam ecclesiam causa venerationis predicti gloriosissimi confessoris et devotionis accedent, aliquibus figmentis aut falsis documentis in ipsorum canonicorum periculum animarum vellent decipere, maxime cum de oblationibus in dicta ecclesia, ob reverentiam sanctorum factis aut faciendis a christi fidelibus, nullos ad ipsos singulares canonicos questus, sed solum ad pium fabrice dicte ecclesie opus integre pertinebant, et antiquos probos et devotos homines, qui olim

capsam sancti Amatoris ut pretactum est, plurimum sumptuosam sculpturas, et scripturas ac libros et cedulas, de quibus predicitur, fecerunt, seu fieri fecerunt, non est verisimile fecisse vel scripsisse, et ad fidem ac perpetuam credentiam facta et scripta taliter dimisisse, nisi plenam et puram continerent veritatem, ipsosque per sua scripta et facta populum fallere damnabiliter voluisse. Nec credendum aut dicendum est quod si aliquis fraudis aut deceptionis commissum fuisset in premissis, quod conscii et participes illud in mortis saltem articulo, quando non est verisimile aliquem sue esse salutis immemorem presumendum, fraudem hujusmodi in suam anime damnationem perpetuam tacuissent, quin potius ducti penitentia revelassent.

Attentis igitur omnibus et singulis rationibus, presumptionibus et argumentis predictis, de omnipotentis Dei et gloriosissime Genitricis sue semper Virginis Marie, predictorumque aliorum sanctorum pietate confisi, ex nostro officio et autoritate ordinaria, declaramus et declaravimus, quod corpus seu reliquie beatissimi Amatoris confessoris predicti, cui licet indigni in regimine successimus, in dicta ecclesia Autissiodor. requiescunt, ibique debent a Christi fidelibus venerari, ac etiam ad laudem et honorem Dei omnipotentis, B. Marie Virginis ac omnium sanctorum in dicta ecclesia exaltari.

In cujus rei testimonium una cum signis tabellionum subscriptorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec in capitulo Autiss. ecclesie predicte anno, Domini millesimo trecentesimo vigesimo, indictione tertia, mensis augusti die decima octava, videlicet die lune, predicti pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini Johannis, divina providentia pape, vigesimi secundi anno quarto, presentibus venerabilibus et religiosis patribus supradictis, pluribus et infinitis personis tam clericis, quam laicis, testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis in testimonium premissorum.

Et ego Johannes Championis de Apponiaco, Autiss. diecesis, clericus publicus, autoritate apostolica notarius, capsis, libris, scripturis, sculpturis ac reliquiis predictis a predicto domino Autissiodorensi episcopo, una cum predictis venerabilibus patribus et presentibus aliis personis, tam religiosis quam ecclesiasticis, quam aliis videndis, tenendis et approbandis, et ad testimonia et argumenta ad rei declarationem faciendam ac recipiendam, ut supra scribitur, nec-non ad predictam declarationem a dicto domino episcopo faciendam, presens in capitulo Autissiod. ecclesie predicte, una cum notariis publicis infrascriptis, vocatus interfui, et ea omnia publicans, huic instrumento publico exinde confecto, propria manu subscripsi, signumque meum consuetum una cum sigillorum dominorum Autissiodor. episcoporum et abbatum predictorum, signoque notarii publici suprascripti apposui rogatus, in testimonium premissorum.

Et ego Nicolaus, dictus *Longue-joue*, clericus Autissiodorensis diecesis, (*comme ci-dessus*.)

Item, notarii publici suprascripti ad hec a venerabilibus viris et discretis domino decano et capitulo Autissiodor. specialiter destinati, viderunt et diligenter inspexerunt antiquos libros Autissiod. et monasteriorum SS. Germani et Mariani Autissiodor. gesta pontificum Autissiodor. inter cetera continentes : et invenitur videlicet in libris dicte ecclesie Autissiod. et dictorum monasterium antiquissimis, verba in omnibus et per omnia similia et concordantia, que sequntur.

Christianus episcopus, natione Alemanus, etc. *comme chez le P. Labbe, tome I. Bibl. Mss. pag.* 434.

Item, in libro monasterii Sancti-Mariani supradicti verba que sequuntur.

Autissiodori post Abbonem rexit Christianus, natione Alemanus, vir simplex et humilitate precipuus. Hic B. Amatoris corpus a primo sepulture loco in cryptam ipsius domus festive transvexit.

De quibus libris predicta verba extraxerunt, et de ipsis ac litteris suprascriptis ad presens instrumentum, super premissis confectum collationem diligenter de verbo ad verbum fecerunt, et religiosis viris fratribus Guillelmo de Monte-Acuto, eleemosynario, Stephano de Castilione sacrista, Guidone de Tannera, Joanne de Castilione tertio priore, monachis dicti monasterii S. Germani ; Johanne Baronis de Oratorio, Stephano Bordem de Blenello, curie Autissiodor. Notariis, Humberto Jocellin de Gurgiaco Autissiodor. Colino de Preis, Trecensis diecesis clericis, et pluribus aliis testibus ad hoc vocatis et specialiter rogatis. Datum visionis et collationis hujusmodi, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, indictione tertia, mensis septembris, die vicesima, pontificatus dicti domini Johannis pape vicesimi secundi anno quinto, presentibus testibus supra scriptis.

N° 268.

Permission à l'abbé de Saint-Germain de célébrer la messe en la chapelle du château de Perrigny.

(An 1321, 3 juillet.)

Petrus, miseratione Divina Autissiod. episcopus, venerabili in Christo patri ac domino fratri Galtherio, eadem gratia monasterii Sancti-Germani abbati, salutem et sinceram in Domino caritatem. Ad divini cultus, vestreque devotionis augmentum vobis tenore presentium concedimus, ut quando et quotiescumque dicte vestre devotioni placuerit, officia divina in capella vestra domus vestre de Perigniaco, nostre diecesis, in vestra et gentium vestrarum presentia, excommunicatis et interdictis exclusis, possitis celebrare solemniter vel alias aut facere celebrari, proviso tamen ne laicis aliqua sacramenta ministrentur, nec sponsalia celebrentur ibidem. Datum Autissiodori sub sigillo nostro, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, die veneris post festum beatorum apostolorum Petri et Pauli.

(*Ex Cartul. S. Germani.*)

N° 269.

Mahis de Mello reconnaît que son château de Saint-Bris est jurable et rendable au comte d'Auxerre.

(An 1321, 26 octobre.)

A tous ceux qui verront ces présentes lettres, je Mahis de Mello, sires de Saint-Bris, salut. Sachent tuit que je tiens et congnois a tenir de très-hault et puissant et noble baron mon chevalier seigneur, monseigneur le comte d'Auxerre, mon chasteau de Saint-Bris, féable, jurable et rendable, en la forme et en la manière que mes devanciers seigneurs de Saint-Bris, l'ont faict et acoustumé à faire ou temps passé.

En tesmoing de la quelle chose je saellé ces présentes de mon propre scel. Donné l'an de grâce mil trois cens vingt et un, le lundi avant la Toussains.

(*Extrait du Cartul. des fiefs du comté d'Auxerre, aux Archives de l'Yonne.*)

N° 270.

Acte de foi et hommage à l'évêque d'Auxerre, par le comte de Flandres.

(An 1323, 28 juin.)

In nomine Dei, amen. Per hoc presens instrumentum pateat universis, quod anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo tertio, die martis, in vigilia festi Beatorum Petri et Pauli apostolorum, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini Johannis, divina providentia pape vicesimi secundi, anno septimo, in aula episcopali domus Autissiodor. in nostrorum tabellionum publicorum et testium subscriptorum ad hec vocatorum et rogatorum presentia, propter hoc personaliter constituti, reverendus in Chisto pater ac dominus Petrus de Gressibus, Dei gratia Autiss. episcopus ex una parte ;et nobilis ac potens vir Ludovicus, comes Flandrie et Nivernis domicellus, ex altera, obtulit pars dicti comitis se facere fidelitatem et homagium dicto episcopo et ecclesie sue predicte, de omnibus et singulis rebus feodalibus a dicta ecclesia et ab ipso, nomine ipsius ecclesie in feodo moventibus, de quibus pater ejusdem comitis et predecessores sui fuerant homines et fideles dicti episcopi predecessorum suorum et ecclesie predicte et sub eisdem modo et forma quibus dicti pater ipsius comitis et predecessoris sui fecerant homagium et fidelitatem predicto episcopo suis predecessoribus et ecclesie sue ante dicte, et ab hoc venerat idem comes specialiter, ut dicebat. Qua oblatione ex parte dicti comitis facta, fuit ex parte dicti episcopi exhibitum quoddam instrumentum sigillis personarum plurium in dicto instrumento inscriptarum sigillatum, manu propria Galtherii Blandini clerici publici, autoritate apostolica notarii, confectum, et signo ipsius consignatum ut prima facie apparebat, et mandato dicti episcopi in publico lectum ad ostendendum dicto comiti et ipsum informandum quomodo, qualiter et de quibus rebus ipse fidem dicti episcopi et dicte ecclesie intrare, et eidem episcopo homagium facere tenebatur, et ad finem quod de rebus in dicto instrumento expresse nominatis, dictam fidem intraret, et dictum homagium, sicut pater suus fecerat, et prout in dicto instrumento continebatur; cujus instrumentum tenor sequitur in hec verba, *comme à l'acte de* **1296**, ci-dessus.

Quod instrumento sic lecto, pars dicti comitis sic respondit quod sub generalitate ex parte sua superius dicta et non alias, paratus erat, et se offerebat, et pluries obtulit intrare fidem ipsius episcopi nomine sue ecclesie et eidem et predicte ecclesie homagium facere; et cum dictus episcopus responderet quod paratus erat ipsum recipere ad fidelitatem et homagium, sicut pater dicti comitis per Autiss. episcopum receptus fuerat, et sicut dicto contineba-

tur instrumento, parsque dicti comitis respondisset et responderet, ut supra, videlicet, quod dictam fidem intraret, et dictum homagium faceret, eoque modo quo obtulerat et non alias. Tandem, deliberatione prehabita à dicto episcopo cum concilio suo, utrum dictum comitem admitteret ad faciendum dictam fidem et homagium per dictum modum sibi oblatum, ex parte ipsius episcopi fuit dictum et declaratum quod quodcumque inde accidere posset de dicto homagio, intentionis tamen dicti episcopi erat quod dictus comes fidem suam intraret, et sibi homagium faceret, dictus episcopus ipsum reciperet in fide et homagio predictis de omnibus et singulis rebus in dicto instrumento contentis et dicto comiti, tam per lecturam dicti instrumenti, quam verbo tentis pluries declaratis, et de quibus pater ipsius comitis homagium episcopo Autiss. et dicte ecclesie fecerat nominatim et expresse, et sub modo et forma predictis, et prout in dicto instrumento continentur.

Dictum fuit etiam ex parte dicti episcopi, quod per gentes et ministros dicti comitis fuerant dicto episcopo et ejus gentibus et ministris plura gravamina et plures offense illata et illate, que fuerunt ibidem expresse et nominatim declarate, de quibus prosequentes adversus quem ubi et quando sibi placeret, et eidem episcopo videretur expedire, pars dicti episcopi fuit expresse protestata. Ad hec autem fuit responsum et protestatum ex parte dicti comitis quod intentionis sue erat quod fidem dicti episcopi et dicte ecclesie intraret, et dictum homagium faceret generaliter, de rebus quas ab ecclesia predicta tenebat et sui predecessores tenuerant, et de quibus dictum homagium facere tenebantur, et de quibus etiam et sub modo et forma quibus pater suus et sui predecessores dictum homagium fecerant, et suo generalitate ex parte ipsius superius expressa, absque hoc quod aliquid expresse aliter declaravit, vel se in presenti recognoscerit se tenere ab ecclesia supradicta; quodque super dictis gravaminibus et offensis gentibus et ministris suis per dictum episcopum impositis se deffenderet, prout deberet et faceret, quicquid existeret rationis si ubi quando, et coram quo contra ipsum questio moveretur.

Quibus actis et dictis, dictus comes, in presentia plurium canonicorum et clericorum chori ecclesie Autissiodor. predicte, qui ibidem processionaliter venerant et presentes intererant, et inter quos erant venerabiles viri Guillermus de Lisigniis, diaconus, indutus indumentis diaconalibus siribus, textum evangeliorum secum deferens, et Guido de Foncheiz indutus indumentis subdiaconalibus, canonici dicte Autiss. ecclesie, una cum duabus crucibus, quarum unam Johannes de Champellis, et aliam Robertus de Edua, clerici chori dicte ecclesie deferebant, et una cum duobus candelabris argenteis, duobus cereis in eis existentibus, quorum unum deferebat Gilo de Montolonio nepos Domini Guillermi de Montolonio, presbyteri canonici B. Marie in Civitate Autissiodorensi, et aliud Ancellus de Joussono, clerici dicti chori, nec non una cum aqua benedicta, quam deserebat perinus Mercerii, clericus similiter dicti chori, et aliis in talibus deferri consuetis; prefatus comes eidem episcopo, ecclesie suo predicte nomine, fecit homagium et fidelitatem promisit, prout tenebatur, prout pater suus et predecessores sui fecerant, et. dictus episcopus ipsum incontinenti ad hoc recepit cum manibus et osculo, prout in talibus est fieri consuetum, in presentia predicti textus evangelii, quem etiam tetigit dictus comes, et ambo osculati fuerunt dictum textum, et incontinenti postea dictus episcopus injunxit et precepit ipsi comiti, tanquam homini et fideli suo, sub penis que in talibus, tam de jure quam de consuetudine vendicant sibi locum, ut sibi episcopo traderet dictus comes bene et fideliter in scriptis feudum suum et omnes res feudales nominatim et specialiter, de quibus sibi fidelitatem et homagium fecerat, secundum quod jus et consuetudo dictabant, et infra tempus a jure et consuetudine statutum. Pars vero dicti comitis ad hoc respondit, quod ipse super hoc tantum faceret quod de jure et consuetudine sufficeret et sufficere deberet, et quod ipse comes volabat esse filius et fidelis ecclesie Autiss. supradicte.

Super quibus omnibus et singulis dictus episcopus petiit a nobis publicis notariis infra scriptis sibi publicum fieri instrumentum. Acta fuerunt hoc anno, die, indictione, pontificatu et loco, predictis presentibus religiosis et honestis viris fratribus Altando dicto *Flote*, abbate monasterii Vizeliacensis, Petro de Bello-Joco, priore prioratus de Caritate, et Roberto abbate monasterii Sancti-Petri Autissiod., viris venerabilibus et discretis dominis et magistris Feliseo de Coauduno, Johanne Quoquardi, Guillelmo de Lesigniis, Guillermo de Beusseria, Guidone de Foncheiz, canonicis ecclesie Autiss. Gaufrido dicto de Vanlsacre, canonico Nivernensi; nobilibus viris dominis Mattheo de Melloto,

domino Sancti-Prisci, Johanne de Mariaco, Ytacio de Constant, Adunoto de Tarocine, Guidone de Thociaco, domino de Valle d'Aligny, Johanne de Basoiches, Guillermo de Arciaco et Guillermo de Chanteloup, militibus; religiosis viris Dracone de Menetreu, priore prioratus de Sessiaco, Johanne de Cona, celerario de Iranciaco et priore Sancti-Amatoris Autiss. magistris Silvestro Viviani, Petro de Pulvereno, Petro de Fretis, Johanne Aurifabri, Johanne Ferrici, Johanne Sapientis thesaurario de Appogniaco, Michaële de Parisiis, Roberto de Pisis, Jacobo de Cluniaco, Hugone de Conseyo baillivo Nivernensi, Johanne presbyteri, Johanne de Loriaco, Stephano Balduini, Guillermo Morandin, Guillermo Salnerii, Petro Volandi, Guillermo de Balesa, Monino dicto *le Gay*, et pluribus aliis vocatis ad premissa testibus specialiter et rogatis.

Et ego Stephanus de Sancto-Juliano-de-Saltu, Senonensis diocesis, clericus publicus, autoritate apostolica tabellio juratus, omnibus et singulis supra scriptis, et prout in presenti publico instrumento continetur, presens interfui, una cum testibus supra et tabellionibus publicis infra scriptis, et hec omnia publicando, et in hanc formam, publicam redigendo, hic me manu mea propria subcripsi, signoque meo consueto signavi una cum signis publicorum tabellionum infra scriptorum vocatus et rogatus. Les autres notaires sont: Johannes de Vernoto, Senonensis diocesis, Johannes Championis de Appogniaco, Nicolaus dictus *Longue-Joue*, clericus Autiss. diocesis, Humbaudus Burserii de Autiss.

(*Ex Cartul. Episc. Autiss.*)

N° 271.

Permission à l'abbé de Saint-Germain pour toutes les chapelles castrales de la même abbaye.

(An 1324-25, 28 janvier.)

Petrus, miseratione divina Autissiod. episcopus, religioso et honestissimo viro nobis in Christo charissimo fratri Gauchero, abbati monasterii Sancti-Germani Autissiodor. salutem. Cupientes, ut tenemur, ut Dei cultum non minui, sed potius augmentari, ad petitionem nostram, quoniam religioni congruit, et hoc exigit devotionis nostre contemplatio laudanda, ut in capella domorum vestrarum de Perrigniaco, cujus fundationem approbamus, vos, successores ac posteri vestri missarum solemnia, processiones et divina officia celebrarique et fieri facere licite valeatis, perpetuis temporibus, tenore presentium indulgemus. Nolumus tamen quod propter hoc juribus parochialibus in aliquo derogetur.

Datum Autissiod. sub sigillo nostro, teste presentibus hic appenso, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, die sabbati post festum Conversionis Sancti-Pauli.

(*Ex Tabul. S. Germani.*)

N° 272.

Extrait d'un acte de l'an 1324, par lequel un particulier, clerc, emprunte la bibliothèque de feu son oncle, chanoine d'Auxerre, léguée à l'Hôtel-Dieu du Chapitre.

(An 1324.)

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie decani Autissiodorensis, salutem in Domino. Noveritis quod coram mandato nostro, videlicet, Johanne Championis, clerico publico, autoritate apostolica et dicte curie notario jurato in hac parte commissario nostro, propter hoc personaliter constitutus discretus vir magister Egidius de Paisiaco, clericus, confessus fuit se recepisse et habuisse, habere et tenere de venerabili domino Phelisio de Coauduno, avunculo suo charissimo, canonico et lectore ecclesie Autissiodor., libros inferius nominatos precario seu etiam commodato.

Videlicet: Decretum, in pergameno caprino, cum apparatu ordinario.

Item, Decretales, partim in froncina et partim in pergameno caprino, cum apparatu ordinario.

Item, Innocentium qui continet apparatum Compostolani.

Item, parvum volumen in froncina, cum apparatu ordinario et decima collatione.

Item, Codicem, in froncina cum apparatu ordinario.

Item, Digestum vetus, in froncina, cum apparatu ordinario.

Item, Digestum novum, in froncina, cum apparatu ordinario.

Item, sextum librum Decretalium, in pergameno vitulino, cum apparatu Johannis Monachi quondam cardinalis..... in fine dicti sexti libri est apparatus domini Digni de Missello legum professoris, super titulo de regulis juris libro sexto Decretalium.

Item, apparatum domini Hostiensis, in duobus voluminibus.

Item, Breviarium pulcherrimum, ad

usum Autissiod. notatum, in duabus partibus, in pergameno vitulino.

Item, summam libellorum Gaufredi, in utroque jure.

Item, unum librum continentem summam de utilitate contradictionis humane, et librum Bernardi qui incipit : Multi multa.....

Item, alie multe autoritates multum notabiles, et quidam sermones.

Item, summam M. P. de vineis, incipit: Collegerunt pontifices.

Item, Decretum abbreviatum.

Item, summam Mandagoti de electionibus, cum apparatu.

Item, textum sexti libri. Quos libros omnes, etc.

(*Tiré de l'original.*)

N° 273.

Lettre de main-levée mise de par le roi sur les constructions nouvelles du château de Saint-Germain, à la requête de l'évêque et du comte d'Auxerre.

(An 1324-25, 10 mars.)

Comme nobles barons li cuens et révérens pères en Dieu, l'évesque d'Aucerre, heussient nuncié ou fait nuncier par leurs procureurs, à religieuses personnes l'abbé et le couvent de S. Germain d'Aucerre noveile euvre par le giet de la pierre, pour cause et occasion de murs à créneaux et à tourz, lesquels li dit religieux proposoient à faire et faisoient environ leur dicte abbaye, et en enpechent ladicte euvre y eussient fait mettre la main le roy : sachent tuit que nous Regnaus Merciers, lieutenant de noble et sage monsieur le bailli de Sens, l'an de grâce mil trois cenz vint et quatre, le samedi après les Brandons, veismes deux paires de lettres, les unes scellées doudit conte et les autres scellées dou scel doudit évesque, par la teneur desquelles il nous apparut que li dit cuens et évesques avoient renuncié aus dictes nunciacions, et à tout le droit que ils pooient avoir; et havoient volu et ottroie que ladicte euvre se parfeist et que la main le roy qui mise y estoit à leur requeste, fust levée. Et pour ce nous, à la requeste desdiz religieux, ladicte main le roy havons levée de la dicte euvre, au profit desdiz religieux. Donné sous nostre seel, l'an et le jour dessus diz.

(*Cartul. S. Germain, f° 120 r° Bibl. d'Auxerre, n° 140.*)

N° 274.

Lettres de l'évêque d'Auxerre au sujet d'un chanoine évadé des prisons du Chapitre.

(An 1325, 23 juin.)

Petrus, miseratione divina Autissiod. episcopus : universis officialatus servientibus et subditis nostris ad quos vel quorum alterum presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Cum viri venerabiles et discreti, dilecti nostri, capitulum nostre Autissiodor. ecclesie, ad quos, prout plenius fuimus informati, spectat de delictis a suis commissis concanonicis inquisitio, cognitio, correptio et punitio eorumdem, Anthonium de Goano, concanonicum suum, pro certis delictis impositis et judicialiter etiam expositis eidem, sicut a dictis venerabilibus accepimus, pro justitia de eo facienda, prout poterant et debebant, cepissent, et in prisione sua tenerent vinculis mancipatum, dictus tamen Anthonius, nescimus quo ductus consilio, inde fugit et erupit. Quocirca, vobis et vestrum cuilibet districte precipiendo mandamus, quatenus dictum Anthonium, si ad partes nostre jurisdictionis, ubi justitiam habeamus declinarent, exceptis locis sacris, capiatis et captum ad prisionem dictorum venerabilium Autissiod., sub custodia deducatis, dictis venerabilibus ac servientibus suis si presentes fuerunt ad capiendum, et in eorum prisionem reducendum, consilium et auxilium, modis omnibus impendatis. Tantum inde facientes quod de negligentia redargui non possitis, sed de diligentia potius commendari. Datum apud Lanum-Siccum, sub sigillo nostro, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, die dominica, in vigilia festi Nativitatis S. Joannis-Baptiste.

(*Ex Cartul. Episc. Autiss.*)

N° 275.

Permission du roi Charles-le-Bel, d'élire un évêque à Auxerre.

(An 1325, 5 octobre.)

Karolus, Dei gratia Francorum et Navarre rex, dilectis nostris decano et capitulo Autissiodorensis ecclesie, salutem et dilectionem. Cum insinuato nobis per patentes vestras litteras, obitu dilecti fidelisque quondam nostri Petri de Gressibus, Autissiodorensis nuper episcopi, providendi ecclesie vestre de futuro pastore, quo nunc carere dicimini licentiam a nobis, prout solitum est, fieri per discretos viros nobis dilectos magistros Petrum Albi, le-

gum professorem, clericum nostrum fidelem, ac ecclesie vestre predicte lectorem, et Joannem de Donna-Maria, concanonicos vestros duxeritis postulandam.

Nos, illam vobis tenore presentium liberaliter concedentes, dilectionis vestre sinceritatem ex affectu rogamus et exhortamur in Domino Jesu-Christo, quatenus habentes pre oculis solum Deum, et quicquid in ejus offensam potest cedere precaventes, de tali et tam idonea persona vobis et ecclesie vestre provideri curetis, que grata nobis esse debeat ac ipsi ecclesie fructuosa. Datum apud Espiers, die quinta octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto. J. Bau.

Per dominum regem ad relationem domini Andree.

(*Ex Tabul. Capituli.*)

N° 276.

Acquisition faite par Philippe, comte de Valois, de la maison de Grez appartenant à l'évêque d'Auxerre.

(An 1325-26, janvier.)

Charles, par la grace de Dieu, roi de France et de Navarre : à tous ceux qui verront ces présentes lettres, salut. Saichent tuit que maistre Pierre des Grez, jadis évesque d'Aucerre, feust obligiez et tenus à nous en une grande somme d'argent pour certaine cause; pour laquelle somme d'argent nous avons fait arier et mettre en vente la maison et hébergement de Grez, si come il se comporte et les appartenances qui en estoient et mouvoient de l'éritage dudit évesque; ouquel hébergement sont environ dix arpens, que jardins que prez, sauveour à poisson, huit arpens de vingne, tenant d'une part aux jardins, et à l'autre à la vingne du Prestre, vint arpens de terre à la Noue, tenant d'une part aux vingnes de l'ostel, et d'autre audit Prestre, quarante arpens de terre seans.. d'une part à Jean d'Andresel, et d'autre à Montanglant, neuf arpens de terre au dessoubs tenant à Prison d'une part..... au prestre, neuf arpens de terre seants à Champdolent, tenant aux prez de Soisy, quarante et quatre arpens de terre tenants au bois l'évêque, huit arpens et demi de terre tenants d'une part au chemin de Paris, et d'autre à Henry Perrichon; dix et.... de terre entre le chemin de Paris et le chemin qui va aux défenses tenant à Huet de Montanglant....... de terre aux marchez de Dommange ; quinze arpens de prez séants outre lesdites terres, quatre-vingt et onze arpens séants sur la chaucée de Orcois, tenant à la forest aux Nonnains d'Yères d'une part, et d'autre au bois de Thenin.... de bois tenant d'une part à Jehan d'Andresel, et d'autre à..... Pierre Lambre, et vint et cinq arpens de bois seants au bois de..... tenant au prieur de Tournant, et environ treize livre de cens et deniers, de quoy le prestre prent cent sols pour le mareschal, et environ soixante et six arpens et trois sextiers de bled de rente.

Et elle fut vendue ladite maison et hebergement avec toutes les choses dessus dites par cry sollempnellement et duement fait pour le prix de mille livres Parisis..... marche nous retenismes à nous comme Seigneur souverain, nous de certaine science avons laissé et baillé, laissons et baillons perpétuellement ladite maison et hebergement avec toutes ses appartenances et les choses dessus dites a notre amé.... cousin Philippe, comte de Valois et à ses hoirs, et à tous ceux qui de lui auront cause, pour le prix desdites mille livres; desquels mille livres nous avons eues et reçues dudit nostre cousin et l'en clamons quitte et ses hoirs à tousjours..... et promettons sous l'obligation de tous nos biens garantir à notre dit cousin à ses hoirs, et à tous ceulx qui de luy..... la dessusdite maison et hebergement et toutes les appartenances. En tesmoing desquelles choses nous avons fait apposer nostre scel à ces présentes. Donné à Paris ou mois de janvier, l'an de grâce mil trois cens vint et cinq; ainsi signé, par le roy, à la relation.

J. Remigius.

(*Ex autographo.*)

N° 277.

Consentement du Chapitre pour la coupe des bois de Varzy, appartenant à l'évêque.

(An 1327, 15 juillet.)

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras, seu publicum instrumentum visuris et audituris. Petrus, miseratione divina Autissiodorensis episcopus, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nobis et capitulo nostre Autissiodor. ecclesie, ad tractandum, deliberandum et ordinandum de negotiis dictam ecclesiam et nos et discretos viros decanum et capitulum ejusdem ecclesie tangentibus, cum viris venerabilibus magistro Radulpho Chevenelli, archidiacono Puysaye in ipsa, Michaele de Appogniaco succentore et capitulo ejusdem ecclesie capitulum tenentibus et facientibus, pul-

sata campana, ut moris est, in ipsa ecclesia ad capitulum, congregatis venerabilibus viris decano et archidiacono absentibus et expositis et ostensis a nobis... capitulantibus pluribus expensis et....... multipliciter subire oportuit postquam.... divina nos provexit clementia diligenti tractatu de.... inter nos in dicto capitulo, cum eisdem super his prehabito ad dictorum onerum relevamen, et in supportationem ipsorum fuit per nos, ipsis volentibus, consentientibus et approbantibus, et quatenus ad nos spectat, ordinatum, dispositum et decretum fuit, quod nos capiamus, vendamus, distrahamus et explectemus, prout nobis expediens videbitur, et ex nunc assignemus in emptorem centum arpenta nemorum in et de forestis altis de Varziaco, ad episcopatum nostrum predictum spectantibus, pro nostris predictis expensis, revelandisque necessitatibusque et oneribus supportandis. Quibus sic actis et ordinatis, nos, provide considerantes quod alie foreste, ad domos nostras de Regennis et Bello-Reditu pertinentes, fuerant et sunt quamplurimum devastate, et quod nisi super his aliqua fieret provisio possent in brevi deficere, non sine domorum nostrarum predictarum episcopatus et ecclesie nostre Autissiodorensis predicte gravi damno; voluimus, disposuimus et concessimus, tractatu diligenti prehabito in et cum dicto capitulo, ac de consilio et assensu eorumdem, quod nos centum arpenta nemorum ad domos predictas de Regennis et de Bello-redditu pertinentium, de silvis videlicet ceduis alias scindi et vendi consuetis, pro magnis et altis forestis constituendis et faciendis, et id ad disponendis secundum quod utilius visum fuerit, et prout est in talibus fieri consuetum, dimittemus et etiam reservabimus pro futuro tempore necessitatibus et ad opus episcopatus domorum et ecclesie predicte, et..... hec omnia in quibusdam aliis litteris sive publico instrumento sigillo dicti capituli sigillatis et signo consueto Johannis de Vernoto, clerici, autoritate apostolica publici notarii consignatis, super hic confectis plenius continentur.

In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem, presentes litteras sive publicum instrumentum scribi et publicari mandavimus per predictum publicum notarium premissis in dicto capitulo presentem, sigilloque nostro sigillari, ac signo ipsius consignari. Acta et concordata sunt hec in predicto capitulo, sicut superius exprimitur, anno Nativitatis domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, mensis julii die decimo quinto, videlicet die mercurii post Octavas estivalis B. Martini, indictione decima, pontificatus sanctissimi patris ac domini domini Johannis, Divina providentia pape XXII, anno undecimo, presentibus etiam in dicto capitulo venerabilibus et discretis viris magistris Bartholomeo Rainaldi, Girardo de Branthołomio sigillifero, Petro de Pulvereno advocato Autissiodorensi, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis, etc.

(*Ex Cartul. Episc. Autiss., in fine.*)

N° 278.

Don de la terre de Grez, par le comte de Valois, à Jean d'Andresel.

(An 1327, avril.)

Philippes comte de Valois, d'Anjou, du Maine, de Chartres et de Perche, a tous ceux qui verront ces présentes lettres, salut. Sachent tuit que comme Mgr. le roi eut achesté et retenu pour soi, ou ses gens pour luy, la maison que l'en dit Grez, certains boys, héritaiges avec autres choses appartenantes à ladite maison, séants en la chastellenie de Tournant; laquelle maison et héritaiges furent de jadis messire Pierre de Grez, évesque d'Aucerre, et du mareschal de Grez son frère; lesquels héritaiges furent vendus par titre d'achat par criz et par subhastations solempnellement faites, selon la coustume du pays, pour certaine quantité d'argent en quoy ledit évesque estoit tenu et obligé à Mgr. le roy: nous ait cessé et transporté tout le droit, l'action et toute la raison qu'il avoit et pouvoit avoir esdits héritaiges, pour certaine quantité d'argent, sus ce que nous en pussions ordonner et faire nostre plaine voulenté comme de nostre propre héritaige. Depuis ces choses ainsi faites, maistre Pierre de la Mote, trésorier d'Aucerre, hoirs et exécuteur dudit évesque soit venu pardevant les présidents de Mgr. le roi, à Paris, et ait accordé et voulu pardevant eux, que nous ledit héritaige appelé Grez, et toutes les appartenances, en le maniere que Mgr. le roy le nous transporta, le tenons et passeons et façons come de nostre propre chose, et nous a ledit maistre Pierre, comme hoir et exécuteur, délaissé tout le droit, l'action et toute la raison qu'il avoit et pouvoit avoir oudit héritaige par quelquonque cause ou raison que ce fust, sans ce que jamais y puisse rien demander ne réclamer par soy ne par autre. Et sont les choses dessus dites plus clèrement divisées en deux pères de lettres

les unes de.... vendition et du transport que Mgr. le roy nous a fait dudit héritaige, et les autres de l'accord fait par ledit messire Pierre comme hoir et exécuteur dudit évesque.

Et nous considérants les bons et agréables services que nostre amé et féal chambellan Jehan d'Andresel nous a fait et fait chaque jour, de certaine science et de grace espéciale, en rémunération de ses services, donnons, octroyons audit Jehan et à ses hoirs.... tout le droit et action que nous avons et povons avoir oudit héritaige, etc. En tesmoing desquelles choses nous avons fait mettre notre seel en ses présentes lettres. Donné au Gué de Mauny, ou mois d'avril, l'an de grâce mil trois cens vint et sept. Ainsi signé par monsieur P., monsieur d'Alançon et son conseil : J. Remi.

(*Ex autographo.*)

N° 279.

Fondation de la chartreuse de Basseville.

(An 1328, 30 juillet.)

In nomine Domini, amen. Ego Johannes Grandis, canonicus Furnensis, ac rector ecclesie parrochialis de Sorgiaco, Autissiodorensis diecesis, ex intimo cordis considerans quod cum Dominus, pius ac misericors, me sui gratia bonorum suorum temporalium sufficienti abundantia ditaverit, mihi suo sacerdoti indigno sui Sancti-Spiritus gratia, misericorditer inspiravit ut sibi et mihi coadoptionis filios spirituales studerem, quantocius procreare templum sanctum eisdem in hereditate propria construendo, ita quod per misericordiam Redemptoris, una cum ipsis filiis templum celeste et sanctorum tabernacula possint jure perpetuo possidere. Cui sancte inspirationi anima mea adherens cum ingenti ex corde devoto deliberavi in animo diligenter perscrutando, quod alta Cartusiensis ordinis disciplina, licet non modicum aspera torpidis videatur extrinsecus, ipsa tamen ut ut propinat fervidis quoddam oblectamentum dulcoris intrinseci, quo nimirum allicitur cor humanum ad ea que in mundo sunt totaliter fugienda, et celestia salubriter appetenda; quodque fratres ipsius ordinis tam sapide contemplationis inebriati dulcedine jugum hujusmodi discipline portantes, suaviter cum humili devotione divinum officium ac sanctum sacrificium juge offerunt pro peccatis. Hinc quod inter ceteras ordinum domos ab etate tenera prioratum ordinis carthusiensis deliberavi in animo construere et fundare, atque terris, pratis, nemoribus et aliis bonis temporalibus, juxta formam ordinis, ita competenter secundum possibilitatem meam dotare, quod fratres in eo commorantes inde possint commode sustentari, cum aliis beneficiis et eleemosinis que ab aliis Christi fidelibus poterunt ad invicem recipere, Domino concedente, prout sibi hec beneficia ab hujusmodi piis locis de novo fundandis consueverunt fideliter erogari.

Ad laudem igitur et honorem omnipotentis Dei et Salvatoris mei Domini Jesu-Christi et gloriose Marie matris ipsius, et B. Joannis-Baptiste atque omnium sanctorum et sanctarum, pro remedio anime mee et omnium antecessorum benefactorum meorum vivorum et defunctorum animabus, predicti ordinis Carthusiensis, prioratum fundo in fundo meo *de Basseville*, qui hactenus vocatus est in illis partibus, Basse-Ville, ex nunc autem in posterum vocabitur Sancte-Marie Vallis Sancti Johannis-Baptiste, et dono imprimis ordini, prioratui et priori, et fratribus ipsius prioratus, pleno jure, in perpetuam eleemosynam, locum fundationis ejusdem prioratus, omnimodam terram meam *de Basseville* sitam in parochia mea de Sorgiaco, in quibuscumque rebus existat, admortizatam per clare memorie dominum meum carissimum dominum Ludovicum, quondam comitem Nivernensem, ac per serenissimum principem dominum Philippum regem Francorum confirmatam. Dono, inquam, omnes vineas, terras, prata, ripariam, nemora cum omnibus juribus, pertinentiis et appenditiis et cum omni jurisdictione alta et bassa ad dictam, et cum iis illud jus usagii et saisine quam habeo et habere, et possidere valeo in omnibus nemoribus de Potier, tam in nemoribus quam in pascuis et aliis quibuscumque.

Hec autem omnia premissa Deo et sanctis ejus atque prefato prioratui, priori et fratribus ipsius in puram et perpetuam eleemosynam offero, et in veram et corporalem possessionem omnium supradictarum rerum priorem et fratres ejusdem prioratus per traditionem presentium induco et corporaliter induci volo, absque retentione aliqua; ita tamen quod una cum aliis bonis et eleemosinis que ibi fient perpetuo, quandiu vixero, de Sancto-Spiritu aut de B. Virgine, vel de Trinitate, seu de Angelis, sive de beato Precursore Johanne-Baptista, aut de die, et post decessum meum pro mortuis missa specialis, pro me et anima mea celebretur infaillibiliter, qualibet die, diebus Nativitatis Do-

mini, veneris, Sabbati sancti ac Resurrectionis dominice, duntaxat exceptis. Quodque qualibet die post vesperas ante altare et imaginem gloriose Virginis Marie antiphona cum oratione sequenti, ad laudem et gloriam ejusdem, a toto conventu, cum devotione, solemniter decantetur, sub prioris et fratrum animarum periculo si in premissis fuerint negligentes. Et quoniam hominum memoria sepissime labitur super rite gestis ipsorum nisi firmentur robore litterarum ad perpetuam notitiam veritatis. Idcirco ego Joannes Grandis predictus, venerabili viro Humbaudo Burserii, clerico, publico autoritate apostolica et curie Autissiod. notario, presenti et stipulanti, vice et nomine prioris et fratrum prioratus prescripti cum devota instantia supplicavi quatenus omnia et singula premissa, tanquam persona publica, in scriptis redigeret et super iis mihi faceret publicum instrumentum, et testes invocavi astantes; et in premissorum testimonium sigillo meo proprio, una cum signo consueto dicti Humbaudi, hoc presens publicum instrumentum sigillavi. Dicta fuerunt hec in domo dicta de Fonteneto prope Corvolium, ordinis Grandimontensis, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, indictione undecima, mensis julii die penultima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Joannis, divina providentia, pape XXII, anno duodecimo, presentibus domino Roberto Munerii, presbytero, ac Joanne filio Margarete de Trecis, Autissiodori commorantibus, ad hec vocatis testibus et rogatis.

Signé, Humbaudus Burserii, *avec paraphe.*

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 280.

Commandement aux quatre archiprêtres du diocèse et au prieur d'Andryes, de payer le subside accordé par le pape.

(An 1328, 7 novembre.)

Datum per copiam sub sigillo curie Autissiod. anno Domini M° CCC° XXVIII°, die sabbati post Yemale festum Sancti-Martini, Guido de Turribus, cantor Lemovicensis, subexecutor seu commissarius in hac parte, una cum venerabili et discreto viro Johanni Sapientis canonico Autiss. cum illa clausula et cuilibet eorum insolidum, etiam a reverendo in Christo patre domino abbate monasterii Sancti-Germani Autiss., executore, in hac parte a sede apostolica deputato, una cum quibusdam collegis suis cum illa clausula quatinus vos, vel duo, vel unus vestrum, et tam super subsidio moderato a summo pontifice reverendo in Christo patri ac domino domino T., Dei gratia Autiss. episcopo concesso, super omnes ecclesiasticas personas civitatis et dyecesis Autiss. Omnibus et singulis curatis, presbiteris, capellanis, ceterisque ecclesiarum rectoribus in civitate et diocesi Autiss. constitutis, ad quos presens mandatum nostrum, ymo verius apostolicum pervenerit,.... et mandatis nostris, ymo verius apostolicis firmiter obedire auctoritate nostra, nobis in hac parte commissa, vobis omnibus et singulis qui super hoc a latore presencium fueritis requisiti, in virtute sancte obedientie, et sub penis suppensionis et excommunicationis quas in vos et vestrum quemlibet ferimus, nisi feceritis quod mandamus, districte percipiendo mandamus quatinus ad hoc mandatum nostrum exequendum alter vestrum alterum non expectans moneatis auctoritate qua supra viros venerabiles et discretos Autissiodorensis et Sancti-Prisci, nec non Varziaci et Puseye archipresbiteros et priorem de Andria, Autissiodorensis diocesis, ut quilibet eorum, infra quindecim dies proximos, a die monitionis a vobis, aut altero vestrum, sibi facte, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque pro tercio et ultimo ac peremptorio termino assignamus, satisfaciat predicto domino Autissiod. episcopo, vel procuratori aut deputato suo, ejus nomine de dicto subsidio, videlicet archipresbiter Puseye de octo libris turon., item archipresbyter Sancti-Prisci de sex libris turon.; item archipresbyter Varziaci de sex libris turon.; et archypresbyter Puseye de octo libris turon.; necnon et prior de Andria de viginti una libris turon. Quas singulares pecuniarum summas quemlibet dictorum archipresbyterorum et prioris tangentis cuilibet eorumdem, attentis facultatibus cujuslibet beneficii eorum, pro dicto subsidio dicti domini Autissiodorensis episcopi imponimus, moderamus et per presentes decernimus moderatas alioquin nos ipsos defficientes in solutione et satisfactione dicte pecunie racione impositionis et moderacionis nostrarum predictarum de dicto subsidio sic a nobis, ut predicitur, factarum, dictis quindecim diebus elapsis, in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos auctoritate nostra nunciorum mandatum nostrum taliter exequentes que a nobis non possint in aliquo redargui, vel puniri, sed pocius amendari.

In signum autem dicti mandati nostri per vos diligenter executi presentes litteras sigillis ecclesiarum nostrarum portitori eorumdem reddite sigillatas. Datum et sigillo nostro sigillatum anno Domini M° CCC° XX° octavo, die lune post festum Omnium-Sanctorum.

Signé : Humbertus; facta est collacio ad consimiles sigillatas.

(Scellée autrefois.)

(*Archiv. de l'Yonne, fonds de la Chambre ecclésiastique d'Auxerre.*)

N° 281.

Lettres de Bernard, évêque d'Auxerre, sur un arbitrage concernant l'abbaye de Pontigny.

(An 1335.)

B. Dei gratia Autiss. episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constituti abbas Pontin. et frater Chono, monachus, prior conventus Pontiniacensis, et Jobertus de Venussia, miles, recognoverunt se compromisisse alte et basse in fratrem Jacobum cellerarium Pontign. et dominum Gudehardum militem de Platina, de omnibus querelis et discordiis que vertebantur inter ipsum abbatem et conventum Pontin., ex una parte, et prefatum Jobertum, ex alia : super quibus querelis et discordiis, prenominati Jacobus et Guichardus dictum judicem et arbitrium in nostra presentia protulerunt, prout in litteris nostris super prolatione arbitrii, de assensu et voluntate partium confectis, plenius continetur. Actum anno Domini MCCCXXXV.

(*Ex Cartul. Pontin. pag.* 24.)

N° 282.

Provisions de la cure de S. Amand, au diocèse d'Auxerre.

(An 1336, 2 septembre.)

Aymericus, miseratione divina Autiss. episcopus : dilecto nobis in Christo Girardo de S. Benigno in Foveis, clerico, salutem in Domino sempiternam. Ecclesiam parochialem de S. Amando, nostre diecesis ad presentationem abbatis S. Germani Autiss. spectantem, liberam et vacantem per liberam resignationem Stephani de Sinemuro, curati ecclesie de Caduco, presbyteri Senonensis diecesis, discreti viri Guidonis de Saisiaco, presbyteri dicte ecclesie curati, procuratoris litteratorie ad hoc destinati, potestatem ab eodem Guidone et mandatum habentis speciale, pure et libere in manibus nostris factam et admissam tibi per fratrem Johannem priorem prioratus S. Salvatoris, nostre diecesis predicte, dicti abbatis procuratorem ad hoc litteratorie destinatum ad curam et regimen ipsius ecclesie de S. Amando, nomine ipsius abbatis, presentato nobis, pietatis intuitu salvo jure impetrantium, si quod sit et quodlibet alieno, conferimus cum ejusdem juribus et pertinentiis universis; teque per traditionem presentium investimus de eisdem, mandantes curatis ecclesiarum de Sancto-Verano, de Arconio, et eorum cuilibet, quatenus te in ejusdem ecclesie, juriumque et pertinentiarum ipsius, possessionem inducant corporalem, teque in eadem, ut moris est, intronizent, adhibitis super hoc solemnitatibus consuetis. Datum apud Varziacum, castrum nostrum, sub sigillo nostro, die secunda mensis septembris, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto.

(*Ex Cartul. majore S. Germani Autiss.*

N° 283.

Accord sur la voierie à Vermenton, entre le comte et le commandeur du Saulce.

(An 1337, 11 septembre.)

A tous ceux qui verront ces présentes lettres, Jehans de Chalon, contes d'Aucerre et sires de Roichefort, et frères Symon de Compaigne, commandeur des maisons de l'ospitaul de Saint-Jehan de Jérusalem dou Sauce, de Villemoson et des appartenances, salut. Saichent tuit que accordé est entre nous conte dessus dit et nous frère Symon dessus dit, cômme commandeur et procureur des maisons dessus dites et des appartenances d'icelles, que li jarlaiges des maisons et des chemins estant en la juridicion doudit ospitaul de Vermenton jusques au royn des grans chemins royaux et cheminaux de ville à autre, demore audit ospitaul; et se riens en ha esté pris par noz gens conte dessus dit, il sera rendu audit ospitaul, et li chemins charreans demore à nous conte dessus dit, tant comme l'alée de la charrete puet tenir et la voye dou charretier de costé la charrote raisonable : et sera bosnié. Et pourront noz gens conte dessus dit gaigier de noz droitz et esploiz et amandes qui leur seront cogneuz en la dite juridicion de l'ospitaul; et ou cas où il leur seroit nyé recréance, se fera des gaiges et ataindront devant les gens doudit ospitaul. Et quant aux autres cas de justice chascuns en usera selonc ce que

il ha acoustumé de temps encien audit leu. Ou tesmoing de laquelle chose, noz contes et frères dessus dit havons scellé ces présentes lettres de nous seauls. Donné le jeudy après la feste Notre-Dame en septembre, l'an de grâce MCCCXXXVII.

(*Arch. impériales. S*. 296, *liasse* 66, *n*° 11.)

N° 284.

Confirmation d'une sentence arbitrale sur les chanoines Tortriers, par Aymeric, transféré au siége de Rouen.

(An 1339, 26 avril.)

Omnibus hec visuris, Aymericus, miseratione Divina Rothomagensis electus confirmatus, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod viri venerabiles et discreti magistri Stephanus Bacheti, decretorum doctor, et Raymundus de Columberiis, Autiss. canonicus, arbitri arbitratores, seu amicabiles compositores inter nos dum eidem Autissiodor. preeramus ecclesie, ex una parte, et venerabiles et discretos viros decanum et capitulum ejusdem ecclesie Autiss., ex alia; decreti super juridictione canonicorum tortariorum ipsius ecclesie quam nos dicebamus ad nos pertinere, ipsique decanus et capitulum contrarium asserentes, dicebant quod dicta juridictio pertinebat ad eosdem : die vigesima tertia mensis februarii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, in hospicio de Regenna dictum suum, ordinationem, seu arbitralem sententiam super predicta juridictione protulerunt : quod si quidem eorum dictum, ordinationem seu arbitralem sententiam ratum, gratum habentes approbavimus et laudavimus, prout in instrumento publico signo Johannis dicti Potage, notarii publici, ac nostri solito, in quo presentes nostre littere sunt annexe, plenius continetur.

Verum quia in presentium confectione litterarum sigillum, quo utebamur tempore quo dicte Autiss. preeramus ecclesie, non habentes, per quod idem sigillum in receptione bullarum apostolicarum translationem de ipsa Autissiodorensi ecclesia ad nostram Rothomagensem ecclesiam de nobis factam continentium, frangi fecimus, propter quod dictum sigillum in dicto instrumento non fuit appensum, sigillum nostrum, quod ad presens, hiis presentibus nostris litteris apponi fecimus in testimonium premissorum. Datum in manerio nostro de Pintervilla, die vigesima sexta mensis aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono.

Ex Tabul. Capit. Autiss.)

N° 285.

Déclaration d'Aymeric, ancien évêque d'Auxerre, comment les chanoines de la cathédrale ne doivent point de droits au secrétariat de l'évêché.

(An 1339, 22 août.)

Aymericus, miseratione divina Rothomagensis archiepiscopus : venerabili et discreto viro officiali Autissiod. salutem in Domino. Noveritis quod nos dum ecclesie Autissiod., olim sponse nostre preeramus, orta discordia tunc inter nos, officialem et sigilliferum nostros ex una parte et venerabiles et discretos viros, decanum et capitulum dicte ecclesie Autissiodor., ex alia, super eo quod dicti venerabiles viri asserebant quod de aliquibus litteris sub sigillo curie Autiss. confectis in curia Autiss. tunc ad nos spectante, pro sigillo nihil solvere consueverant a tanto tempore a cujus principio memoria hominum non existebat, officiali et sigillifero nostris pro nobis contrarium asserentibus : tandem, pro bono pacis et concordie, de voluntate et assensu dictorum venerabilium virorum, voluimus et commisimus expresse discretis viris amicis et consociis nostris charissimis magistris Johanni de Lesina, dicte ecclesie Autissiodorensis canonico, et Geraldo de Brantholm, tunc pro nobis in dicta curia Autissiodor. officiali, quod fideliter et diligenter super jure nostro et dictorum venerabilium virorum inquirerent veritatem, et nobis illam referrent, viva voce fideliter vel in scriptis : quod utique fecerunt juxta sibi traditam potestatem, et ex ipsorum relatione comperimus, quod dicti venerabiles viri per litteras sub sigillo curie Autissiodor. confectis, nomine suo vel ecclesie, communiter vel divisim, pro prebendis singularum personarum de capitulo, cujuscumque tenoris seu forme consistant, nec etiam pro testamentis eorumdem nihil solvere tenentur, nec hactenus consueverant, nisi in forma dictarum litterarum fiat expressa mentio de coustamentis ipsarum promissis reddi et solvi a personis in..... et singulis quorum interest et interesse potest tenore presentium intimamus. Datum........ die XXII mensis augusti, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono.

Signatum : J. Doc.

(*Ex autographo.*)

N° 286.

Prologue du Cartulaire du Chapitre d'Auxerre, qui s'y lisait avant que les premiers feuillets eussent été gâtés.

(An 1340.)

Quia presens liber continet originalia litterarum per quas sciuntur redditus, exitus et proventus ecclesie Autissiodor., super quibus ipsa fundatur, et de quibus dotata est; propter juniores advertendum est quod fundamentum ecclesie militantis duplex est, unum scilicet spirituale et aliud temporale. De spirituali autem dicit apostolus Paulus : « quod fundamentum aliud nemo potest in ecclesia ponere preter id quod positum est Jesus-Christus, » contra quod si irruant flumina et flent venti non poterunt illud movere, fundata est enim ecclesia militans supra firmam petram, petra autem Christus. Et quia istud fundamentum transcendit nostrum presens propositum, dimittatur. Temporale vero fundamentum ecclesie duplex est, unum scilicet materiale et aliud subsidiale seu vitale. De materiali fundamento nihil ad propositum quod ad latomos, carpentarios et alios artifices sicut cimentum, lapides et ligna et cetera talia pertinere noscuntur. Fundamentum subsidiale seu vitale quod confert subsidium vite ministrorum ecclesie dici possint redditus ipsius ecclesie et proventus, de quibus ad presens erit nostra intentio prosequenda, quia Maria sine adjutorio Marthe et ejus ministerio parum potest. Quantumcumque enim cantes aut legas, seu spiritualia contempleris, nisi ministerium Marthe que sollicita est circa temporalia vite tue subsidium conferat, parum potes et vales ; quia etiam licet Deus det omne bonum, non tamen per cornua taurum. Idcirco ministris ecclesie concessa fuerunt altaris stipendia, ut qui altario servit, de altario debeat, testante apostolo, temporaliter sustentari.

Ut autem ad nostrum propositum convertamur, notandum quod antiqui venerabiles viri canonici Autissiod., circa statum ecclesie sue solliciti diviserunt loca, in quibus eorum redditus situantur, per octo cameras, in octo villis suis institutas, nonusque locus dicitur extra villas. Prima camera vocatur de Autissiod. et Oysiaco, alia de Crebanno, alia de Ascolaio, alia de Chicheriaco, alia de Monestallo, alia de Egliniaco et Merriaco, alia de Bello-Videre et de Palliaco, alia de Pulvereno et Lindriaco. Unde sic procedetur in isto libro ad evidentiam pleniorem quod primo ponentur rubrice generales litterarum ad thesaurarium et sacristam pertinentium, cum ad ipsos precipue scire spectet de ministeriis altaris et ecclesie, cereorum et luminarium ipsius et eorum omnium sint custodes. Postea ponentur singule rubrice singulares litterarum ad singulas cameras pertinentium, et ultimo rubrice singulares litterarum de extra villas signando, secundum modum filiorum libri in quoto folio poterunt reperiri, incipiendo ab uno et terminando in ultimo folio ipsius libri. Si autem queratur ad quid copiate fuerunt littere originales de predictis redditibus et in presenti libro redacte, res pondere poterit lector, quod multiplex est causa seu ratio : una, ne originales littere propter frequentiam tenentium ipsas inficiantur, corrumpantur vel ledantur, tam in sigillis quam in scriptura; alia, ne forte ab aliquo emulo ecclesie seu amico, etiam propter negligentiam aut inadvertentiam perdantur aut alienentur; alia, ut citius sine periculo inveniatur quod queritur et sciatur. Alia causa potest addi quia nimis esset tediosum et onerosum canonico lectori qui tenetur eas custodire, aperire thesaurum et thecam repositoriam ipsarum litterarum totiens quotiens ipsis opus est. Dicamus igitur illud verbum Osee prophete. « Principium loquendi Dominus; » et incipiamus a rubricis litterarum tangengium thesaurarium et sacristam et matricularios ecclesie Autissiodorensis.

(Ex Cartul. Eccless. Autiss.)

N° 287.

Déclaration du roi portant que les étrangers venant demeurer à Auxerre, qui choisissaient le jour de leurs noces d'être bourgeois du Chapitre, continuaient à l'être.

(An 1340, 5 juillet.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex : baillivo Senonensi aut ejus locum tenenti, salutem Querimoniam dilectorum nostrorum decani et capituli Autiss. accepimus continentem quod licet ipsi.... sint in possessione et saisina justiciandi in omni casu Johannem de Berry commorantem apud Autiss., nec-non et omnes foraneos apud Autiss. causa commorandi ibidem venientes, qui in die nuptiarum suarum dictorum decani et capituli elegerint esse subditi et justiciabiles; quodque Colinus des Planciz et uxore ejus foranei, in die nuptiarum suarum elegerunt esse dictorum decani et capituli burgenses. Nihilominus tamen gentes dilecti et fidelis nostri comitis Autiss. et jurati communitatis ville Autiss., Johannem et

Colinum uxoremque dicti Colini, tanquam burgenses dicti comitis tailliare et justiciare nituntur, in ipsorum grave prejudicium, eosque perturbando in sua possessione predicta indebite et de novo. Quare vobis committimus et mandamus, quatenus, si vocatus evocandis summarie et de plano constiterit, et de premissis dictos conquerentes, sua possessione predicta gaudere, premissis impedimentis amotis, faciatis. Si vero aliqui in contrarium se apponant, rebus contentiosis ad manum tanquam superiorem positis, facta recredentia ubi et procul fuerit faciendi, dictis partibus exhibeatis celeris justitie complementum. Datum Parisius, die quinta julii, anno Domini M CCC XL, sub novo nostro sigillo.

Hangest Letor, pro presidente.

(*Ex autographo.*)

N° 288.

Lettres de Philippe de Valois qui déclarent sujet à la taille du Chapitre d'Auxerre un bourgeois dudit Chapitre, quoiqu'anobli.

(An 1341, 31 août.)

Philippe, par la grâce de Dieu, roi de France, au bailli de Sens, et à tous nos autres justiciers ou à leurs lieutenants, salut. Nous avons entendu par la griefve complainte de nos amez et féaulx doyen et chapitre d'Auxerre que jaçoit que Pierre de S. Gervais, demourant à Auxerre, soit procréé et issue des bourgeois et bourgeoises desdiz complaignans, leurs justiciables et subgiez, et avec ce soient en possession et saisine de tailler et expletter ledit Pierre comme les autres bourgeois, néanmoins ledit Pierre, sous l'ombre de ce que avons déclaré et voulu de notre grâce espéciale le devant dit Pierre estre noble ceu toutes voyes des choses dessusdites, et pour ce qu'il nous a donné à entendre que il estoit atrait de nobles, contredit et refusé induement payer aux dessusdits complaignans leurs redevances réales et personelles, en leur grand grief, préjudice et dommage, si comme il dient; pourquoy nous, qui ne voulons que notre dite grâce face préjudice à aucun, vous mandons à chacun de vous, pour tant comme à lui appartendra, que se appellez ceulx qui sont à appeler, il vous appert estre ainsi, si vous n'empeschiez et souffriez en aucune manière lesdiz complaignans estre empeschié qu'il ne contraignent ou facent contraindre duement ledit Pierre à leur payer leursdites redevances réales et personelles toutefois qu'il en sera défaillant, non contestant ladite grâce et lettres subreptices empetrées ou à empétrer au contraire. Donné à Paris le dernier jour d'aoust, l'an de grâce M CCC XLI.

Par le roy à la relation de messieurs P. de Villain et H. de Malestret.

Signé, Porly.

(*Copié sur l'original.*)

N° 289.

Acte touchant la statue d'argent de Jean, fils aîné du roi Philippe de Valois, que la reine avait donnée avec son piédestal aussi d'argent, à l'église d'Auxerre.

(An 1343, 21 juin.)

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Autissiodorensis, salutem in Domino. Notum facimus quod cum nos deputassemus discretum virum magistrum Jacobum......... concanonicum superintendentem et provisorem fabrice ecclesie nostre predicte... que magistro Jacobo tradidissemus et liberassemus scabellum argenteum imaginis illustrissimi domini, scilicet Johannis primogeniti domini regis Francie, qui nunc est ducisque Normannie; dicte fabrice datum et concessum per dominam reginam Francie, matrem ipsius domini Johannis.... ndum et expletandum, ad usum et opus ipsius fabrice, per magistrum Jacobum predictum quem ad hoc sufficientem..... sciebamus; idem magister Jacobus, coram deputatis a nobis, videlicet dominis Joanne de Vernoto penitentiario, nuncque provisore sepefate fabrice....... Humberto Salemart......... ad sequendam rationem de predicto scabello et ejus venditione et expletatione; que ascendit ad summam sexcentarum quatuor viginti decem septem librarum, octo asses, novem denarios, prout nunc deputati nobis fideliter retulerunt........ quia imaginem predicti domini Johannis vendidimus et dimisimus predicto magistro Jacobo ad usum milit..... et opus prefate fabrice sub pondere et..... marchis dudum..... in dicta imagine Hugonem dictum *le Champenois* campsorem et mercatorem Autissiod. tabellionatis et scriptis de mandato nostro per Johannem de Varziaco clericum capituli nostri et Johannem..... juratos curie Autissiod. quibus in solidum in hac et in solidum..... adhibuimus, etiam adhibemus in hoc facto et ad predicta exsequenda et faciendo.... ponderando plures de nostris canonicis........ idem magister Jacobus predictus de pretio totali, sub

quo et pro quo sibi fuit tradita, vendita... dicta imago scilicet sub pretio sexdecies centum....... Turon. nobis plenarie et integre, predicte fabrice nomine, et per manum predicti domini Johannis de Vernoto provisoris ipsius fabrice, ut premittitur, satisfecit. Propter quod. .... decanus et capitulum predicti tam de pretio scabelli predicti quam de totali imagine predicti domini Johannis de Francia et ejusdem imaginis pretio, per nos seu deputatos.... receptis prout superius exprimitur, tenemus nos plenarie pro contentis, quittantes de predictis quibus tenore presentium predictum magistrum Jacobum, vel heredes et omnes de eis causam habentes et habituros penitus et expresse. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum die sabbati ante festum Nativitatis B. Johannis-Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

(Ex autographo.)

N° 290.

Lettres d'amortissement de maisons, en faveur des Jacobins d'Auxerre, données par le comte.

(An 1345-46, 4 février.)

Nous Jehan de Chalon, comte d'Auxerre, et sire de Rochefort, faisons sçavoir à tous que de grace spéciale, et en aulmone, et pour les prières dévotes que ont faictes pour nous et font de jour en jour discrètes et religieuses personnes les Frères Prescheurs du couvent d'Aucerre, amortissons à tous joursmais, pour nous et pour nos hoirs, trois maisonnettes séantes delés la porté dudict couvent; c'est à sçavoir une maison qui fust à Dimanche de Vinoles pour cause de sa femme, tenant aux murs de ladicte porte et de la court desdicts Frères Prescheurs, d'ugne part; l'aultre maison en suivant continue à icelle qui fut à Agnès fille feu Jehan Grillot; la tierce maison ensuivant continue à icelle qui fut Gilot Davio, tenant et continue d'aultre aux murs de la clausure du jardin desdits Frères qui sont selon la voie commune par où l'on va desdits religieux à Sainct-Pere d'Aucerre. Et promettons en bonne foy que contre ledict amortissement nous ne viendrons, ne ferons venir par nous, ne par aultre ou temps advenir.

En tesmoing de laquelle chose nous avons mis nostre sceaul en ces présentes lettres données le samedy, veille de Saincte-Agathe, quatriesme jour de febvrier, l'an mil trois cens quarante-cinq.

Signé sur le repli : Par monsieur le conte : Estienne de la Grange.

(Tiré de l'original.)

N° 291.

Accord de Jean de Chalon, comte d'Auxerre, avec la ville, sur le fait de la draperie, argenterie, chasse, corraterie.

(An 1345-46, 9 mars.)

A tous ceulx qui verront ces présentes lettres : Jehans de Chalon, comte d'Aucerre, seigneur de Roichefort, salut. Savoir faisons que comme nos bourgois et jurez de la ville d'Aucerre se fussent dolus de nous, de nostre baillif et de nos aultres officiers, pour ce que ledit baillif avoit faict prendre et ardoir les draps de certains drappiers, nos bourgois, sans appeller à ce lesdicts jurez, laquelle chose il avoit faict contre la chartre et prévilège desdicts bourgois et jurez, en eulx troublant et empeschant en leurs possessions et saisines esquelles ils sont des choses dessus dites; et avec ce que noz gens prennent et ont pris et détenu plusieurs fois les corps de nosdictz bourgois, leurs biens et leurs chatielz; c'est à sçavoir chevaulx, charretes, charioz, vins, chairs salées, toiles et plusieurs aultres choses, espécialement es changes d'Auxerre, verges d'argent sur plusieurs merciers, ouquel lieu il a certaines franchises par poins de chartres, et contre les poins de ladicte franchise; et les détiennent sans ce que ausdiz jurez, ou à leurs procureurs souffisamment requis en veuillent faire rendue, mais par contrainte font soubmettre à leur volenté ou à leur enqueste nosdiz bourgois, contre les us enciens et les poins de leurs chartres; et encore que nos gens ne veulent que nosdiz bourgois soient corratier en la ville d'Aucerre, se ce n'est de nostre licence ou de nostre commandement; et oultre encores que noz gens veulent que li boys de Bar soit en garenne; lesquelles choses ils ne pevent ne ne doivent faire, mais font ou grant grief et dommage desdiz bourgois, et contre ce que l'on a usé enciennement tenu et gardé. Car il loist à ung chasçun de nos bourgois de ladicte ville d'Aucerre chacier oudict boys de Bar à toutes heures et à toutes manières de bestes grosses et menues, quelles que elles soient.

Nous qui ne vouldrions avoir dessencion, aucune riote ou contenz ausdiz bourgois, et pour eschiver toutes matières de descortz et de plaiz, avons accordé et accordons et convenancié que accor-

dons et convenancons que l'ésploit et jugement faiz par nostre bailli ou aultres noz officiers des dessus diz draps pris et ars sans appeller lesdiz jurés à ce, et les prises et détenues de pluseurs biens et chatielx, et des corps desdiz bourgois, et par pluseurs fois, si comme dessus est dit, et entre les autres choses verges d'argent prises en changes d'Aucerre sur pluseurs merciers ; et ce que nosdites gens se sont efforciez de empeschier nosdiz bourgois à estre corratiers, en disant que nosditz bourgois ne l'osoient se ce n'est du consentement de nous ou de nostre commandement, et de mettre le bois de Bar en garenne : soit et soient aussi comme se il n'eussent onques esté avenu ne fait; et que pour cause desdiz faiz dudict bailli ou de nostre aultres choses dessus dites, nous ne puissons reclamer aucun droict en propriété, ne en saisine contre nosdiz bourgois, contre la teneur de leurs chartres ne des choses dedans contenues, previleiges, libertez et us anciens, ne de ce qui anciennement a esté usé, tenu et gardé. Et aussi voulons que en tous les cas dessus diz et en tous autres touchans nosdiz bourgois, nostre justice et mandement soit tenu de juger par le conseil desdiz jurez selon la teneur de leursdites chartres, us, previleiges et costumes anciennes, quar ainsi en ont usé ou temps passé; et que nostre dit bourgois joissent et puissent joir et user de toutes leurs dictes saisines et possessions anciennes et chacier oudit bois de Bar, si comme dessus est dit.

Quant aux coratiers nous voulons et octroions que nostre commandement et li douze jurez ou la plus grande partie desdiz jurez eslise jusques à certain nombre de corratiers, tel nombre comme il verront que bon sera pour faire l'office de corraterie en toute la ville d'Aucerre, forsbours et environ, par le conté ; et que de ce nombre qui sera esleuz, si comme dessus est dit, nous ou nostre commandement en mettrons la moitié, et li dit juré ou la plus grande partie de eulz l'autre moitié, et se fera l'eslicion du nombre desdiz corratiers tout ainsi et en telle manière comme les jugemens se font par nostre commandement et par lesdiz jurez selon le contenu des chartres de noz diz bourgois sans rien payer à nous ne à aultre pour nous de ceulx que les douze jurez ou la plus grande partie d'eulx mettront et sans licence de nous ou de nostre gent, et ou cas que nous ou nostre commandement mettrons de par nous aucuns corratiers de nos bourgoiz d'Aucerre, nulle finance ne pourra estre levée d'iceulx par nous ne par nos gens pour celle cause, et toutefois que aucuns desditz corratiers deffaudroit, fust pour cause de mort, pour leur meffait ou aultrement, aultres en lieu d'iceulx seront mis par la manière dessus dicte; et ledit nombre de corratiers nostre commandement, li douze juré ou la plus grande partie d'iceulx pourront croistre ou amendrir touteffois que bon leur semblera à faire.

Et voulons que toutes ces choses vaillent pour restablissement, et soit de telle valeur comme se il avoit esté faict réalment et de fait, ou par arrest de la cour du roi souveraine, sauf tous les articles et clauses tant généraulz que espéciaulz contenus en privileiges et es chartres desdiz bourgois, et tous les autres bons usages et coustume desdiz bourgois de ladite ville, en la maniere qu'il est contenu en leurs dites chartres et et previleiges, soit en général ou especial. Et parmi ce à nous et lesdiz jurez avons renoncié et renonçons au plait et procez qui sur ce a esté encommancié et pent en parlement à Paris entre nous et aucuns de noz officiers et gens d'une part, et lesdiz bourgois et jurez d'autre.

En tesmoing desquelles choses nous avons fait séeller ces lettres de nostre grand seel ; qui furent données à Paris le neufvième jour du mois de mars, l'an de grâce mil trois cens quarante-cinq.

Passé par monsieur le conte en son grand conseil :

Estienne de la Grange.

(*Ex Cartul. Urbis. fol. xiv.*)

N° 292.

Collation d'un canonicat d'Auxerre à Guillaume Albert, âgé de neuf ans.

(An 1347, 19 juin.)

Clemens, episcopus, servus servorum Dei : venerabili episcopo Æduensi et dilectis filiis decano Sancti-Aredii Lemovicensis diecesis, ac Joanni de Segurano, canonico Bituricensium ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Laudabilia dilecti Guillelmi Alberti, canonici Autissiodorensis juventutis indicia, per que prout habet fide dignorum assertio, colligitur evidenter quod, auxiliante Domino, prefatus Guillelmus se virum imposterum debeat producere virtuosum, merito nos inducunt ut sibi reddamur in exhibitione gratie liberales. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Autissiodor., quos dilectus filius Petrus Alberti, olim ipsius ecclesie canonicus prebenda-

tus in eadem ecclesia, dudum obtinuit per liberam resignationem in manibus venerabilis fratris Stephani episcopi Sancti-Pontii, Thomeriarum camerarii nostri nuper apud Sedem apostolicam sponte factam, et ab eodem episcopo, de mandato nostro vive vocis oraculo super hoc sibi facto, apud eandem sedem admissam, apud sedem predictam vacavisset et tunc vacaret, nullusque preter nos ea vice disponere potuisset, neque posset pro eo quod nos diu ante vocationem hujusmodi omnes canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud ipsam sedem quocumque modo vacantia, et in posterum vacatura, collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus super his à quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Nos volentes eidem Guillelmo, circa nonum etatis sue annum constituto, premissorum intuitu, necnon consideratione dilecti filii nostri Stephani, tituli SS. Joannis et Pauli presbyteri cardinalis, pro eodem Guillelmo nepote suo nobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos sic vacantes cum plenitudine juris canonici apostolica eidem Guillelmo autoritate cum omnibus juribus et pertinentiis suis contulimus, et de illis etiam providimus .... Datum Avinioni, decimo tertio kalendas julii, pontificatus nostri anno sexto.

(Ex autographo.)

N° 293.

Procès entre les bourgeois du comte d'Auxerre et ce seigneur, sur ce qu'il voulait prendre leurs chevaux et charrettes pour son service.

(An 1352, 10 avril.)

A tous ceux qui verront ces presentes lettres : Dreus Trulles, garde dou bailliaige d'Auceurre, salut. Comme descors fut mehus ou en espérance de movoir entre noble et puissant baronz M. le conte d'Auceurre, d'une part, et les bourgois et jurez d'Auceurre, d'autre part, sur ce que lidiz jurez disoient que lidiz messieures li contes ou ses gens, environ la feste de la Nativité de S. Jehan-Baptiste darreneierement passée avoient pris ou fait prendre de fait les chevaulx et la charrette Ysabeau la Boçue, bourgeoise doudit monsieur le conte, et yceulx menez à Paris; et aussi environ la S. Vincent darrenièrerement passée, li diz messieures li contes avoit pris ou fait pranre le cheval Joffroy Brocereaul, son bourgois et juré d'Auceurre, et ycelui mené avec lui, ce qu'il ne pouvoit ne devoit faire point raison, selon les poins de leurs chartres et enciens usaiges, si come il disoient, et il soit ainsi que lidiz juré eussent doublé que ce es choses dessus dites il ne mettoient ou fesoient mettre remède dehu et convenable, dedans la feste de la Nativité S. Jehan-Baptistre prochaine venent, ou cas où lidiz messieurs ou ses gens ne voudroient adrecier les choses dessus dites et mettre à estat, selon les poins de leurs chartres et usaiges enciens, que temps ne corust contre eulx, mesmement quant à la prise faite sur la dite Ysabiaul la Boçue, et que ladite Saint-Jehan passée, li temps de ladite poursuite fut passée, et que il ne tournast à presjudice à leursdites chartes et prévileiges, et que iceulx ne fussent en aucune maniere corompus.

Pour lequel doubte hoster, pour bien de pais, pour eschiver toutes matières de plaiz, descors et de discussion qui pour les causes dessus dites pourroient estre et movoir entre ledit monsieur le conte et lesdiz jurez, et afin que eulx et li aultres subgiet de Mgr. puissent vivre en paiz et en tranquilité dessous luit, saichent tuit que pour la délibération dou conseil doudit monsieur le conte assamblé ensamble pour les causes dessus dites, dou gré, volonté et consentement dou procureur de monsieur le conte à ce présent et consentant; nous, ausdiz bourgois et jurez avons accordé et octroïes, et convenantié, accordons et octroions et convenançons que li temps de poursuivre et pourchacier les choses dessus dites ne coure, ne ne puisse courir contre eulx, ne point lapse de temps aucun presjudice soit faiz à ladite poursuite ou cas que en aucune manière les choses dessus dites leur soient préjudiciables, jusque à la première venue doudit monsieur le conte de Aucerre, et que en cas que monsieur..... il ne soient avec lui à acort sur ce que il puissent aler au pourchaz après la première venue doudit monsieur, aussi bien comme il feroient ou pourroient faire ad présent. En tesmoing de laquelle chose nous avons scellé ces lettres dou scel doudit bailliage. Donné le mardy après Pasque commeniant (1), l'an de grâce mil trois cens cinquante et deux.

(Ex Tabul. Urbis. Autiss.)

(1) Notez cette expression.

N° 294.

Lettres du Camérier du Pape, au sujet de Jean, évêque d'Auxerre.

(An 1354-55, 1er mars.)

Universis presentes litteras inspecturis : Stephanus, miseratione Divina archiepiscopus Tolosanus, domini pape camerarius, salutem in Domino. Universitati vestre tenore presentium innotescat, quod cum reverendus in Christo pater dominus Johannes, Dei gratia episcopus Autissiodorensis singulis annis teneatur curia citra montes existente, sedem apostolicam visitare, sedem ipsam pro uno anno proxime nunc transacto per venerabilem virum magistrum Nicolaum de Pennis, in romana curia procuratorem atque suum, ad hoc ab ipso specialiter constitutum, cum devotione debita visitavit. Nihil tamen idem procurator visitationis hujusmodi nomine camerarii dicti domini nostri pape obtulit, vel finivit.

In cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus, et sigilli cameriatus nostri appensione muniri. Datum Avinioni, die prima mensis martii, anno Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, pontificatus sanctissimi patris, et domini nostri domini Innocentii, Divina providentia pape sexti, anno secundo.

(Ex autographo.)

N° 295.

Fortifications d'Appoigny rétablies de l'agrément de l'évêque d'Auxerre et du Chapitre de la cathédrale.

.(An 1358, 6 juin.)

Jehan, par la grace de Dieu évesque d'Aucerre : à tous ceux qui verront et orront ces présentes lettres, salut en Notre Seigneur.

Comme pour occasion des présentes guerres dou royaume de France, desquelles les correurs et robeurs sont mout approchiez dou pays d'Aucerrois, espécialement de notre ville d'Appoigny, si comme notoire chose est oudit pays, nos bourgois et autres habitants de notre dicte ville hayent, pour bon avis et propos, et pour la garde de leurs corps et biens, empris de réparer et renouveller l'ancienne forteresse des fossez environ l'église d'icelle ville, laquelle chose il ne pouvoient accomplir si ne estoit que le parloer ouquel nos baillys et presvost hont accoustumé de soer en jugement, et les maisons ensiguens dés ledit parloer jusqu'à nostre four, au-dessous de nos hales, fussent abbatuz, pour ce que lesdiz parloer et maisons estoient édifiées sur lesditz anciens fossez.

Saichent tuit que en notre propre personne, et pour notre grant conseil sur ce et pour ce assemblé, nous avons consideré tout le proufit que avoir poons tant doudit parloer que desdites maisons; et aussi considere et advisé le proufit que nous, et nos successeurs en l'evesché d'Aucerre, pourriens avoir esdiz fossez quand il seront bien et suffisamment réparez, pour poissons tenir et garder et nourrir...... et nous avons trouvé que le profit de nous et de nostre évesché sera plus grant parmy la réparation desdiz fossez qu'il n'étoit de censives, loyers, revenus et aisances desdiz parloer et maisons. Pourquoy à la requeste desdiz nos bourgois et habitants, nous leur avons octroyé que pour faire leur fermeté et garde, à la réparation dessuz dite' puissent abattre, oster et destruire lesdiz parloer et maisons, en menant et mettant les merriens, tieles et autres revenans des édifisses desdiz parloer et maisons, au regart dou mestre de notre maison de Regennes, à notre profit, et sur condition seil font faire lesdiz fossez et les réparer, et pour telle menière que nous y puissiens mettre et garder poissons ; et ce espécialement avons gracieusement octroyé pour garder nosdiz bourgois et habitants à grant profit de nous et de notre église d'Aucerre; et quant par une fois auront mis en point lesdiz fossez, les dessusdiz nos bourgois et habitans, il ne seront plus tenus de les maintenir, ne riens y faire. Donné en nostre chastel de Régennes, sous notre scel, le sixième jour de juing, l'an de grâce mil trois cens cinquante et huit.

Approbation du Chapitre d'Auxerre.

(An 1358, 8 juin.)

A tous ceulx qui verront ces présentes lettres : doyen et Chapistre de l'église d'Aucerre, salut en Notre-Seigneur. Comme de par les habitans de la ville d'Appoigny nous ait esté requis et supplié que nous, les lettres de révérend père en Dieu monsieur l'évesque d'Auceurre, parmy lesquelles cestes nos présentes sont annexées, l'octroy et concession de tout le contenu d'icelle vous vousissiens loer, approver et consentir. Sçavoir faisons que nous, lesdites lettres reçues en nostre Chapistre, en grant délibération, assemblement sur icelles, et consideré tout ce qui fait a considérer icelles lettres, et la

concession octroyée et tout le contenu d'icelles, en tant comme il a plu et semblé bon audit révérend père à les passer et octroyer selon son bon conseil et sa conscience, lequel nous en chargeons quant ad ce, pourtant qu'il sçait mieux que nous quel profit ou quel préjudice il lui en puet estre, ou temps présent et advenir : nous, en tant que il nous tuiche et en nous est, les loons, gréons, ratifions et consentons par la teneur de ces présentes lettres. Ou tesmoing de laquelle chose nous avons fait sceller cette présente lettre de nostre grant scel. Donné en nostre Chapitre, le huitième jour dou mois de juing, l'an de grace mil trois cens cinquante et huit.

G. Billon.

(Tiré des originaux.)

N° 296.

Remise de la ville d'Auxerre au comte Jean III, par ordre du roi, après sa reprise sur les Anglais.

(An 1360, décembre.)

Jehan, par la grace de Dieu roys de France : a touz présenz et à venir, salut. Comme par la deffaute et coulpe des bourgeois et habitanz de la ville d'Aucerre, ladite ville ait esté nagaires perdue et destruite par Robert Canole et ses complices ennemis de nostre dit royaume, pour ce que lesdiz bourgeois et habitanz qui par leurs grans avarices, orgueil et malvais gouvernement veuldrent de euls garder ladite ville, boustrerent et misrent hors d'icelle, partie de plusieurs gentizhommes qui par avant longue pièce estoient venuz en ladite ville en la compagnie de feu Guillaume de Chalon, filz de nostre très chier et féal cousin et conseiller le conte d'Aucerre, boutaillier de France, pour ladite ville et tout le pais garder et deffendre, et résister ausditz ennemis de tout leurs povoirs. Et pour ce que après que ladite ville fut ainsi perdue, nostre cousin le sire de Fiennes, connestable de France entra en ycelle, la garda et empara de rechiez, ledit connestable et plusieurs autres dient ladite ville et ses appartenances estre à nous acquise; nous ait fait supplier ledit conte comme il ait touzjours amé et servi loyalment et continuelment nous et noz prédecesseurs roys de France, et ait esté longuement prisonnier en Engleterre où il a moult fraié et despendu du sien à cause de sadite prise, et li convient encore pour très-grant et excessive raençon, que sur ce li pourvoissions de grace. Savoir faisons que nous, par l'avis de nostre conseil, de grace espéciale, certaine science, et de nostre auctorité royal, rendons et restituons à plain audit conte ladite ville d'Aucerre, et toute la justice haute, moyenne et basse; et touz autres drois, rentes et revenues d'icelle, à les tenir et avoir paisiblement en la fourme et manière que les tenoit et en jouissoit avant ladite prise, en imposant à touz noz procureurs et justiciers silence perpétuelle. Donnons en mandement aus bailliz de Senz et de Troyes, et à touz noz autres justiciers et officiers présenz et à venir, à leurs lieuxtenans et à chascun d'eulx, si comme à lui appartiendra, que de nostre présente grace laissent et fassent user et jouir à plain ledit conte et ses genz et officiers, pour luy, sanz leur mettre ou seuffrir estre mis ares ne ou tems à venir, contre la teneur d'icelle, aucun empeschement : mais se mis y estoit ou est, par aucune avanture, que sanz délay le mettent et facent mettre au premier et deu estat, sanz contredit.

Et pour ce que ce soit ferme chose et estable à touzjours, nous avons fait mettre nostre seel à ces presentes, sauf en autres choses nostre droit et en toutes l'autrui. Donné à Paris ou mois de décembre, l'an de grace mil trois cens soixante.

Par le roy en son conseil ouquel vous estiez ; De Chastillon.

(Trésor des Chartes, reg. 89, pièce 429.)

N° 297.

Lettres de rémission pour Gaucher de Seignelay, à cause des actions extra-légales, qu'il avait été obligé de faire pendant l'invasion des Anglais dans l'Auxerrois.

(An 1361, mai.)

Johannes, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis presentibus et futuris, quod cum nobis humiliter fuerit expositum ex parte Gaucherii domini de Sellegniaco militis, et ejus uxoris Ade de Villa-Nova; militis Guillermi de Rouvreyo, scutiferi; Roberti de Autissiodoro; Johannis de Torny, Guillelmo de Gilly; Petro Guillemardi, servientis nostri, Stephani de Arciaco; Richardi Mamage et Johannis de Comblans ac Roberti Choardi, et quorumdam suorum complicum in hac parte, sub regimine dicti domini de Salligniaco existentium, guerris invalescentibus in partibus Burgundie, Anglici in maxima quantitate in provincia Autissiodorensis se traxissent, et ibidem quamplurima fortalicia accepissent et occupassent : videns dictus dominus de Saille-

gniaco periculum sibi ac patrie circumvicine eminere, se una cum predictis et quibusdam aliis, in dicto castro suo de Saillegniaco retraxisset, ac bene et decenter pro tuitione et defensione sua genciumque suarum ac patrie circumvicine, dictum castrum fortificari fecisset. Dictique Anglici, circumquaque dictum castrum tria fortalicia accepissent de forte, non distancia ab eodem castro de Saillegniaco nisi a duabus leucis vel circa. Quamobrem oportuit gentes dicte patrie circumvicine in dicto castro refugium habere, et ibidem dictis de causis necessario commorari. Dictusque dominus ac prenominati pluries accessissent in villis propinquioribus dictis fortaliciis a dictis Anglicis occupatis, ne iidem Anglici victualia et alia eisdem necessaria et unde valerent sustentari, in tanta quantitate reperirent ipsa victualia quam plurima et alia mobilia in eisdem reperta, pro dicti castri munitione accepissent; cum viderent cotidie dictos Anglicos eadem continuo in suis fortalieiis asportare. Quin ymo, dicti exponentes equitando, versus et circa dicta fortalicia a dictis Anglicis occupata, pluries obviaverunt pluribus Gallicis et aliis differentibus victualia, armaturas, pecunias et nonnulla alia mobilia, que predicta sic defferentibus amoverint, pro eo quod ex causis predictis et verissimilibus conjecturis ea credebant firmiter a dictis Gallicis ipsis Anglicis, pro eorum sustentationibus, asportare et pro inimicis nostris veraciter, per consequens, reputari; eosdem in dicto castro prisionarios duxerunt, et propter hos eisdem emendas civiliter exsolvere fecerant, et ab eisdem levaverant. Et cum generaliter per totum regnum foret prohibitum, sub pena quod contra faciens reputaretur proditor, ne aliquis dictis Anglicis victualia, armaturas, vel alia pro eorum sustentatione qualicunque defferret : nichilominus plures pluribus contrafacientibus obviarunt, licet ea pluries eisdem prohibuisset, cumque ab eisdem se voluissent abstinere eosdem si perseverantes et abstinere nolentes, quem vel quos in facto presenti reperiebant, eum vel eos causa correctionis et abstinencie hujusmodi, non odii fomite, verberabant; ex quibus verberibus sint et est mors aliquibus forsitan subsequta; de quibus non recordantes nec sciunt super hoc veritatem; insuperque plures habitantes villarum circumvicinarum dicti castri in eodem venissent ad refugium, pro tuitione eorumdem oportuit dictum dominum tenere magnam quantitatem gentium armorum, ac pro stipendiis eorumdem persolvendis dictas gentes imposuit ad certam quantitatem vini, grani, et pecunie quam super eos levavit; dictique Anglici pro nocendo, in certis domibus se pluries abscondissent, ipsi exponentes pro eis expellandis dictas domos in quibus se taliter abscondissent incenderunt. Et quia dicti Anglici, post miserabilem captionem civitatis Autissiodorensis, in dicta patria taliter invaluerunt quod vix erat aliquis qui potencie eorumdem valeret resistere, aut in nullo vel modico contraire; eapropter cum dicti exponentes dictum castrum vellent victualibus munire, ac dictam villam Autissiodorensem a combustione liberare, cum ipsis Anglicis usque ad certum tempus inducias acceperunt et accesserunt pluries per salvum-conductum ad fortalicia, et cum eis mercati fuerunt de equis et rebus aliis; quibus pendentibus induciis, dictus dominus de Saillegniaco cum pluribus aliis gentibus armorum ac prefatis exponentibus tractavit, ac eos Anglicos suis penis, expensis et laboribus mediantibus fecit adeo insimul congregare quod ipsa fuit recuperata per dictum constabularium Francie, ejus gentes, complices et consiliarios in hac parte. Que quidem omnia facta superius declarata extiterunt guerris durantibus, ac ante generalem abolicionem et remissionem omnium premissorum. Cumque pace reformata inter nos et carissimum fratrem nostrum regem Anglie, carissimus primogenitus noster dux Normanie, tunc locum nostrum tenens, generalem absolucionem et remissionem criminum fecerit omnibus raptoribus, incendiariis, homicidiis, depredatoribus et malefactoribus, qui predicta maleficia commiserant guerris durantibus, dumtamen parti satisfacerent, actione civili et prosecutione super hiis tantum modo reservata, prout in litteris dicti primogeniti nostri pariter et alibi in nonnullis senescalliis, bailliviis, civitatibus et villis insignibus dicti regni publicatis, dicitur contineri. Cumque dicti Anglici, sua cupiditate moti, nolentes ab inceptis desistere, gentes patrie ac exponentes supradictos, prout guerris durantibus faciebant, post dictam pacem reformatam inhumaniter et crudeliter tractaverunt eos, depredendo, interficiendo et alia dampna faciendo ut consueverant. Et propter hoc dicti exponentes vim vi repellendo, cum aliter seu justiciam de eis habere non possent, aliquos de ipsis Anglicis post pacem reformatam interfecerunt. Et cum facta predicta sint de deppendenciis et connexis dicte gracie generalis, et propter hoc nobis humiliter

dicti componentes supplicaverunt ut cum predicta fuerunt facta magis pro tuitione et restauratione dicte civitatis Autissiodorensis et patrie quam alia cupiditate, maxime cum dictum castrum teneri foret necessarium, que dicti Anglici patrie predicte et ejus gentibus intulerant, gratisque laudabilibus serviciis per eos impensis, attentisque predictis dampnis, sibi super hiis per nos misericorditer provideri.

Si donnons en mandement par ces présentes au bailli de Sens et d'Aucerre, et à touz noz autres justiciers et officiers présens et à venir ou à leurs lieutenans, et à chascun d'eulx, si comme à lui appartiendra, que ledit Perrin Chantepinot facent et lessent joir et user plainement de nostre présente grâce, rémission et pardon; etc. Donné à Cabastin, ou mois d'avril l'an de grace M. CCC. IIIIXX et VII, et de nostre règne le second.

Par le roy, à la relacion du conseil, *Signé*, Gontier.

(Tiré du Trésor des Chartres, registre 120, *pièce* 290, *parmi les rémissions ou grâces.)*

N° 328.

Extraction de reliques sous le nom de S. Thibaud, du prieuré de Beaumont proche Auxerre, en faveur des habitans de Provins.

(An 1381.)

In nomine Domini, amen. Ad perpetuam rei memoriam per hoc presens publicum instrumentum cuntis pateat evidenter et sit notum, quod cum nutu divino revelante, ut creditur, glorioso confessore beatissimo Theobaldo jampridem religiosi Fratres Minores ordinis S. Fran-

cisci, una cum aliquibus honestis burgensibus notabilibus ville de Pruvino, diecesis Senonensis, ad monasterium S. Germani Autissiodorensis, venerabilemque patrem in Christo Hugonem abbatem et religiosos ipsius monasterii accesserint, ipsisque dominis abbati et religiosis, tam ex sua quam pro parte honorabilium burgensium et habitatorum homnium dicte ville de Pruvino, humiliter exposuerint ad eorum nuper devenisse notitiam, quod in et sub domino, jurisdictione et potestate eorumdem dominorum abbatis de religiosorum ac eorum ecclesie S. Germani, a tantis retroactis temporibus quod in contrarium memoria non existebat, fuerat et erat in loco qui dicitur *S. Theobaldus de nemoribus*, in Bellomonte, prope ad duas leucas vel circa a civitate Autissiodorensi, venerabile corpus et honorabiles reliquie ipsius jam dicti venerabilis S. Theobaldi, in una parva capella, qne in honorem ipsius et propter eum dicitur constructa in dictis nemoribus. Et quia secundum antiquas scripturas et alia documenta legitima reperissent, ut dicebant, quod idem beatissimus Theobaldus, ad cujus preces et prope cujus monumenta omnipotens infinita ibidem coruscat miracula, natus fuit et oriundus in dicta eorum villa de Pruvino, ex patre Arnulpho, de progenie comitis Campanie, et matre Guillelma, et ibidem in dictis nemoribus ut miles christianus strenuus, post vitam heremeticam a partibus Italie perspicue memorie dominum Arnulphum abbatem Sancte-Columbe Senonensis ejus fratrem translatus, prout per ipsius etiam legendam apertissima declarant argumenta.

Cum etiam, ut dixerunt, a tanto tempore quod nulla memoria in contrarium fuerit, una solemnis ecclesia infra menia dicte ville de Pruvino in ipsius sancti honorem constructa et fundata, nonullique confratres ipsius sancti et ejus confratrie ab antiquo et continuo fuerint sub eodem; licet eadem ecclesia, propter diutinas mortalitates, disrupta fuerit, et hucusque deserta tamen tum ob devotionem ipsius gloriosissimi et laude Dei omnipotentis affectantes omnes eandem ecclesiam refici, seu honorabiliorem de novo construi, et in villa eadem ut ad laudem ipsius Omnipotentis et dicti gloriosissimi S. Theobaldi honorem, et sue ecclesie refectionem, ad totius populi devotionem semper ampliandam, ut perenne et perpetuum memoriale existat, supplicarunt humiliter et multiplicibus intercessionibus petiverunt ab ipsis dominio Hugone abbate et religiosis, aliquam particulam corporis et membrorum dicti gloriosissimi S. Theobaldi, sub eorum dominio et potestate reclusorum, ejusdem nove dicte ville et omnium habitantium ejusdem, et pro ipsis misericorditer impartiri ut secum et pro hujusmodi dono valeant in perpetuum confraternitate et consocietate potiri, offerentes se suo, nostre dicte ville, ac omnium habitantium ejusdem presentium et futurorum, pro hujusmodi dono honorabili esse paratos, et hoc promittere ac obligare ipsos dominos abbatem et religiosos presentes etiam et futuros dicte ecclesie et monasterii S. Germani associare in omnibus et singulis missis et orationibus, atque bonis spiritualibus, que, de cetero et in perpetuum, in dicta ecclesia S. Theobaldi in Pruvino, ad honorem ipsius fuerint et dicentur; reliquiasque et illam partem quas et quam sibi partientur, honorabiliter ornare et collocare, et de ipsis et earum translatione solitum festum et officium conticere, et singulis annis in perpetuum facere, et etiam celebrare.

Qua siquidem supplicatione sic humiliter facta et devote, eaque per dictos dominos abbatem et conventum benigne, attenta matura deliberatione, inter ipsos abbatem et religiosos, et cum eorum consilio prehabita diligenti, attendentes devotionem ardentem tanti populi, et quod in quantis pluribus locis gloriosissimum Lignum S. Crucis et alie SS. reliquie partiuntur et distribute sunt, tantomagis honorantur et attolluntur suffragia eorumdem; ea propter humilibus supplicationibus hujusmodi benigne attendentes, die mercurii ante festum S. Luce evangeliste, que fuit decima sexta die mensis octobris, ad hoc acceptata et prefixa, in notariorum et testium infrascriptorum presentia, accedentibus ad locum capelle dicti gloriosissimi confessoris S. Theobaldi, ad duas leucas vel circa a dicta civitate Autissiodorensi existentem, Petro, dicto *la Coste*, Stephano Droeti, Gelato Furnerii et Johanne Chales, habitatoribus dicte ville et confratribus confratrie dicti sancti Theobaldi in Pruvino, procuratoribus, suo proprio procuratore in omnibus omnium habitantium dicte ville, cum litteris procuratoriis sufficienter sanis et integris, sigillo prepositure dicte ville de Pruvino in prima facie per caracterem ipsius sigilli apparebat, in cera viridi et cauda duplici pendente sigillatis; qui procuratores de dicta villa de Pruvino, qui per viginti tres leucas, vel circa, a dicto loco S. Theobaldi distat, una cum nonnullis notabilibus personis dicte ville, ad hoc devote venerant, dicta die mercurii, de mane hora tertiarum dic-

ta die vel circa, missa in dicta capella celebrata, venerabiles et religiosi viri fratres et domini domini Petrus Piqueronis, prior claustralis dicti monasterii S. Germani Autiss., Petrus de Autissiodoro, aliter dictus *le Bastillac*, Guido de Bougerio, cantor, et Hugo de Calcino, procuratores dominorum abbatis et conventus dicti monasterii S. Germani, nomine procuratorio ipsorum dominorum abbatis et conventus, et pro ipsis ad hoc specialiter missis et deputatis, ex parte ipsorum dominorum abbatis et conventus, ac religiosorum ipsius monasterii S. Germani Autissiodorensis, nobis notariis publicis ac testibus infra scriptis etiam presentibus, de sarcofago et tumba ipsius gloriosissimi confessoris S. Theobaldi, sub altare ipsius in dicta capella in nemoribus tumulati, duo ossa unius brachii et unam parvam particulam capitis cum una parva particula de carne et alia de ossibus ipsius gloriosissimi confessoris, venerabiliter, humiliter et devote extrahentes, eadem ossa et reliquias, ad laudem omnipotentis Dei, honoremque et decorem ipsius beati Theobaldi eisdem procuratoribus ac populo de Pruvino, pure et gratiose, confraternitatem dictam, preoffertam, et precum ac orationum communicationem acceptantes contulerunt, in eorumque presentia de ipsis omnibus procuratoribus et habitatoribus de Pruvino, ac nonnullis aliis in dicta capella pro tunc existentibus et intermissis presentibus et videntibus, et successive oculatim aspicientibus, residuum corporis dicti venerabilis confessoris sancti Theobaldi, in sarcofago et tumba ipsius gloriosissimi confessoris, ut proprius jacebat sub altare ipsius, in pannis suis sericis in quibus ipsum venerabile corpus repererant, ut prius, recluserunt, et dictam tumbam seu sarcofagum in pristinum statum, omnibus predictis presentibus, in perennem memoriam bituminari fecerunt, et dictum altare, ut prius erat, claudi fecerunt et serari. Et iis ita gesti dicti honorabiles burgenses de Pruvino in signum unionis et confraternitatis inter habitatores dicte ville de Pruvino et religiosos dicti monasterii S. Germani Autissiodor. perpetuo inita, ad recognitionem hujusmodi beneficii, tantique doni spiritualis tante ville et tanto populo collati, ad collocandum alium brachium seu os alterius brachii dicti gloriosi confessoris S. Theobaldi, ut memoria in perpetuum servetur in monasterio et ecclesia S Germani predicti, que caput extat eorumdem, obtulerunt eisdem tunc et gratiose dederunt unum pulcherrimum vas, seu unum brachium argenteum deauratum, lapidibus et gemmis pretiosis decoratum, ad reponendum dictum caput et brachium cum aliquibus jocalibus et reliquiis in dicta ecclesia Sancti-Germani Autissiodorensis. Et una cum hoc cupientes reddere spiritualia pro spiritualibus dominos abbatem et religiosos monasterii S. Germani predictos, ac eorum successores in confratres et socios ex tunc et in omnibus missis, bonis horis et suffragiis ac orationibus que de cetero et in perpetuum in ecclesia de Pruvino, et ad honorem dicti sancti confessoris Theobaldi fient, dicentur et celebrabuntur, associarunt et insuper ipsis religiosis promiserunt, bona fide ac in conscientia, ac per ipsorum juramenta, prenominati procuratores, tam suo quam omnium habitantium dicte ville de Pruvino nominibus, in perpetuum, duo festa S. Germani principalia, videlicet Transitus ultima die julii, et aliud festum Translationis seu Depositionis, prima die octobris, solemniter in dicta ecclesia Sancti-Theobaldi in Pruvino, ob honorem et memoriam premissorum, celebrare et facere celebrari, et legendam in dicto monasterio recipere illuc portandam et tenendam ad legendum in festis ejusdem antedictis, in ipsoque festo principali quod celebratur ultima die mensis julii, singulis annis, processionem ante magnam missam de dicta ecclesia Sancti-Theobaldi, cum reliquiario S. Theobaldi, per sacerdotes idoneos dicte ecclesie portando ad ecclesiam Fratrum-Minorum de Pruvino solemniter facere, et ibidem apud Fratres dicta hora verbum Dei predicare, et dicti Fratres, ad requestam habitantium de Pruvino, sermonem facere in quo teneantur de hujus sancti translatione et unde processerit, ac aliquantulum de sancto Germano et ejus miraculis mentionem facere; ita tamen quod si que fient offerture et oblationes apud dictos Fratres-Minores iisdem fratribus remaneant, consuetudine patria in contrarium edita non obstante; et inde cum processione et reliquiariis predictis ad magnam missam ad dictam ecclesiam S. Theobaldi cantandam reverti et remanere : promiseruntque dicti Fratres legendam de hujusmodi Translatione facere et dicti habitatores etiam in libro et legendario, cum vita et legenda dicti sancti Theobaldi, ponere et collocare. Voluerunt etiam insuper et promiserunt religiosos dicti monasterii S. Germani Autissiodorensis quos sciverint per horum villam transire honorare, sicut alterum eorum.

Quibus sic rite et solemniter gestis, dicti religiosi monasterii Sancti-Germani

Autissiodorensis dictum jocale sic eis in honorem dicti sancti confessoris Theobaldi gratis oblatum gratisque acceptum, in instanti super altare aliud os brachii dicti sancti confessoris Theobaldi reverenter cum ea que decuit reverentia receperunt, et illud infra dictum jocale posuerunt, et insimul exaltanter unam antiphonam cum parvo versiculo et collecta dicti sancti Theobaldi cantaverunt, petentes hinc inde et consentientes in presentia venerabilium religiosorum et honestorum virorum fratrum magistri Theobaldi, prioris de Surdolio, licenciati in decretis, fratrum Johannis Mable, gardiani conventus Fratrum-Minorum Autissiodorensis, patre Robin, sublectoris, Joannis Corderii lectoris predicti conventus, magistri Philippi de Geromont thesaurarii Sancti-Quiriaci, Nicolai Barberii canonici, Johannis de Poully, domini Petri Lorgne, domini Dionysii curati de Nangis canonici Sancti-Quiriaci, magistri Johan. Challet Mag. in Medicina, curati de Sellone, Johannis Cousinot, Colasii Bellot, Henrici Pictoris, Macharii Fabri, Petris de Viernis latomi, et plurium aliorum testium ad hec vocatorum et rogatorum per nos publicos notarios subscriptos, de premissis omnibus et singulis unum vel plura pro utraque parte fieri, dari et concedi publica instrumenta, *Te Deum laudamus* alta voce decantantes cum dictis jocalibus et pretiosis reliquiis a dicto loco et capella dicti habitantes Pruvini, cum dictis suis dicti S. confessoris Theobaldi reliquiis ipsis venerabiliter collocatis, in Dei nomine, et sub promissionibus antedictis letantes hilari et jucundi recesserunt.

Acta fuerunt hec in dicta capella Sancti-Theobaldi, prope duas leucas a civitate Autissiodorensi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, indictione quinta, mensis octobris die sexta decima, videlicet die mercurii ante festum B. Luce evangeliste, predicti pontificatus SS. in Christo patris ac domini nostri D. Clementis, divina providentia Pape VII, anno tertio; presentibus prenominatis et aliis plurimis personis utriusque sexus ad premissa vocatis, etc.

Et ego Petrus de Chissiaco, Autissiodor. notarius.... presens interfui, etc.

(Tiré de la copie à moi envoyée en 1723, par M. Jean-Baptiste Nyvert, conseiller au bailliage et siége présidial de Provins.)

N° 329.

Charte d'affranchissement des habitans de Charbuy, par Guillaume d'Estouteville évêque d'Auxerre.

(An 1382, 20 juin.)

A tous ceulx qui verront et orront ces présentes lectres, Guillaume, par la grâce de Dieu evesque d'Aucuerre, salut en nostre Seigneur. Comme de droit naturel tous hommes et femmes doient joir de privilège de liberté et de franchise, et entre les autres les menistres de la foy chrestienne, et mesmement l'eglise qui est mère de touz chrestiens ne doit pas seulement le privilège de liberté concéder et octroier, mes de tous autres de cui liberté et franchise sont données et octroiez, à touz ceux à cui liberté est donnée et ottroyée est tenue, selon les droiz canons et civils, garder, soutenir et deffendre.

Pour ce est il que nous volens, convoitens et désirans acomplir et ensuivre les institutions de nos sains pères, eue sur ce tout avant euvre bonne grant et mehure délibéracion avecques honorables et discretes personnes noz bien amez les doyen et chapitre de nostre église d'Aucerre, pour ce assemblés au lieu et en la manière acoustumée à tenir chapitre en nostre dite église; considérans attendens et regardens en ce estre l'évident profit et grant utilité de nostre ditte esglise, pour ces causes et autres qui ad ce nous ont meuz et meuvent : Saichent tuit que à touz noz bourgeois et bourgeoises et habitans de nostre ville, terre et justice de Cherbui, qui à présent sont et qui pour le temps advenir seront, d'un chacun sexe, à tous leurs hoirs et successeurs qui viendront ça en arier, une coustume ou condicion vulgairement appellée main-morte, laquelle nous avoiens sur eux et sur leur biens, en nostre dicte ville, terre et justice de Cherbui, ou temps passé, nous leur avons quittée et remise, et par la teneur de ces présentes lettres quictons et remettons, du tout en tout, en telle manière que il cil habitans, leur enffens, leur cousin germain ou autres quelconques successeurs et hoirs légitimes, la hérédité, succession ou eschéoite des décédens qui seront de leur lignaige en nostre dicte ville terre et justice de Cherbui, pourront panre, percevoir, obtenir et avoir et à eux franchement succéder et eschoiter sans aucun obtacle ou empeschement de la dessus dicte main-morte. Derechief toutes coustumes et tierces que nous avoiens en et sur noz diz bourgois et habitans et sur

leurs diz héritaiges, sauf et réservé à nous et à nos successeurs evesques d'Aucerre, nos censives, dismes et autres droits cy après esclarciz. Semblablement nous quittons et remettons et volons et octroions que totes personnes forrains et autres qui ont et auront héritaiges audit lieu et justice, joissent et usent et puissent joir et user de ceste présente liberté semblablement que feront et joiront les habitans doudit lieu, sauf et retenu à nous et à nos successeurs noz autres droiz de main-morte que nous povons avoir autre part hors doudit lieu, terre et justice, qui pour ce n'en sont en riens immué ou innové.

Et n'est point nostre entencion que nos autres droiz à nous debuz audit lieu, et noz autres reddevances et debites enciennes, tant en justice comme autrement, cestes ostées cy-dessus esclarcies, en aucune manière déroguer ou innover, mes toutes ces choses à nous et au profit de nostre dicte eglise nous retenons et réservons, nonobstant ceste présente rémission de ladicte main-morte et autres choses dessus dictes. Lesquelles choses ainsi remises, quittées et ottroies aux diz habitans forains, et autres aiens héritages audit lieu, finaige et justice, lesdiz habitans et forains, c'est assavoir messire Estienne Remy, prestre, Jehennin Charetier, Monin Roynneaul, Jehan Greffier, Perreaul Doubois, Huguenin Bobille, Thevenin Phelippeau, Guyon du Vernoy, Jehan le Roynnat, Jehannot Renart, Tevenin Renart, Guillemin des Bruillars, Geoffroy Arnaut, Guillemin Bouot, Jehennin Ragon, Perrin Doret, Tevenin Mucot, Guillemin Bourjot, Perrin Raapel, Tevenin Chaceloup, Huguenin Betery, Geffroy Connin et Marion la Ragnie, tant pour eulx comme pour leur successeurs et postéritez, prenans et acceptans ceste présente rémission, pour ce assemblez ensemble en nostre dicte ville de Cherbui, de nostre licence et auctorité à eux sur ce donnée, en récompense de ces choses sont et seront tenuz et ont promis rendre et paier à nous et à nos successeurs evesques d'Auceurre, destre en avant, pour toujoursmais, dobles cens d'un chascun de leur héritaige qui sont et doivent estre de nostre censive, estant et assis en nostre dicte ville terre et justice de Cherbui, chascun an perpétuellement : C'est assavoir doze deniers tournois pour un chacun arpent, pour lequel et devant ceste présente rémission avoient acostumé de paier six deniers tournois. Derechief seront tenus de paier à nous et à nos successeurs evesques d'Aucerre perpétuellement, doble disme de leur blez qui croistront chascun an perpétuellement audit lieu, finaige et justice : c'est assavoir le quinziesme, douquel disme de blez il avoient acoustumé pour le temps passé à paier le trentiesme; derechief dou disme de leur vins qui croistront audit lieu, finaige et justice, chascun an perpétuellement; douquel disme il avoient accoustumé pour le temps passé et avant ceste présente rémission de paier pour un chacun tonneau de vin ung sextier de vin, paieront desci ennavant le quinziesme dou vin, sauf et réservé ausdiz habitans et autres aiens héritaiges audit lieu telle partie et porcion doudit disme de vins que le curé de Cherbui, à cause de ladicte cure, ha et doit avoir sur nous, laquelle part et porcion doudit curé n'en est pour ce en riens doblée ou acreue, mes est et demore et sera et demorra en l'estat qu'elle estoit d'ancienneté, et paravant ceste présente rémission.

Derechief en lieu de taille que nous avions chascun an audit lieu, en et sur noz diz bourgois et habitans, dont le plus riche nous a acoustumé de paier chascun an cinq solz tournois, desci ennavant pour bourgoisie, le plus riche homme ou femme desdiz habitans de nostre dicte ville et justice, qui ont acostumé pour le temps passé de paier taille, sera tenus de paier à nous et à nos successeurs evesques d'Auceurre, chascun an perpétuellement, vint solz tournois au jour de la feste Saint-Andrier apostre, à laquelle somme de vint solz tournois n'aura tauxé et imposé que une personne seulement desdiz habitans doudit lieu, c'est assavoir le plus riche, et les autres habitans seront tauxez et imposez selon leur facultez, en descendent jusques à cent solz tournois. Et seront tauxez et imposez par nostre commandement, et par le commandement de nos successeurs, et par l'esgart et advis de deux personnes des plus suffisans de nostre ditte ville et justice, qui ad ce seront appellez par nostre dit commandement. Et lesquex deux personnes seront esleues ad ce chascun an perpétuellement par la communaulté desdiz habitans.

Derechief lesdiz habitans et forains, pour la récompensacion devant dicte avec ce que dit est nous ont baillié et délivré pour nous et pour nos successeurs evesques d'Aucerre, perpétuellement, tout le droit c'est assavoir la quarte partie de tout le disme de blez et de vins et tout le droit des cens et censives que Huguenin Descrist et Guillemote de Bléry, damoiselle femme doudit Huguenin, soloient avoir audit lieu, finage et justice, partant par

indevis à nos dismes et cens. Lesquelles dismes et cens se doubleront par la manière que dessus est desclaré que nous avons audit lieu et justice, avecle tiltre de l'achat et par iceux habitans fait sur ce et passé des diz Huguenin et sa femme, dont nous nous tenons pour bien paiez, contemps et agrées, et en quittons et tenons quittes lesdis habitans et forains, leurs hoirset successeurs à tousjours. Derechief, et en oultre les choses dessus dictes, nous volons passons et ottroions ausdiz habitans et autres aiens héritaiges et biens audit lieu, présens et advenir, pour eux et pour leurs hoirs et posterité perpétuellement que toutes successions et escheoistes des biens meubles et conquex veignent et doivent venir, toteffoiz que li cas y escherra, au père et à la mère du décédé, en deffaut de père ou de mère, veignent et doivent venir au grant-père et à la grant mère, non obstant us et costume de pais sur ce gardée au contraire.

Derechief volons que lesdiz habitans et leur successeur puissent joir et user de totes leurs libertés et franchisez, si comme il faisoient par avant ceste présente rémission. Lesquelles franchises et libertez et chascunes d'icelles ainsi par nous quictées ottroies et remises aus diz habitans et forains aiens héritaiges audit lieu et justice, présens et advenir, à leur successeur perpétuellement avons, nous promettons en bonne foy soubz le lien et l'obligacion des biens de nostre dicte eveschié, présens et advenir, ausdiz habitans et autres dessus dis, et leur successeurs, tenir et garder fermement sens corrompre et senz venir encontre par quelconque manière que ce soit.

En tesmoing de laquelle chose nous avons fait mettre nostres scel à ces présentes lettres, et à plus grant confirmacion et qu'il appere à tous que ce soit dou consentement des doien et chapitre d'Auceurre, nous leur avons requis qu'il y vossissent mettre leur grant scel.

Et nous doien et chapitre d'Auceurre à la requeste de révérent père en Dieu le dit monseigneur l'evesque, pour ce qu'il nous est apparu et appert par informacion sur ce faicte par deux de nos conchanoine d'Auceurre qui ad ce nous ont faite relacion, en ce estre l'évident profit et grant utilité de la dicte eglise et evesché d'Auceurre, et que les maisons terres et autres choses de la ville et justice de Cherbui, dont dessus est faicte mencion, qui à présent sont en la plus grant partie en ruyne et à désert et de petite valeur, pour occasion de ceste présente rémission pourront légièrement venir à grant et meilleur valeur et estre ressors, soutenuz et rédifiez, nous avons mis et mectons nostre consentement en ces présentes lectres et en l'octroy contenu en icelles, et icelles avons seellées de nostre dit seel de chapitre avecques le seel doudit révérent père. Donné et fait l'an de grâce mil trois cens quatre vins et deux, vint jours dou mois de joing.

(Pièce autrefois scellée de deux sceaux qui d'après l'analyse écrite au dos étaient en cire rouge sur cire blanche, et pendant sur lacs de soie verte.

(Archives de l'Yonne, Fonds de l'évêché d'Auxerre.)

N° 330.

Bail d'une pièce de bois pour exploiter le minerai de fer à Laborde, près Auxerre.

(An 1383, 13 avril.)

A touz ceuls qui verront ces présentes lettres, de Jehan Maulduit et Jehan d'Orgelet, gardes du seel de la prévosté d'Aucerre, salut. Saichent tuit que en la présence Jehan Quoquart, clerc tabellion commun juré du roy nostre sire, en la court de ladite prévosté, pour ce espécialement establi en leurs propres personnes, Henry Moquet et Henry Hette, Alemenz, ouvriers de grosse forge, recongnurent et confessèrent pardevant ledit juré, eux avoir pris et retenu, prirent et retindrent, chascun pour le tout, de religieuses personnes et honestes monsieur l'abbé et couvent de Saint-Marien d'Aucerre, ung quartier de terre qui est en leur bois de l'estang, près en ung arpent dudit bois qui ja pièça fut affermez et admoisonnez par ung ouvrier de forge appelé Maisières, à tenir, avoir et posséder ycellui quartier de bois, ou nom desdiz religieux, par lesdiz ouvriers pendant une année. Pendant et durant lequel temps lesdiz ouvriers pourront, en icellui quartier de terre, traire mine à faire fer tant et telle quantité comme il porront, pour eux et à leur profit, pour l'euvre d'une forge tant seulement, pour le pris et pour la somme de quinze francs d'or et quinze pois de fer, chascun pois de trois pièces de fer.

En tesmoing de laquelle chose nous, à la relacion dudit juré, avons scellé ces lectres dudit scel de ladicte prévosté. Donné l'an de grâce MCCCLXXXIII, XIIIe jour du moys d'avril.

(Archives de l'Yonne, Fonds Saint-Marien, L. XXII.)

N° 331.

Règlement de Ferric Cassinel, évêque d'Auxerre, concernant la collégiale de Cône.

(An 1385, 8 novembre.)

Ferricus, permissione divina Autissiodorensis diecesis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod cum inter cantorem, ex una parte, et thesaurarium et capitulum de Conada, ex alia, suborta esset materia questionis coram nobis, sub diversis petitionibus et articulis, ex una parte contra aliam, in scriptis traditis et plene declaratis..... et licet dictis partibus a jure nostro ordinario, tanquam nobis subditus potuissemus de dictis questionis ordinasse, attamen ex abundante cautela non solum semel sed plures voluerunt et expresse consenserunt dite partes, videlicet predicti cantor pro se et thesaurarius, tam suo quam procuratorio nomine dicti capituli, ut nos de dictis questionibus, prout nobis expediens videretur, decideremus omnimode, nostre voluntati ac ditioni se totaliter submittendo.

Hinc est quod nos, visis ac diligenter inspectis ac consideratis antiquis statutis ecclesie nostre predicte, litteris antiquis et rationibus ab utraque parte nobis traditis, necnon facta, legitima informatione et inquesta super aliquibus de dictis articulis in facto consistentibus per nostram ordinationem summam et definitivam pronunciamus in hunc modum.

In primis salubriter ordinata, per colende memorie dominum Guidonem quondam Autissiodorensem diecesanum episcopum, tanquam bona, sancta et justa laudamus, approbamus et ex autoritate nostra ordinaria per presentes paginas confirmamus, et si opus fuerit innovamus.

Item, dicimus et pronunciamus quod cantor nostre dicte ecclesie est curatus ejusdem, et ad eum pertinent jura parochialia, videlicet funeralia et alia a parochianis quovis modo solvi consueta, exceptis canonicorum defunctorum funeralibus, quia pro ipsorum canonicorum sepultura proprius chorus censetur habere, absque eo quod dictus cantor curatus pro sepultura dictorum canonicorum percipere aliquid valeat.

Item, dicimus ct pronunciamus quod ad dictum cantorem spectat omnis cera oblata in ecclesia predicta, et in capella Nostre Domine *de Galles*, quacumque hora oblata fuerit; de aliis vero oblationibus usque ad primam erunt cantori. Sed ab hora prima deinceps recipiet capitulum vel hebdomadarius, prout hactenus recipi reperimus observatum.

Item, dicimus et pronunciamus quod dictus cantor, post nos, est superior persona in dicta ecclesia nostra et quod ad mandatum cantoris seu ipsius vices gerentis tenebuntur canonici et clerici nostre antedicte ecclesie legere et cantare, et alia facere prout in ipsis statutis continetur.

Item, super eo quod cantor petebat a dicto capitulo, anno quolibet, triginta libras cere, juxta tenorem predictorum statutorum, predicto capitulo allegante ad hoc quod antiquitus sic de usu et consuetudine antiquissimis in dicta ecclesia, fuerit observatum quod pro triginta libris cere percipiat cantor, totam ceram que obvenit in dicta ecclesia et in dicta nostra capella, nec-non decem libras cere super curam de Nusiaco; et quia de veritate hujus rei adhuc nequivimus plene informari, idcirco decisionem et determinationem dicti dubii per presentes in futurum reservamus.

Item, de triginta libris traditis capitulo pro annuali militis sepulti in dicta ecclesia ad illos pertinentes qui missas celebrent dicimus spectare, ipsi vero cantori de jure nihil debere spectare.

Item, dicimus et pronunciamus dicto cantori debere solvi distributiones quotidianas, secundum portionem sibi contingentem, pro tempore et horis nocturnis et diurnis in quibus presens interfuerit, et juxta normam statutorum lucratus fuerit.

Item, consimiliter obtemperando privilegiis universitatis Aurelianensis, percipiet dictus cantor integraliter grossos fructus consuetos, distributionibus quotidianis duntaxat exceptis.

Item, dicimus et pronunciamus quod dictus cantor est verus curatus dicte ecclesie, nec possint dicti canonici admittere aliquem ad benedictionem nuptialem, neque administrare sacramenta ecclesiastica neque alia jura parochialia nisi de licentia dicti cantoris.

Item, de duabus missis, videlicet unam post primam et aliam postea majorem, per canonicos quotidie dicendas, prout dictus cantor asserit, quia in dictis statutis nihil de hoc expresse cavetur, plenius ordinare in futurum reservamus.

Item, de certis terris et possessionibus, anno predicto, per dictos canonicos ven-

ditis in parochiis de Suriaco et de Sancto-Quintino et Donziaco existentibus, prout dicti canonici nobis asseruerunt pecuniam exinde habitam in deposito remanere, donec in utilitatem dicte ecclesie conserva extiterit, nostro arbitrio convertenda.

Item, de super petitis per canonicos contra cantorem predictum sic dicimus ordinandum : Primo quod littere quittationum et certarum conventionum initarum inter dictos cantorem et capitulum, sub sigillo curie nostre confectarum, eo quod per dictum cantorem de falso arguitur, nec contra ipsas litteras sufficientes rationes allegantur propter quas valeant impugnari, dictas litteras declaramus fore validas, easque suum debere sortiri effectum juxta ipsarum continentiam et tenorem.

Item, super eo quod dicti canonici petunt per nos decerni tanquam suam propriam domum in qua habitat officialis noster, de presenti, nomine dicti cantoris predictis cantoris et canonicis assignamus peremptorie comparituris coram nobis, in castro nostro Ville-Catuli, ad decimum diem post proximum Adventum; ad dictum castrum videlicet dicto cantori ad opportandum omnes litteras et munimenta quibus se juvare voluerit pro dicta domo retinenda et dictis thesaurario et capitulo, ad dicendum et proponendum quicquid in contrarium dicere et proponere voluerint.

Item, super petitione dicti capituli tangente offertoria post Primam, de hoc per premissa satis est per nos decisum.

Item, de decem libris et quindecim solidis predicto cantori annuatim a dictis canonicis petitis nobis plene constitit per litteras authenticas dictum cantorem modernum efficaciter ad illam summam solvendam annuatim dicti canonicis obligasse. Idcirco pronunciamus dictum cantorem ad dictas decem libras et quindecim solidos annuatim dicto capi ulo solvendas, juxta formam et tenorem dicte obligationis.

Item, si que inter dictas partes remaneante indecisa, vel in presenti nostra pronunciatione et determinatione dubia, vel absconsa, determinationem et declarationem, decisionem et interpretationem ipsorum nobis per nostram sententiam definitivam in futurum reservamus. Ad quorum testimonium premissorum sigillum nostrum et signum notarii nostri infrascripti presentibus duximus apponendum, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, die jovis proxima post festum Omnium Sanctorum.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 332.

Lettres d'octroi sur le sel accordées aux habitans d'Auxerre, pour la réparation des murs de la ville.

(An 1388, 13 novembre.)

Charles, par la grace de Dieu, roi de France : à tous ceux qui ces présentes lettres verront, salut. Savoir faisons que nous, à la supplication de noz bien amez les bourgois et habitans de la ville d'Aucerre, considérans le besoing qui est à présent de faire les réparacions qui sont nécessaires en la closture de ladicte ville, lesquelles réparacions et fortificacions lesdiz supplians, pour les grans charges qu'il ont eues et soustenues ou temps passé et qu'il leur convient avoir et soustenir chascun jour, en plusieurs manières, ne pourroient faire sanz nostre aide, mesmement que ladicte ville n'a aucunes rentes ou revenues pour ce faire, attendu aussi que pour ceste cause ou temps passé ilz ont accoustumé par l'ottroi de nostre très-cher seigneur et père dont Dieux ait l'ame, et aussi par notre ottroy de avoir et prandre, sur chascun brunel de sel vendu en gabelle en ladicte ville, seize deniers parisis de l'acheteur, si comme l'en dit : ausdiz supplians avons ottroyé et ottroyons de grace espécial que ils aient et praignent, par la manière que ilz ont autrefoiz fait, jusques a un an à compter du jour que notre autre semblable grace à eulz ottroiée pour cette présente année faudra sur chascun brunel de sel vendu en notre grenier establi en laditte ville, douze deniers parisis de l'acheteur, pour tourner et convertir esdittes réparations et non ailleurs; pourveu que notre droit n'en soit pas pour ce diminué ou empeschié. Si donnons et mandons, par ces présentes lettres, au grenetier de notredit grenier que lesdiz supplians il face et laisse joir et user paisiblement de notre présente grace, et ottroy, sans les empescher en aucune manière, au contraire.

En tesmoing de ce nous avons fait mettre notre seel à ces présentes lettres. Donné à Paris le XIIIe jour de novembre, l'an de grace M. CCC. LXXXVIII, et de notre règne le IXe.

Par le roy, à la relation du conseil :

Mauloue.

(*Original tiré des Archives de la ville.*)

N° 333.

Don de quelques biens situés à Sacy, fait au Chapitre d'Auxerre, par l'évêque Ferric Cassinel.

(An 1389, 1er juin.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus-Sancti, amen. Ad perpetuam rei memoriam, Ferricus, Dei gratia Autissiodorensis episcopus, notum facimus universis presentibus pariter et futuris, quod cum pridem nobilis vir dominus Guillelmus Cassinelli miles, frater noster, certam terram, videlicet terras, prata, vineas, nemora, domos, census, redditus, exitus, feuda, nobilitates, justitiam et alia jura, libertates et obventiones quas, quos et que jam diu bone memorie dominus Nicolaus de Arceiis, olim episcopus Autissiodor., predecessor noster, a Johanne de Bello-Loco, cive Autissiodorensi, qui eas, eos et ea in et sub feudo ecclesie nostre, in villa de Saciaco nostre diecesis, tenebat et possidebat, emerat et acquisierat; et post eum reverendus pater dominus Guillelmus de Tota-villa, pro tunc Autissiodorensis, et nunc Lexoviensis episcopus, tenuerat certis mediis et financiis ab executoribus dicti quondam domini Nicolai de Arceiis decem libras perpetui redditus decano et capitulo dicte ecclesie nostre a dicto quondam domino Nicolao et Arceiis, olim predecessore nostro, pro suo anniversario, singulis annis, in dicta ecclesia faciendo, ac certis arreragiis ex legato dicti domini Nicolai eisdem decano et capitulo oneratis, per arrestum et autoritatem parlamenti acquisierat, ipsumque fratrem nostrum militem in feudatarium, pro dicta terra, dicto decem librarum redditu oneram recipere noluimus, sed eandem terram una cum certa obligatione octoviginti librarum Turonensium, in quo dictus Johannes Beaulieu erat, prout adhuc est, dictis quondam domini Nicolai executoribus obligatus, certis mediis et financiis per nos eidem fratri nostro concordatis et solutis, ad manum nostram posuerimus et retinuerimus, prout in nonnullis et diversis super hoc fide confectis litteris, latius et plenius continetur. Hinc est quod nos, considerantes verba canonis dicentis, quod fidelibus non est tam de sollicita quantumcumque inventione fidendum, quam de instantia rationis humilis et devote sperandum, quodque qui parce seminat parce et metet, et qui seminat et largitur in benedictionibus, de benedictionibus et metet in vitam eternam. Itaque jure naturali quo ecclesie sponse nostre afficimur et tenemur, et pro salute et remedio anime nostre parentumque et recommandatorum nostrorum dum lucem habemus providere, ad augmentum jurium et reddituum capituli dicto nostre ecclesie; habita prius per nos cum ipso nostro capitulo et nobiscum super hoc matura deliberatione diligentique, prout de jure nobis licuit atque licet, eandem terram sic acquisitam et per nos retentam, cum omni feodo suo, jure et dominio, ac obligatione dictarum octo viginti librarum Turonensium, per dictum Johannem Beaulieu, ut premittitur debitarum, ad dicti divini cultus augmentum, et pro donatione seu fundatione duodecim missarum de Sancto-Spiritu, singulis annis, quandiu in humanis vixerimus, singulis secundis dominicis cujuslibet mensis, et post obitum nostrum, pro una missa de requiem, singulis diebus lune secundis mensis cujuslibet, ut prefertur, et pro uno anniversario pontificali, singulis annis, die obitus nostri, ad majus altare dicte nostre ecclesie per unum ex canonicis aut tortariis, cum diacono et subdiacono dicte ecclesie, solemniter et perpetuo celebrando a dictis decano et capitulo ad hoc capitulariter congatis, per suas gratiosas litteras nobis concessas, eisdem decano et capitulo, in remunerationem et recompensationem premissorum, per presentes donamus, elargimur et concedimus, de speciali gratia, transferentes in eos omne jus, omnem dominationem, dominium, possessionem et proprietatem quod et quas in ipsa terra sic acquisita dominia et feudo ipsius ac obligatione et debito predictis habuimus et habemus, et qualitercumque habere possumus nos, de ipsis omnibus et singulis per traditionem tam presentium quam titulorum litterarum acquisitionis predicte devestientes, et ipsos decanum et capitulum ex nunc, prout ex tunc, investientes, ipsamque terram, res, jura et bona prefatis decano et capitulo admortizavimus et admortizamus per presentes.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes litteras per Michaelem Chequeron, presbyterum Ambianensis diecesis, publicum, autoritate apostolica notarium infra scriptum, et in presentia testium infra scriptorum, fieri et publicari volumus et mandamus, et ad majorem certitudinem eorumdem sigillum nostrum eisdem litteris duximus apponendum; presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Petro de Chissiaco, decano, Bertrando Cassinelli, cantore, Guillelmo Inisardi,

archidiacono, Guillelmo Nazarie, thesaurario, Marco Giberti, succentore, Guillelmo Mutonis, canonico ecclesie nostre predicte Autissiod., ac nobili viro domino Guillelmo Cassinelli, fratre nostro predicto et Philippo de Campis, baillivo nostro, ad premissa testibus vocatis specialiter et rogatis. Datum in domo nostra episcopali Autissiodorensi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, die prima mensis junii. Et ego Michael Choqueron, presbyter Ambianensis diecesis, publicus autoritate apostolica et imperiali notarius, etc.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 334.

Procès des habitans d'Héry et de Rouvray, sur le ressort à Auxerre.

(An 1391, 13 juin.)

Karolus, Dei gratia, Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod litigantibus die data presentium in nostra parlamenti curia procuratore nostro generali actore, ex una parte, et habitantibus de Eriaco et de Rouvroyo defensoribus, ex altera, super eo quod dictus procurator noster dicebat quod licet ab eo tempore quo comitatus Autissiodorensis juribus corone nostre extitit adunatus, ordinatum fuerit per inclite memorie dominum genitorem nostrum quod habitantes inter riparias Ligeris, Yone et Queurre, ac episcopatus Autissiodorensis, in sede nostra baillivatus Autissiodorensis haberent ressortiri, et a dicto tempore habitantes villarum predictarum de Eriaco et de Rouvroyo ad sedem predictam suum habuerunt ressortum; quodque dicti habitantes propinquiores sint predicte ville nostre Autissiodor. in qua sedem baillivi et ressortum habemus, quam Villenove-regis; dicti tamen habitantes ad sedem nostram dicte Villenove longe remotiorem nitebantur, fugiendo justitiam ressortiri, requirendo, hiis et aliis pluribus de causis per eum propositis, dictos habitantes ad ressorciendum Autissiodori et non Ville-nove compelli, et per arrestum dicte nostre curie condempnari : dictis habitantibus in contrarium dicentibus quod ipsi subditi et justiciabiles erant et sint religiosorum abbatis et conventus monasterii B. Germani Autissiodor. ressorcientium cum terra et subditis suis, ab antiquo, ad jam dictam sedem dicte Ville-nove, nec unquam subditi fuerunt comitis Autissiod., dictumque ressortium contra eorum voluntatem et consensum mutari non debuerat; per baillivum etiam nostrum Senonens. et Autissiodorens. sententialiter, declaratum fuerat dictos defensores Ville-nove et non Autissiodori ressortiri debere; dictique de Rouvroyo minus debite adjornati fuerant, petendo propter hoc congedium cum expensis, ac requirendo ipsos defensores in ressorto suo antiquo remanere ad hos fines plurima facta et rationes, hinc inde proponendo.

Prefata curia nostra, partibus predictis super hiis ad plenum auditis, ordinavit et ordinat, quod dictus procurator noster hujus cause statum habebit, quodque dicti de Rouvroyo congedium et expensas per eos petitas non habebunt, et si dicti defensores de aliquibus sententiis de juvare voluerint, eas ostendent dicto procuratori nostro qui si voluerit eas impugnare poterit, et super hoc dicte partes in dicta curia nostra audientur et procedent ut fuerit rationis. Quocirca baillivo Senonensiet Autissiod., aut ejus locum tenenti committendo mandamus, quatenus presentem dicte curie nostre ordinationem, in hiis que executionem exigunt, executioni debite demandet, seu demandari faciat indilate. Datum Parisius, in parlamento nostro XIII die junii, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, et regni nostri undecimo.

Per Cameram : Villequin.

(*Ex Tabul. Urbis. Autiss.*)

N° 335.

Lettres-patentes de Charles VI, condamnant les habitans d'Ausec ou Aucep (1), à contribuer du quint aux réparations de la forteresse de Saint-Bris, pour avoir des héritages situés dans le finage de Saint-Bris.

(An. 1393-94, 12 janvier.)

Charles, par la grâce de Dieu roy de France : au bailly de Sens de d'Aucerre ou à son lieutenant audit Aucerre, salut. Notre amé et féal chevalier, Dreux de Mello, Sgr. de S. Bris en Auxerrois, les habitans de S. Bris consors en cette partie, nous ont fait exposer en complaignant, disant que jaçoit que ladite ville soit trez ancienne forteresse, de grande enceinte et l'une des plus notables du pays, en laquelle il y a plusieurs grandes et grosses réparations à faire, et par défaut desquelles si elles n'étoient faites, ladite forteresse pourroit tourner en brief en

(1) Aucep, *Albus Cippus*, était un village situé sur le territoire actuel de Saint-Bris. Il est détruit depuis longtemps.

grande ruine et désolation, au préjudice irréparable desdits complaignans et des pays d'environ, et que pour ce iceux complaignans depuis environ deux ans ayent imposé de grandes sommes de deniers sur eux et les habitans d'Auxet, lesquels sont demourant à deux traits d'albaleste ou environ de ladite forteresse, et qui ont accoutumé d'ancienneté de luy et leur bien y retraire, en temps des guerres et autrement, et aussi de contribuer ez réparations toutes et quantes fois que mestier en a été, pour la quinte partie ou environ de la somme pour ce imposée, néanmoins iceux habitans d'Auxcet, ou plusieurs d'eux ont été et sont encore refusans et contredisans de payer ledit quint ou autre impost de ladite taille; pourquoy lesdites réparations sont tardées à faire, qui est au trez-grand grief, préjudice et dommage desdits complaignans, et fera encore plus si par nous ne leur est sur ce pourvu briévement de remède, si comme ils disent, et nous ont requis icelui, mêmement que plusieurs desdits habitans d'Aucet, ont maison en ladite forteresse de Saint-Bris, et leurs héritages enclouez et situez au finage de S. Bris.

Pour ce est-il que nous, ces choses considérées que voulons les forteresses de notre royaume être bien et suffisamment soutenues, à ce que par deffaut de ce aucun inconvenient ne s'en puisse ensuivre, et que ladite forteresse est assise en vue du baillage, à deux petites lieues dudit Aucerre, vous mandons et commettons, si mestier est, que vous fassiez ou fassiez faire exprez le commandement de par nous ausdits habitans de la ville d'Ausec, qu'ils payent ledit quint ou autre telle part ou portion de ladite taille ou impôt même, ce qui dorénavant sera mis sur pour cause desdites réparations, comme ils ont accoutumé de payer, et ce imposez en les contraignans à ce, et chacun d'eux, pour tant que lui appartiendra, par toute voye due et raisonnable; et faisant en cas d'opposition entre les parties, icelles ouyes, sur ces choses et les dépendances, bon et brief droit; car ainsi nous plait-il estre fait et ausdits complaignans si avons octroyé et octroyons, de grâce spéciale par ces présentes, nonobstant lettres quelconques subreptices à ce contraire. Donné à Paris, le douze de janvier, l'an de grace M. CCC. XCIII, et de notre règne le XIVe. Ainsi signé par le roy, à la relation du conseil.

J. Audot.

N° 336.

Lettres-patentes de Richard II, roi d'Angleterre, ordonnant que la rente de 20 marcs sterlings due à l'abbaye de Pontigny, sur sa ville de Cantorbéry, lui sera payée comme avant la guerre.

(An 1396, 24 septembre.)

Ricardus, Dei gratia rex Anglie et Francie, et dominus Hibernie, omnibus ad quos presentes littere pervenerunt salutem. Sciatis quod cum nobiles progenitores nostri, quondam reges Anglie, per cartas suas dedissent et concessissent dilectis nobis in Christo abbatui et conventui Sancti Edmundi de Pontiniaco quendam annuum redditum viginti marcarum percipiendum sibi et successoribus suis imperpetuum, de firma civitatis nostre Cantuarensis per manus ballivorum ejusdem civitatis pro tempore existencium, ad sustentandum quatuor cereos circa preciosum corpus sancti Edmundi de Pontiniaco continue ardentes; qui quidem annuus redditus predicti abbati et conventui per magnum tempus elapsum, occasione guerre inter nos et adversarium nostrum Francie mote, minime solutus fuit. Nos, ex habundanti, gratia nostra, ob reverenciam Dei et sancti Edmundi, dedimus et concessimus prefatis abbati et conventui dictum annuum redditum viginti marcarum habendum sibi et successoribus suis, in forma predicta, adeo integre, sicut ipsi redditum illum aliquibus temporibus retroactis habuerunt, guerra inter nos et dictum abversarium nostrum, ut premittitus, mota, non obstante. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes, Teste me ipso, apud Wesminster; vicesimo quarto die septembri, anno regni nostri decimo nono.

Scellé autrefois du sceau royal.

(Archives de la préfecture de l'Yonne; Fonds Pontigny.)

N° 337.

Union de chapellenies fondées dans la chapelle du petit S. Etienne, au cloître du Chapitre, à Auxerre.

(An 1397, 23 septembre.)

Universis presentes litteras inspecturis, Michael, permissione divina, episcopus Autissiodorensis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos attendentes capellanias BB. Dionysii et Stephani pape et martyrum, ad altare et in capella Sancti-Stephani Parvi, in claustro Autis-

siodorensi vulgariter nuncupata, fundatas, quas nuper obtinere solebant domini Stephanus Lorin, et Petrus Veneron presbyteri, ad collationem nostram pleno jure spectantes, nunc liberas et vacantes, adeo fore in redditibus et obventionibus diminutas et effectas tenues quod de ipsis non valeat divinum continuari servitium in eisdem, volentesque super his de remedio providere condecenti, ipsas capellanias quovismodo vacent, ne divinus ibidem cultus depereat capellanie B. Marie in dicta capella, et ad dictum altare fundate quam dominus Henricus Guiberti, presbyter, ad presens noscitur obtinere, dum tamen eadem propterea debito non fraudentur servitio, eas et quamlibet earundem autoritate nostra ordinaria, annectimus atque unimus per presentes, decernentes et voluntes de cetero dictas capellanias unum beneficium reputari. In cujus rei testimonium nostrum his presentibus duximus apponi sigillum. Datum et actum sub sigillo nostro autentico, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, die vicesima tertia septembris.

Calvomonte.

(*Tiré de la copie d'un notaire.*)

N° 338.

Testament de Bertrand Cassinel, chantre d'Auxerre, dans lequel on voit les usages du temps.

(An 1397, 29 septembre.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Per hoc presens publicum instrumentum omnibus sit manifestum quod anno Nativitate ejusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione sexta more gallicano, mensis septembris die penultima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Benedicti, divina Providentia pape tertii decimi, anno tertio, in mei publici notarii et testium subscriptorum presentia, venerabilis vir D. magister Bertrandus Cassinelli, bacchalarius in decretis, cantor et canonicus ecclesie Autiss. et etiam canonicus ecclesie B. Marie in civitate Autissiodorensi, ac curatus parrochialis de Mulleriis, Rothomagensis diecesis, jacens in lecto... suum ordinavit condidit et disposuit testamentum ut sequitur; quod voluit et jussit inviolabiliter observari.

In primis siquidem dedit, donavit et obtulit dictus testator corpus suum et animam suam Domino nostro Jesu-Christo et Beate Marie Virgini, beatisque Michaeli archangelo......... et prothomartyri Stephano, totique curie omnium celestium supernorum; et voluit et ordinavit quod quando cum ab hac vita decedere contigerit, corpus suum, sive cadaver, sepeliatur in ecclesia Autissiodor. ante tumbam bone memorie domini Ferrici Cassinelli quondam Remensis archiepiscopi, Germani sui, et infra chorum ejusdem ecclesie, si placuerit dominis de capitulo ipsius ecclesie.

Item voluit et ordinavit quod in die obitus sui, antequam corpus suum. sive cadaver, ecclesiastice tradatur sepulture, tredecim psalteria decantentur cum orationibus et letaniis per tredecim presbyteros, in ecclesia, de nocte, in choro, ante sive juxta dictum cadaver; et legavit eisdem presbyteris videlicet cuilibet duos grossos argenti.

Item voluit quod quatuor cerei accendantur tota illa nocte, et usque ad dictum corpus, sive cadaver, fuerit ecclesiastice sepulture traditum.

Item voluit quod die obitus sui fiant exequie sue cum pulsatione et luminari ut in anniversariis episcoporum est fieri consuetum; et voluit quod thesaurario et matriculario satisfiat de luminari et pulsatione pro dictis exequiis suis, ad voluntatem executorum suorum, quodque distribuantur dominis canonicis in dictis exequiis presentibus, sexdecim libre, et clericis chorialibus quadraginta solidi semel.

Item voluit et ordinavit quod in crastinum obitus sui fiant alie exequie cum luminari, ad voluntatem executorum suorum, in ecclesia B. Marie-Civitatis; et voluit quod illa die distribuantur dominis canonicis, tam illius quam majoris ecclesie, ibidem presentibus, octo libre Turonenses semel.

Item legavit presbytero qui missam in die obitus sui, in dictis exequiis, in ecclesia Autissiodorensi, celebrabit, si de dominis dignitatibus fuerit ipsius ecclesie, quinque solidos ultra predicta, et si de dominis canonicis fuerit, duos grossos, et missam celebranti in ecclesia B. Marie-Civitatis in dictis exequiis, unum grossum.

Item voluit et ordinavit quod anniversarium suum, in fine anni a die obitus sui computandi, et postmodum quolibet anno, cum vigiliis, pulsatione et luminari, et pallio desuper tumbam, et cum commendationibus et *libera*, ac duobus chorariis, atque tenentur dicti domini providere in dicta ecclesia Autissiodorensi perpetuo fiat, pro se et remedio anime sue ac

parentum suorum, per duos canonicos dicte ecclesie; pro cujus anniversarii fundatione legavit idem testator dictis dominis de capitulo et ecclesie predicte, nomine ipsius capituli, bona que sequuntur....

Item ultra predicta et ut fundatio sua stabiliter firmare perdurare valeat, legavit idem testator eisdem capitulo et ecclesie Autissiodor., nomine ipsius capituli, domum suam quam habet Parisiis, ut dicebat, sitam juxta Pontem-Novum, que fuit magistri Petri Boileaux, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, retento usufructu ejusdem, quem usumfructum magistro Marcho Girberti succentori Autissiodorensi, et Ludovico Cassinelli nepoti ipsius testatoris, ad vitam eorumdem legavit. Et voluit quod dicta die anniversarii sui, perpetuo, quolibet anno, in dicta ecclesia distribuantur dominis canonicis ibidem presentibus, ut est moris, de predictis quindecim libre inter dominos canoninos et viginti solidi Turonenses inter clericos qui presentes fuerint; et voluit quod dicti domini de capitulo, de distribuendis dictis sexdecim libris et quinque solidis, et anniversario faciendo predicto se obligent, et litteras obligatorias bonas et validas, ad voluntates executorum suorum dent, alias dicti executores vel tres eorum dicta legata augere vel diminuere possunt, prout eis videbitur.

Item legavit dictus testator fabrice dicte ecclesie, pro luminari lampadis argente in capella B. Marie de Miraculis, ante portale ecclesie Autissiod. fundate; que lampas ad arma domini Guillelmi Cassinelli germani sui et sua est, viginti libras Turon. pro acquirendis redditibus pro dicto luminari, ita tamen quod in emendis dictis redditibus pro dicto luminari convertantur, et quod dicti domini de capitulo hoc facere promittant.

Item voluit et ordinavit idem testator quod anniversarium suum fiat in ecclesia B. Marie-in-Civitate, anno quolibet, tali die qua eum sepeliri contigerit, cum luminari, vigiliis et pallio in medio chori extenso, et legavit dicte ecclesie duas ejus domos prope tenentes sitas in villa Autissiodorensi, in parvo vico Sancti-Germani Autissiodor., in burgo Sancti-Lupi cum earum pertinentiis; et voluit quod dicta die distribuantur dominis canonicis dicte ecclesie presentibus, quatuor libre Turon.

Item legavit idem testator omnibus curatis ville Autissiodor., cuilibet viginti solidos Turon. semel, solvendos pro emendis redditibus pro anniversario suo in eorum ecclesiis faciendo, quolibet anno.

Item legavit mense Fratrum-Predicatorum et Minorum ville Autissiodor., cuilibet quatuor libras Turonenses semel solvendas.

Item voluit quod die sui obitus triginta misse celebrentur in ecclesia Autissiodor. pro remedio anime sue et parentum suorum, et totidem in fine anni tantummodo, et quod cuilibet dicto presbytero qui dictas missas celebrabit solvantur et dentur duo solidi Turonenses.

Item legavit dictus testator priori et ecclesie B. Catharine Vallis-Scolarium Paris. quadraginta libras Turon., semel solvendas, pro emendis redditibus pro fundatione seu augmentatione anniversarii domini patris sui, ac parentum et fratrum suorum, et pro remedio anime sue, ita quod annuatim missam unam de Mortuis, cum nota, perpetuo celebrare teneantur, pro anima sua et dictorum parentum suorum.

Item legavit dictus testator confratrie B. Trinitatis ad altare Sancti-Alexandri ecclesie Autissiodor., de qua confratria est, pro emendis redditibus, centum solidos semel solvendos.

Item legavit idem testator, amore Dei, Ludovico Cassinelli, nepoti suo, ad ejus vitam, unam domum quam habet, ut dicebat, in villa Montispessulani, quam tenebat ex conducto Raymundus de Sallellis.

Item aliam domum sitam in dicta villa Montispessulani, in carraria Aguillarie, que fuit Guillelmi Vitalis, quam tenet ex conducto Bartholomeus Archerii mercator; et voluit quod post ejusdem Ludovici mortem dicte domus ad heredes ipsius testatoris libere revertentur.

Item legavit, dictus testator, eisdem Ludovico terram suam de Buissone et grangiam que fuit de Ferriot, cum omnibus earum juribus et pertinentiis, dominationibus et jurisdictione, nemoribus, garennis, denesiis, pascuis, terris, vineis, censibus, et aliis quibuscumque; et voluit quod casu quo dictus Ludovicus in matrimonio collocetur et liberos procreet seu habeat de suo corpore et legitimo matrimonio, dicta terra de Buissone et grangia cum omnibus earum pertinentiis ad dictos ejus liberos, post ejus mortem, libere revertantur, et casu quo dictus Ludovicus non fuerit in matrimonio collocatus et liberos de suo corpore et legitimo matrimonio non procreaverit, voluit, ordinavit quod statim, ipso sublato de medio, dicta terra et grangia cum omnibus earum juribus predictis, ad predictos dominos de capi-

tulo ecclesie Autissiodor., nomine ipsius capituli libere revertantur pro augmentatione anniversarii sui et bone memorie domini Remensis archiepiscopi, quondam fratris sui. Et voluit casu predicto quod dicti domini de capitulo dictam terram et grangiam, cum predictis earum juribus et pertinentiis recipere et accipere possint, et de eis agere tanquam de re propria : ita quod ratione dicte augmentationis dicti domini de capitulo aliud anniversarium pro eo, in dicta ecclesia, cum vigiliis, missa, pulsatione, luminari et pallio, de et super tumbam suam extenso, duobus chorariis, commendationibus et *libera*, anno quolibet, in dicta ecclesia die tertia februarii, facere teneantur, et ipsa die distribuere centum solidos Turonenses inter dominos canonicos presentes.

Item legavit predicto Ludovico Cassinelli, nepoti suo, libros suos et duos lectos munitos, et partem vestium suarum, ad voluntatem et dispositionem magistri Marchi Girberti succentoris, cui dictum Ludovicum recommandat.

Item legavit predicto magistro Marcho Girberti, succentori, in recompensationem servitiorum per ipsum factorum toto tempore vite sue, sibi et dicto domino quondam Remensi archiepiscopo, duos equos suos, acquineiam, et boyardum, nec-non breviarium suum, et duas de vestibus suis, scilicet mantellum de viridi Anglie, et oppelandam quam maluerit.

Item legavit, dictus testator ecclesie B. Gervasii Paris., pro emendis redditibus pro anniversario suo in dicta ecclesia annuatim celebrando, centum solidos Turon. semel solvendos...

Item voluit quo si aliquo modo possit apparere quod dictus magister Marchus, sibi teneretur in aliquo, tam ratione administrationis, vel munio, vel ex quacumque alia causa tacita, vel expressa quod de eisdem remaneat et sit quittus, et de ipsis ipsum et suos, ac bona sua, quittat et quittum clamat tenore presentis instrumenti.

Item legavit magistro Thome Saillardi, in recompensationem servitiorum per ipsum ei impensorum, decem libras Turon., semel tantum, et unam vestem cum capucio, ad voluntatem et ordinationem magistri Marchi succentoris.

Item legavit domino Girardo Monacho, in recompensationem servitiorum per ipsum ei impensorum, tres francos semel tantum, et unam de raubis suis, scilicet suum magnum mantellum nigrum...

Item voluit quod si de bonis suis mobilibus aliquid remaneat, solutis legatis, debitis forefactis et exequiis suis, quod de illo quod superfuerit, emantur duo pulchra aquila de *leton*, ad arma sua, pro dicta ecclesia Autissiodorensi ; et si illud non sufficiat, quod vendatur de bonis immobilibus.

Item legavit, dictus testator, Catharine de Cassinel, sorori sue, centum scutos auri quos voluit per heredes suos infra scriptos sibi solvi, et cum quibus voluit ipsam contentari.

Item legavit Ludovico Cassinelli, nepoti suo predicto, ultra predicta, ad ejus vitam, duas vineas suas, quarum, ut dicebat, una est sita *en Orgelaine*, et altera vocatur *la plante*, sita in finagio de Boyvin ; et voluit quod post ejusdem Ludovici mortem revertantur ecclesie Autissiod. et dominis de capitulo pro augmentatione dicti anniversarii sui.

Item legavit Guillemete uxori Robini Ramei, commatri sue, quatuor ulnas panni blancheti et unam de vestibus suis.

Item voluit quod die exequiarum suarum gentes sue et successores sui induantur de panno nigro, ad voluntatem dicti magistri Marchi succentoris, et post magister Marchus, etiam induatur sumptibus executionis dicti testatoris.

In omnibus vero aliis bonis mobilibus et immobilibus, presentibus et, futuris et per se moventibus, ubicumque sint qualitercumque et quantacumque sint, sive quocumque nomine censeantur et nuncupantur, heredem suum universalem fecit et nominavit, ore suo proprio, dominum Guillelmum Cassinelli militem, ejus germanum et suos.

Item legavit Feliseto le Barbier, suam vineam de Brichemasson, circiter unum quarterium continentem.

Item legavit reparationi domus leprosarie Sanctis-Simeonis decem scutos auri, semel.

Item legavit Deniseto Garnier, sex scutos auri et unam de suis raubis.

Item legavit Symoni Marcilli, duos scutos auri.

Hujus autem sui testamenti executores fecit venerabiles viros magistros Girardum de Monteacuto, carissimum nepotem suum, Johannem de Rhemis, in legibus licenciatos, Guillelmum Mutonis, Guillelmum Hugonis et Marchum Girberti, canonicos et succentorem Ecclesie Autiss....

Acta fuerunt hec Autissiodori, in domo claustrali habitationis dicti testatoris, in camera sua, anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis, presentibus discretis viris dominis Johanne de Firmo lo-

co canonico, Stephano Bizontii et Henrico Guiberti, canonicis tortariis, Johanne Fournier beneficiato in dicta ecclesia Autissiodorensi, Johanne Boichardi curato ecclesie de Vallibus, Autissiodorensis diececis, Johanne Poteti, Tabellione in prepositura Autissiodor., etc.

N° 339.

Requête à Michel de Creney, évêque d'Auxerre, au sujet de la Trésorerie, dans laquelle sont marqués plusieurs anciens et curieux usages de l'église cathédrale.

(An 1398, 3 décembre.)

Reverendo in Christo patri et domino Michaeli, Dei gratia Autissiodorensi episcopo, decanus et capitulum ecclesie Autissiodorensis reverentiam et honorem. Vestre reverende paternitati exponimus quod cum ab antiquo in eadem ecclesia sic fuerit, quod sicut est de presenti, officium sacristie solitum, per canocicos dicte ecclesie obtineri et gubernari, cujus collatio, provisio, omnimodo dispositio ad thesaurarium pro tempore qui etiam canonicus prefate ecclesie existit, de antiqua et approbata, hactenusque observata, consuetudine noscitur pertinere, et tam thesaurarius dicte ecclesie qui est de presenti quam predecessores sui thesaurarii, qui fuerunt hactenus, sicut sunt, in pacifica et quieta possessione, vel quasi dictum officium sacristie, etiam canonicis dicte ecclesie conferendi cum vacat, quodque redditus, proventus, obventiones et emolumenta dicti officii, tam propter mortalitatem, guerras et hostiles incursus gentium armorum discurrentium hinc inde, que proh dolor! retroactis temporibus in patria et partibus Autissiodor. viguerunt, quam propter captionem civitatis Autissiodor. et aliorum locorum partium predictarum, in quibus major pars reddituum, proventuum, obventionum et emolumentorum predictorum consistebant, fuerunt, sicut adhuc sunt de presenti, adeo dimuniti, ac tenues facti et exiles, quod sacrista, pro tempore qui habet, ratione dicti officii sacristie, quam plurima gravia onera subire, nec-non diversa servitia et officia, tam in dicta ecclesia Autissiodor. quam extra, eandem exercere...

Fuimus pluries, sepe et frequenter, in nostro capitulo capitulariter congregati in unum, ad sonum campane, ut est mos, habuimusque inter nos tractatum ac maturum consilium, providamque deliberationem super premissis, vocatisque super hiis et presentibus prefato domino Guilelmo, thesaurario moderno, et nonnullis de antiquioribus dicte ecclesie, comperimus, tam per libros, litteras, cartas, compota antiqua et alia legitima documenta, quam ex dicti thesaurarii et aliorum antiquorum relatione, confessione et declaratione omnia infra scripta ad que tenens dictum sacristie officium et sacriste, qui fuerunt pro tempore, tenebantur, tenantur, ac thesaurarius, qui est et successores sui futuri thesaurarii, memorate ecclesie qui erunt perpetuo tenebuntur, que ad perpetuam rei memoriam et ne de cetero in dubium revocentur, et in omnem eventum et finem, quod hujusmodi questiones, dissentiones et discordie de cetero cessent, sopiantur penitus et extinguantur inter partes, ac pro bono pacis et concordie, utilitatemque dicte ecclesie et divini servitii conservatione, deliberavimus, de communi consensu et assensu, ac voluntate expressa omnium de capitulo tunc existentium, in eodem presentibus litteris inserenda, que talia sunt :

Et primo, tenetur dictus tenens dictum sacristie officium, tenebunturque thesaurarius predictus qui est et thesaurarii qui erunt pro tempore perpetuo ecclesie Autissiodorensi, ad causam officii dicte sacristie et unius prebende dignitatis dicte thesaurarie, una cum dicte sacristie officio et eorum juribus uniendis, cum uniti fuerint ministrari, tenere et facere ardere nocte dieque continue, singulis diebus, tres cetereos, *tantes* vulgariter nuncupatos, in tribus bacilibus pendentibus et suspensis ante corpus Christi, coram minori altari dicte ecclesie; que bacilia ante dictam captionem dicte civitatis erant et solebant esse de argento, nunc vero sunt de stanno, et que tria bacilia fabrica ecclesie tenetur et assuevit sustinere.

Tenetur etiam dictus thesaurarius tenens officium sacristie, in omnibus festis annualibus, sicut in Nativitate Domini, Sancti-Stephani, in crastino dicte Nativitatis, Pasche, Pentecostes, Corporis Christi, Inventione S. Stephani et Assumptione B. Marie, tresdecim cereos, quemlibet de tribus libris cere, in tresdecim magnis candelabris cupreis, ante dictum majus altare, et de duodecim aliis cereis qui ponuntur et debent ardere in dictis annualibus festis supra majus altare, dictus thesaurarius octo et fabrica ecclesie quatuor, de duabus libris ultra, et preter sex parvos cereos, quemlibet de dimidia libra cere, quos domini episcopi, qui sunt pro tempore, in sex angelis qui sunt super sex

pilaria cuprea magna, que sunt ad latera majoris ecclesie, ministrare tenentur.

Item, in omnibus festis solemnibus, sicut Epiphanie et Ascensionis Domini, Nativitatis, Conceptionis et Purificationis B. Marie, Annunciationis Dominice et Johannis-Baptiste, Omnium-Sanctorum et Sancti-Stephani, ad Bizantium novem cereos in novem ex dictis magnis candelabris cupreis, quemlibet de tribus libris cere, et de octo qui in istis festis solemnibus ponuntur super majus altare, quolibet de duabus libris quatuor, et fabrica quatuor.

Item, in dictis festis ann. et sol. ac dominica post Pencosten et dominica ante Adventum Domini, pro Trinitate et sanctorum Amatoris, prima die maii, et Exceptione ipsius sancti Amatoris, fabrica ponit et semper ponere tenetur, et debent ardere ante capsas corporum et reliquiarum sanctorum, que sunt supra parvum altare superius, sex cerei, quilibet de dimidia libra, quorum a vesperis vigilie cujuslibet festi usque finito completorio festi, duo debent continue ardere, et in festis sanctorum Mariani et Mamertini, Alexandri, Chrysanti et Darie, sanctorum Cirici et Julite, in quolibet eorum festo, ante dictas capsas dictus tenens sacristiam debet facere ardere parvos cereos, quemlibet de dimidia libra, die integra, a vespera vigilie usque post completorium dicti festi.

Item in dicto festo Sancti-Stephani a principio vesperarum die Nativitatis Domini, usque per totam diem Sancti-Stephani, in crastino post completorium, tenetur ponere duos cereos, in duobus magnis candelabris ferri, ultra dictos tresdecim cereos, ad duo capita tresdecim candelabrorum cupreorum, quemlibet de tribus libris.

Item, in processione que si post vesperas Nativitatis Domini et ante vesperas Sancti-Stephani, et a principio *laudate Dominum de celis*, usque ad finem matutinorum Sancti-Stephani, in crastinum Nativitatis Domini, tenetur ministrari facere cuilibet de ecclesia habitum portanti officio interessenti, unum parvum cereum ardentem, quemlibet de dimidia libra, et dignitati de una libra, et ad idem pro processione que fit ad missam diei festi Purificationis B. Marie Virginis; qui cerei ardere debent a principio processionis usque ad offertorium misse, quo quilibet offert et reddit cereum sibi traditum : et idem in festo B. Michaelis solum pro processione.

Item, a vesperis in vigilia Ramis Palmarum et tota nocte, ac quandiu capsa reliquiarum tenetur in choro ecclesie, et quandiu portatur ad processionem in Ramis, debet tenere duos parvos cereos in duobus candelabris parvis quos portant acolyti in dicta processione.

Item, diebus mercurii, jovis et veneris benedictis, in Tenebris, scilicet matutinis, in dictis tresdecim candelabris cupreis tresdecim cereos, quorum tres principales sunt sicut in duplicibus, quilibet de tribus libris; qui cum duodecim super altare et sex angelorum et tribus in tribus bacilibus predictis extinguuntur per nocturnos matutinorum, ut est mos.

Item, dicta die jovis benedicta duos cereos ardentes ante corpus Christi, in thesauro, ubi dicitur in Paradiso usque veneris sancta hora qua corpus Christi reportatur, pro officio, et dicta die jovis quandiu legitur et fiunt collationes, mandatum tam in ecclesia quam in capitulo, usque ad finem debet tenere duos parvos cereos in duobus parvis candelabris arg., seu aliis ardentes.

Item die sabbati sancta tenetur facere fieri et ministrare unum grossum cereum de quinquaginta libris, vel circa, et alium de decem-septem libris, vel circa, cere, quadratos qui sunt in mofeis fusteis ad hoc a longo tempore factis, quique dicta die benedicuntur; et quando puer in albis cantat post benedictionem *accendite*, accenduntur una cum toto alio luminari pretacto : qui duo cerei positi super gradus ante majus altare debent ardere, dicta die sabbati, ac nocte sequenti, et tota die pasche usque post Completorium, et dictus parvus cereus per totam hebdomadam in vesperis, et ardens portatur in processionibus que fiunt in vesperis per totam hebdomadam Pasche, et non plus; et de cera ipsius parvi datur omnibus de ecclesia modicum die Ascensionis Domini, in missa, ad faciendum cruces que poni consueverunt in liminaribus et ostiis eorum, dictusque magnus cereus semper usque ad Sanctum Synodum remanet ante dictum altare, et ambo cerei predicti accenduntur, atque ardere debent vigilia et die Penthecostes, sicut vigilia ac die Pasche; et iterum dictus magnus cereus debet fieri novus pro festo Inventionis S. Stephani, et ardere a principio vesperarum vigile dicti festi Inventionis usque post completorium diei.

Item, de sex cereis qui debent ardere circa crucifixum, in festis Inventionis et Exaltationis Sancte-Crucis, tenens officium dicte sacristie debet duos parvos cereos, quemlibet de media libra, qui ponuntur

ante dictum crucifixum, et solum ardent horis vesperarum, vigilie, matutinorum, misse et vesperarum diei, et fabrica debet alios quatuor, quemlibet de duabus libris, qui continue a principio vesperarum, vigilie tota nocte et die, usque post vesperas diei debent ardere in honore Sancte-Crucis, et duos parvos super tabulam die reliquiarum.

Item, die dicti festi Inventionis Sancti-Stephani, pro processione et missa usque ad offertorium, debet ministrare duodecim maioribus duodecim villarum capituli, cuilibet unum cereum de tribus libris, pro quibus debet habere a quolibet maiorem quique solidos Parisienses, et ipsi maiores debent eos portare in processione que fit ante missam et eos tenere, ardentes in missa, circa magnum altare, usque ad offertorium, in quo eos per ordinem suum debent offerre hora offertorii, et dictus tenens sacristiam eos debet rehabere.

Item a vesperis vigilie festi sancti Germani, quod est penultima die mensis julii, usque post vesperas dicti festi Inventionis sancti Stephani, quod est tertia die mensis augusti, debet tenere duos parvos cereos ardentes die et nocte, superius in primis *allées*, juxta tunicam sancti Germani quandiu ibi tenetur et ostenditur in duabus punctis ferreis que ad hoc ibidem sunt affixe.

Item in omnibus festis duplicibus que sunt et fiunt in dicta ecclesia, per circuitum anni, que sunt ultra septuaginta, dictus tenens dictum officium sacristie tenetur ministrare quinque cereos, quemlibet de tribus libris cere, in quinque candelabris cupreis ante majus altare ardentes, a principio vesperarum, vigilie et die, in matutinis, missa et vesperis et in matutinis alias vigiliis que loco matutinarum certis temporibus cantantur, quemdam cereum factum a principio de tribus libris cere.

Item in omnibus festis semiduplicibus, scilicet prima die Adventus, Septuagesime, Quadragesime, Letare Jerusalem, Ramis Palmarum, Jovis Sancta et aliis semiduplicibus, tres cereos in tribus candelabris cupreis solum modo ardentes, quemlibet etiam de tribus libris.

Item, singulis aliis diebus dominicis, festivis non duplicibus, etiam et diebus ferialibus, de sex cereis qui debent ardere supra majus altare in vesperis, matutinis, missis et completorio, quolibet cereo de duabus libris, dictus tenens dictum sacristie officium debet tres et fabrica tres, qui debent ardere usque post completorium, singulis diebus, horis predictis, excepto a die festi sancti Matthei, quod est in februario, usque ad vigiliam sancti Matthei apostoli et evangeliste, quod est in mense septembri; quo tempore durante sic quasi per septem menses non ardent per horam completorii, immo extinguuntur dicti sex cerei, statis vesperis finitis, exceptisque festis annualibus et solemnibus, quibus cum omnibus aliis debent ardere usque post completorium.

Item, tenetur omni dominica Adventus ministrare unum cereum magnum et longum de tribus libris cere, qui debet ardere in uno magno candelabro ponendo ad caput sepulcri episcopi Guidonis de Melloto, in choro, per longum matutinarum, et ibi portatur solemniter per unum canonicum a principio invitatorii matutinarum.

Item, in dictis festis annualibus et solemnibus, quibus lectiones leguntur superius ad pulpitum dictum *Jubé* et responsoria in cappis, tenetur ministrare et tenere unum parvum cereum in revestiario, ad videndum per bastonarios tradi cappas personis que lectiones legunt, et responsoria cantant.

Item, singulis diebus, per totum, annum in missis que cantantur in choro, duos cereos parvos in duobus candelabris parvis.

Item, in dictis annualibus et solemnibus ac duplicibus, semiduplicibus, per longum matutinarum, missarum et vesperarum super gradus, in fine, ad latus candelabrorum cupreorum, ac in processionibus que fiunt singulis dominicis, ante missam, et per totum annum, totiens quotiens presbyter, diaconus et subdiaconus incedere debent ad processionem induti vestimentis sacerdotalibus, etiam per villam, semper portantur ad processionem et in classicis et festis novem et trium lectionum accenduntur ad *Magnificat*, pro incensando duo cerei parvi, quos pueri in albis cum presbytero portant in duobus candelabris argenti vel aliis.

Item, ad parvum altare Comitisse, quando ibidem celebrantur anniversarium, vel missa comitisse, unum parvum cereum in uno candelabro ferreo; et quando etiam ad dictum altare celebratur missa anniversarii, debet tenere duos dictos parvos cereos ardentes in candelabris parvis super scabellum ante, ad cornua majoris altaris basse quos portant duo pueri in albis cum presbytero, quando incensat, et eum associendo eundo ad altare et redeundo ab altari ad revestia-

rium, etiam in solemnitatibus et processionibus mortuorum, ut est moris.

Item, de luminari anniversariorum quod fit per totum annum tam dominorum episcoporum quam aliorum, non tenetur, nisi solum ad sex cereos in anniversario D. Guidonis de Melloto, episcopi et alios sex : ad totum luminare anniversariorum per totum annum tenetur fabrica ecclesie.

Item, in singulis diebus, in matutinis ac etiam vesperis et vigiliis, quando non videtur clare in choro, tenetur dictus thesaurarius et sacristie officium tenens, ministrare candelas bonas que dicuntur communiter *fiat*, competentes pro toto servitio, scilicet pro sex sconsis, videlicet quatuor pro tortariis, duas pro vicariis et capellanis et quando cantantur Resp. ad lectorium, ad caput sepulchris Guidonis episcopi unum *fiat*, in una sconsa a dextris et a sinistris aquile, et pro illis qui legunt lectiones et illis qui cantant invitatorium quando nescitur cordetenus, et pro nono responsorio in asconsis, eis ad hec a fabrica deputatis, ac pro dignitate vel alio qui in annualibus vel solemnibus facit officium, et tenentur omnes residuum quod superest dimittere dicto thesaurario seu sacriste, excepta candela cum qua leguntur lectiones qualibet die qua, residuum debetur presbytero hedomadario, vel puero in albis, quod residuum debet esse de longo trium vel quatuor digitorum.

Similiter tenetur ministrare candelam necessariam pro presbyteris qui celebrant duas missas noctis Nativitatis Domini, ac pro diacono qui legit evangelium *liber generationis*, et dei Epiphanie *factum*, ac missis mercurii Quatuor-Temporum, Adventus Domini, ac illorum duorum qui in matutinis Nativitatis Domini, ad altare cantant : *ecce annuncio*, et die Pasche, *quem queritis* et tribus *Maries* et residuum est illorum qui hec scilicet *ecce annuntio vobis*, *quem queritis* quam tribus *Maries*.

Item pro igne novo, in vigilia Pasche, super quibus consuevit ac debet habere dictus thesaurarius singulis annis; pro festo Inventionis sancti Stephani, a fabrica ecclesie quinquaginta libras cere, cum luminari exequiarum que fiunt in ecclesia, oblationibus, offertoriis pecunie, panis et vini, tam in choro quam in thesauro et ad altare B. Marie reliquiarum per thesaurarium recipi consuetis, ac aliis juribus et redditibus ad hoc debitis et consuetis; habebitque de cetero omnes candelas que offerentur et evenient in ecclesia, exceptis candelis que evenient ad altare Sancti-Eligii, et que diebus festorum cujuslibet capella et altaris dicte ecclesie evenient et offerentur que dictis diebus festorum erunt capellanorum et altaristrorum dictorum capellarum et altarium.

Item tenetur singulis diebus ministrare unum parvum trossonem cerei per longum matutinarum super gradus in medio ardentem, in quo quilibet qui vult lumen recipit, vocatum *regippant*, torchias vero ad elevationem corporis Christi necessarias per totum anni circulum tenetur ministrare fabrica.

Item tenetur idem thesaurarius tenens sacristie officium ministrare totum incensum, carbonem et ignem necessarium, ut est moris, per totum annum.

Item, sal et aquam pro aqua benedicta singulis dominicis, et omni die, circa altare : cineres benedicendos die Cinerum, et pilos caprarum pro penitentibus, quam vero pro fontibus benedicendis fabrica ministrare tenetur.

Item, dictus tenens officium sacristie tenetur custodire claves ecclesie, chori et thesauri, indumentorum, jocalium, vestimentorum, caparum, eaque recipere et reddere cum inventorio, periculo suo et lector librorum. Capas vero et indumenta pro servitio Dei, juxtadi versitatem temporum et festorum, idem sacrista tradere in thesauro bastonariis et capellanis ad hoc ad distribuendum ordinatis et fundati, et prout quandoque a capitulo ordinatur, dieque Sacro-Sancte Cene parare locum in quo celebrans officium penitentium super gradis chori dicit letaniam. et absolutione data, etiam sic parare in thesauro paradisum ad reponendum scrosanctum corpus Christi, et die Parasceves sedem seu locum ad reponendam Crucem adorandam, aquamque et alia necessaria ad abluendum altaria preter vinum quod solvit capitulum.

Item, tenetur dictus tenens sacristiam, solus et in solidum, ad omnes pulsationes que fiunt et fieri debent et occurrunt in ecclesia, exceptis pulsationibus pro primis exequiis et funeralibus decedentium, ad quas tenentur heredes vel executores decendentium ac misse copetate et certis processionibus, sicut pro malo tempore processionibus extraneis et pluribus occurrentibus, ad quas fabrica tenetur et ignitegio, quotiens dominus episcopus jacet in civitate, quo pro matricularius qui grossam campanam vocatam *Amatre* pulsat, habet certum panem et vinum a dominis episcopis, pro tempore.

Item, tenetur dictus tenens dictum

sacristie officium parari facere majus altare et chorum, secundum festa et sos lemnitates, et deparare tam pro festiquam pro vivis et mortuis, discooperire et cooperire altare per totum anni circulum, plicareque indumenta sacerdotis, diaconi et subdiaconi, portare et reportare reliquias et jocalia, una cum juvamine certorum capellanorum, matriculariorum, et bastonariorum, ad classicos et ad jacendum in dicta ecclesia deputatorum et fundatorum, una cum matriculariis clerico ac laïco ipsius sacriste qui continue in eadem ecclesia pro ipsius custodia jacere tenentur, ac mapas corporales et indumenta seu pilarias altaris et omnia candelabra cupre facere emundari.

Tenetur etiam dictus tenens sacristiam solvere et sustinere cordas duarum campanarum, campanilis chori, scilicet *Hauteclere et Sourde*, que sunt ad dextram partem chori, et duarum minorum campanarum grosse turris supra capellam B. Marie, scilicet Cirici et Julite, alias *Mauldine* et *Malsope*, cum quibus pulsantur prima et nona, diebus ferialibus; verumtamen pro festo Dei et octavarum, fabrica ac pro crucifixo in duobus festis Sancte-Crucis parandis bastonariis, et quando a casu continget per capitulum aliqua parari vel pulsari, aut aliud luminare extraordinarium fieri pro processionibus extraordinariis, vel alias ordinatur, ad que fabrica ecclesie tenetur etiam dictus tenens officium dicte sacristie facere mundari et *ortoier* altas et bassas votas, quando indigent, et totam ecclesiam in annualibus et solemnibus festis, ac totiens quotiens consuetum est et necesse.

Quibus sic peractis, nos decanus et capitulum memorati, considerantes et diligenter attendentes quod sacrista, seu quicumque alius obtinens dictum officium sacristie, pro tempore, propter diminutionem, attenuationem et exiguitatem redditaum, proventus et obventionum et emolumentorum dicti officii sacristie, ut presbyter non posset commode hujusmodi onera supportare, servitia exercere, expensas et pensionem solvere, ac alia sibi incumbentia facere, ut premittitur, nisi aliter provideatur, circa premissa, de remedio opportuno : hinc est, quod premissa omnia et singula ad ejusdem paternitatis reverende notitiam deducimus, ipsamque paternitatem reverendam super premissis omnibus et singulis per presentes informamus quatenus sibi complaceat, ob favorem et conservationem divini cultus, nec-non pro premissis facilius supportandis ac supplendis, et ne de cetero dicta ecclesia in luminari et pulsationibus campanarum, ac aliis divinis obsequiis fraudetur, sed potius laudabiliter inibi deserviatur in eisdem, dignetur eadem paternitas reverenda dictum officium sacristie vacans ad presens, una cum una prebenda integra ejusdem ecclesie vacante vel vacatura. ac omnibus fructibus, redditibus, juribus, obventionibus et emolumentis eorumdem officii et prebende, thesaurarie ejusdem ecclesie, que dignitas est in eadem unire, annectere, et perpetuo incorporare, cassando et supprimando penitus et omnino canonicatum ejusdem prebende; quodque prefatum officium sacristie cum prebenda unienda, annectenda et incorporanda, ac omnibus juribus et pertinentiis eorumdem, tam in grossis quam distributionibus, deinceps regantur, gubernantur et exerceantur, tam per prefatum dominum Guillelmum Nazarie thesaurarium modernum, qui canonicus prebendatus ejusdem ecclesie existit, quam per successores suos futuros thesaurarios sepedicte ecclesie, et sic tam thesaurarius modernus qui, ut prefertur, canonicus prebendatus ipsius ecclesie existit, quam successores sui thesaurarii predicte ecclesie qui erunt pro tempore, percipient in omnibus tam in grossis quam in distributionibus duplicem prebendam dummodo thesaurarius qui erit pro tempore sit alias canonicus prebendatus dicte ecclesie, absque hujusmodi prebenda unienda eidem thesaurarie, alioquin non percipiet nisi solummodo et duntaxat tam in grossis quam distributionibus fructus, redditus, proventus, obventiones et emolumenta dictorum thesaurarie, officii sacristie et prebende uniendo dicte thesaurarie dummodo thesaurarius qui est pro presenti, et successores sui thesaurarii dicte ecclesie, qui erunt pro tempore, in distributionibus quotidianis habendis et percipiendis, sicut et alii canonici prebendati intersint in dicta ecclesia, horis canonicis diurnis, pariter et nocturnis, quibus mediantibus dictus thesaurarius, qui est vel erit, sive habeat duplicem sive simplicem prebendam, tenebitur facere dictum officium sacristie, sicut antiquitus per sacristas qui erant tunc temporis fiebat, ut prefertur, cum omnibus suis oneribus superius designatis, salvo et per nos retento quod si aliqua alia onera ultra supradicta per sacristas, pro tempore, ratione dicti officii sacristie fieri debita et consueta in futurum reperientur ad illa et alia superius declarata omnia et singula implenda, complenda et observanda, tam thesaurarius modernus quam successores thesaurarii futuri dicte

ecclesie omnino teneantur facere et integre adimplere. per nosque ad hoc artentur et compellantur per retentionem et substractionem distributionum, fructuum, reddituum et emolumentorum hujusmodi prebende uniende et annectende applicandorum et convertendorum ad supplectionem defectuum qui, ob culpam seu negligentiam thesaurarii qui est vel fuerit pro tempore, forsan intervenient circa divinum servitium in premissis; quodque thesaurarius qui est, et successores sui thesaurarii dicte ecclesie, ad causam unionis hujusmodi, cum suum sortita fuerit effectum, teneantur ad hebdomadas missarum et chori, ac ad alia omnia et singula onera dicte prebende unite, sicut et quemadmodum alii canonici prebendati ipsius ecclesie tenentur.

Super quibus omnibus et singulis premissis sic faciendis, uniendis, supplendis, totaliterque complendis, nos, decanus et capitulum predicti, nostrum tenore presentium prebemus consensum liberum et expressum, pariter et assensum, absque tamen prejudicio nostro, sed jure nostro in omnibus et per omnia semper salvo. Datum in nostro capitulo generali Sancte-Lucie virginis, die mercurii, tertia decima mensis decembris, secunda sessione dicti capituli generalis, anno Domini millesimo trecentesimo et nonagesimo octavo.

Signatum : G. Lorenz.

(Tiré sur la copie notariée de l'an 1602, signée Rousse.)

N° 340.

Miracle arrivé en 1398, sur un garçon du diocèse de Sens, atteint de rage, voué à l'image de la Sainte Vierge étant alors au portail de la cathédrale d'Auxerre, sous la tour commencée, où l'on voit encore sa figure à genoux, peinte à fresque sur le mur à gauche en entrant (1).

(EXTRAIT DES REGISTRES DU CHAPITRE D'AUXERRE, AU LUNDI 8 JUILLET 1398.)

Hodie venerunt ad capitulum privatus *Chicotin* de Jaugiis, diecesis Senonensis, Margarita ejus uxor, ac Johannes *Chicotin* eorum filius, qui retulerunt et plures alii cum eisdem existentes, quod, die hesterna, dictus filius, ex morsu cujusdam equi inrabiati, devenerat inrabiatus, et ob hoc ligatus; quod videns dictus pater dictum ejus filium etatis viginti annorum vel circa existentem, B. Dionysio et gloriose Virgini Marie in portali Ecclesie Autissiodorensis honorificate, existimans remedium dicto ejus filio, per merita sancti Dionysii et gloriose Virginis Marie largiri, dictumque filium, pro eo adducendo, fecit super unam quadrigam ligatum onerari, et eum adduxerunt in dicta quadriga ligatum dicta mater, Johannes le Trousselat, patrinus dicti filii, Jacquetus Pasquinot, Andretus le Ravier, Johannes de Glan, Privetus Farine, Johanneta uxor Johannis Piquié, etc.; modicum postquam fuit in itinere veniendi apud Sanctum-Dionysium et apud Autissiodorum, idem filius convaluit et petiit ejus patrem : qui pater pre dolore nimio remanserat in domo sua in villa de Jaugiis; et dixit idem filius quod aliquis iret dictum patri suo predicto quia ipse filius ejus erat in bono statu; et dixit idem filius prefatis cum eo existentibus, quatenus eum deligarent, et quod eis amplius non faceret malum. Quem deligaverunt, et ad Sanctum-Dionysium primo, et continue ad Sanctam-Mariam in ejus capella predicta, in portali ecclesie Autiss. situata, per totam istam noctem ultimo preteritam adduxerunt : qui semper magis ac magis convaluit.

Ce village de Jauges ci-dessus marqué est à une lieue ou deux au-delà de l'abbaye de Pontigny; la route pour Auxerre est de passer sur le territoire de Villeneuve-Saint-Salve où la chapelle de Saint-Salve était alors un grand pélerinage connu sous le nom de Saint-Denis, parce que la fête de ce Saint-Salve se faisait à la saint Denis. De là le nom de Tureau-Saint-Denis pour désigner la montagne où cette ancienne chapelle est construite.

(1) Cette peinture est détruite. — Cette chapelle était célèbre au moyen-âge et portait, en 1396, le nom de Sainte-Marie-des-Miracles. — (N. d. E.)

N° 341.

Extrait de la première et plus ancienne collection des Statuts du chapitre d'Auxerre, rédigée vers la fin du XIVe siècle, et conservée dans les archives du même Chapitre.

Entre les différentes formules de serment pour les réceptions qui sont à la tête, celle-ci paraît la plus curieuse.

Statutum antiquum de forma juramenti ad quod tenentur Vicarii ecclesie Autissiod.

Anno Domini MCCLIX, in crastino Ascensionis Domini, fuit statuta forma juramenti ab episcopo et capitulo, quod facient vicarii. Jurabunt quod singulis septimanis dicent psalterium integrum vel singulis diebus septimane cujuslibet dictam ad diem pertinentem. Et firmabunt infra sex menses a tempore institutionis sue commune Sanctorum, ita quod sciant pro posse suo corde tenus, et quod non recipient distributiones ad vicariam per-

tinentes nisi serviant, prout ordinatum est, vicarios servire. Durabunt usque ad crastinum Ascensionis Domini, nisi tale quid facerent, propter quod amoveri deberent, vel et causa rationabili interim eos contingeret amoveri.

De modo tenendi capitulum die veneris.

[*Hoc statutum precessit annum* MCCLXIII.]

Qualibet septimana, die veneris, post primam, pulsabitur ad capitulum, et quicumque canonicus sedebit in capitulo usque ad finem, vel saltem pro majori parte temporis, dum tamen sit ibi in fine, habebit quinque denarios, alias non licebit recipere, nisi teneatur interesse ad officium misse, videlicet pro choro regendo, vel pro epistola vel evangelio legendo, vel pro missa celebranda, vel alias pro divino servitio. Et tunc debet nuntiare in capitulo quod recedat propter officium predictum. Si vero previdеatur casus propter quem non possit capitulum celebrari die veneris vel sabbati statuta ad hoc, celebrabitur aliqua feria precedente vel sequente, et que sit illa determinabitur in capitulo precedenti.

De capitulo faciendo diebus sabbati.

Anno Domini MCCLXIII, die sabbati post kalendas maii, in generali capitulo, statutum fuit quod qualibet hebdomada die sabbati fiet capitulum, sicut die veneris. Et quicumque canonicus sedebit in capitulo usque ad finem, vel saltem pro majori parte temporis, habebit quatuor denarios; alias non debebit recipere, nisi in casibus expressis in statuto de capitulo die veneris celebrando. Et sic fierint qualibet hebdomada duo capitula, videlicet die veneris et die sabbati, proviso ut si diebus illis commode non possent fieri aliquibus aliis feriis illius hebdomade fient in precedenti capitulo declaratis.

Item quod non fiat manumissio hominum ecclesie, quoad tonsuram clericalem, nisi certa die.

Anno MCCLIV, in compoto Sancte-Lucie statuimus quod filiis hominum ecclesie nostre non fiat manumissio quantum ad tonsuram clericalem, nisi certa die ad hoc specialiter a capitulo assignata, et sub certa forma et in capitulo generali.

Pro illis qui mittuntur extra pro negotiis capituli.

Anno Domini MCCLXV, ordinatum fuit in capitulo nostro generali, mense maio, de assensu omnium, quod si aliquis canonicus non alias iturus missus fuerit pro negotio capituli, percipiet integre usque ad quindecim dies, si per tantum tempus moram fecerit, omnes quotidianas distributiones, nisi capitulum majus tempus constituerit eidem : ita tamen quod ipse tenetur ire propriis equitaturis, si habeat; et si oporteat eum equos conducere, capitulum solvet mercedem cum aliis expensis necessariis et utilibus quas sic missus faciet propter negotium capituli; transactis autem quindecim diebus nihil recipiet de predictis, nisi terminus a capitulo mittente fuerit prorogatus. Quod si canonicus erat iturus alias ad aliquem locum, et ei volenti proficisci injungantur agendum negotium capituli, habebit distributiones, ut predictum est de canonico alias non ituro pro illis solis diebus quibus operam dabit pro negotio capituli gerendo, dum erit in eodem loco. Pro aliis diebus quos in itinerando vel morando consumet, nihil de distributionibus percipiet, expensas etiam non habebit, nisi duntaxat ea sine quibus non posset injunctum sibi negotium expedire et quos facturus non esset, si negotium capituli non fecisset. Quod si alicui canonico degenti in scolis, vel alio loco moranti, negotium capituli in eodem loco commitatur agendum, nullas distributiones percipiet, nec expensas, nisi tantum illas expensas de quibus immediate diximus. Quod si quis aliter iturus ad aliquem locum utiliter pro ecclesia et capitulo aliquod negotium gesserit non sibi injunctum, dummodo per documenta legitima capitulum certificaverit quod utiliter re ipsa gesserit, ita quod verbis negotium gerentis non credatur, idem habeat sicut dictum est, de eo qui aliter erat iturus cui est injunctum negotium.

Quod in qualibet Camera fiat liber de censibus et redditibus.

Nota quod in capitulo generali Sancte-Lucie, anno Domini MCCCXXXVI ordinatum est quod quilibet camerarius, in camera sua, faciat librum de censibus et redditibus omnibus sue camere, et major camerarius similiter unum de his que pertinent ad majorem cameram, et omnes per juramentum prestitum capitulo debent illos libros facere fieri infra annum. Quo facto de omnibus predictis libris partialibus fiet unus liber communis et intelliguntur predicta si commode possit fieri, si vero non, excusationem suam tenebitur quilibet pretendere in capitulo per juramentum predictum.

Quomodo camerarius et alii officiales debent institui.

Anno Domini MCCLXIX, in capitulo gene-

rali Sancte-Lucie, statutum fuit, de consensu omnium, quod ordo presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, videlicet presbyteri primo, diaconi secundo, subdiaconi tertio, vel major pars cujuslibet ordinis superius nominati, teneatur de cetero eligere, providere seu instituere unum ex seipsis ad officium camere que ad minus per unum terminum, predictum officium adimplebit; elapso vero dicto termino, dictus ordo, vel major pars ipsius ordinis eundem vel alium instituere tenebitur, prout dicto ordini expedire videbitur, qui officium dicte camere per secundum terminum adimplebit; camerarius vero sic electus a suo ordine vel a majori parte, si dictum officium recusaverit solvet centum solidos pro pena; que pena erit in augmentum salarii camerarii subsequentis. Illi autem, vel major pars, dicti ordinis qui camerarium eligent de omnibus aliis officialibus, videlicet de distributore anniversariorum qui non solvit capitulum, de distributore panis et vini, de granatario, de procuratore domorum et vinearum providere tenebuntur. Statutum vero predictum de camerario et aliis officialibus instituendis a predictis ordinibus successive sub, forma predicta, volumus in perpetuum inviolabiliter observari.

Quod distributor panis et vini computet in fine cujuslibet mensis.

Item de distributore panis et vini statuimus quod in fine cujuslibet mensis computabit cum clericis, sive nunciis canonicorum et aliorum servitorum ecclesie, et rediget fideliter in scriptis quantum unusquisque per mensem illum de pane et vino cellarii est lucratus, et de hoc in fine cujuslibet mensis cum auditore sibi dato computabit per partes, et dicet quantum unusquisque est lucratus Et de hoc retinebit per partes scriptum auditor et etiam distributor, et illud afferant ad seq. compot.

De distributionibus Guidonis episcopi.

Anno Domini MCCLXXXV, in nostro generali capitulo kalendarum maii, statutum fuit de consensu omnium quod distributiones que fiunt in ecclesia nostraad horas quas bone memorie dominus Guido, quondam episcopus noster, instituit, et de suo fundavit, nullatenus dimittantur, imo continuentur in posterum, quicquid accidat vel contingat, etiamsi de aliis distributionibus, nisi necessitate contingeret defalcari.

Quod quinque solidi canonicis in festivitatibus hic insertis per camerarium tradantur.

Anno Domini MCCLXXXVII, in compoto Sancte-Lucie, de assensu omnium, ordinatum fuit et statutum quod in his quinque-solemnitatibus que sequuntur, videlicet in Nativitate Domini, in festo Sancti-Stephani, quod est in crastinum, in festo Pasche, in festo Inventionis sancti Stephani et in festo Pentecostes, Omnium-Sanctorum, camerarius noster tradat singulis canonicis festivantibus et epulantibus in propriis hospiciis, quinquesolidos Turonenses de bursa capituli. Illi autem canonici qui epulabuntur cum aliis canonicis nihil habebunt, nisi forte aliquis canonicus non habens proprium hospicium consueverit cum alio morari et epulari, et contribuere in expensis, in quo casu quinque solidos sicut et ceteri percipiet et habebit. Si vero aliquem de Tortrariis in dictis solemnitatibus vel earum aliqua in domo sua contigerit epulari dimidiam portionem percipiet et habebit.

De canonicis se absentare volentibus quod habeant grossos suos fructus.

Anno Domini MCCCXXXVI, in capitulo generali Sancte-Lucie, statutum fuit sic : Quia propter subditorum nostrorum paupertatem, fructuum sterilitatem et temporis anxietatem, jura et redditus debita capitulo nostro Autiss. solvi non possunt, nec habent canonici residere volentes unde possint commode sustentari, statutum est in capitulo generali Sancte-Lucie quod quicumque canonicus Autiss., prebendatus qui fecerit stagium suum primum vere vel interpretative si residere potuerit in ecclesia Autiss., vel absentare se voluerit causa studiorum, vel alia licita et honesta, percipere poterit grossos fructus prebende sue in camera in qua erit prebendatus, dumtamen tanto tempore vixerit inter duo festa Sancti-Remigii, quanto lucratus fuisset dictos fructus, si in ecclesia residentiam fecisset, ita tamen quod de dictis grossis fructibus tenebitur in septimana sua in ecclesia facere deserviri et supportare onera qui incumbent pro prebenda sua ; et solvet magne camere quolibet anno in compotis Nativitatis beati Joannis-Baptiste quatuor libras, dum tamen domino regi Francie vel alii nullam solvat decimam illo anno, quia in casu in quo solveret decimam, nihil solvet camere. Et tenebitur canonicus notificare capitulo in capitulo kalend. maii, vel Sancte-Lucie, si gaudere voluerit statuto hujusmodi, quod durabit per terminum continuum et non ultra, nisi ipsum contin-

geret renovari. Et est sciendum quod cum canonicis qui tenentur ad residentiam continuam per juramentum, poterit in tantum capitulum dispensare, cum tamen per idoneum substitutum faciant deserviri in ecclesia loco sui.

Quod in processionibus que solebant esse de duobus denariis dentur quatuor.

Anno Domini MCCXLVIII, statutum fuit in capitulo generali quod distributione processionum Dominicalium fiant de sex denariis, quorum unus offertur pro fabrica ad altare B. Marie Reliquiarum, in introitu chori.

Quomodo debent fieri processiones et ubi.

Primo die lune post Pascha fiet processio ad S. Petrum, die martis ad Sanctum-Amatorem, die mercurii ad Sanctum-Julianum, die lune post Pentecostem fiet processio ad Sanctum-Eusebium, die martis ad Sanctum-Gervasium, die mercurii ad Nostram-Dominam-extra-muros. Pro domina mortua fiet processio ad Sanctum-Julianum. (*C'est-à-dire à la mort de l'abbesse.*)

Quod distribuentur duodecim denarii in processionibus infrascriptis, etc.

Item statutum fuit in eodem capitulo quod in singulis processionibus que fieri consueverunt in Quadragesima, videlicet sexta feria cujuslibet hebdomade et dominia in Ramis Palmarum, in quibus singuli canonici antea percipiebant sex denarios, a modo duodecim denarios percipient et habebunt. Item ad processiones die Pasche et tribus feriis sequentibus, S. Marci, die lune et die martis Rogationum ante Ascensionem Domini, ipsa die Ascensionis duodecim denarii. In vigilia vero dominice Ascensionis que longior et gravior fit processio duo solidi. Item die Pentecostes, cum tribus feriis sequentibus et in festo Exaltationis S. Crucis, in singulis processionibus duodecim denarii cuilibet canonico distribuentur. Postea immutatum est et fuit ordinatum quod toties quoties fiet processio extra muros civitatis Autissiodorensis, quilibet canonicus presens percipiat unum panem capituli, et si fuit dominica dies, quinque denarios Turonenses cum dicto pane.

De institutione eleemosinarum.

Anno Domini MCCLVIII, in capitulo Sancte-Lucie, statutum fuit ne consensu omnium quod singulis annis ordinetur in capitulo Sancte-Lucie quantum erogabit capitulum per totum annum piis locis et religiosis personis et pauperibus aliis, et quod ultra summam in dicto capitulo ordinatum nihil erogetur in pecunia, blado, neque vino per totum annum.

De habitibus canonicorum, et aliorum de choro ecclesie Autissiodorensis.

Anno Domini MCCCLXV, in generali capit. S. Lucie, extitit ordinatum ut canonici et alii de choro, tam in caligis quam in almutiis uniformiter se habeant, quod nullus de ipsis utatur albis, vel rubeis seu viridibus aut aliis inhonestis caligis et almutiis, quodque subtus caputium sue cappe nullus ponat seu deferat caputium, sed uratur nigra almutia rotunda, vel saltem folrato capucio nigra penna, maxime in ecclesia. Quod si contrarium faciat, nihil percipiet in ecclesia, et non computabitur donec desistat, exceptis Matutinis in quibus utuntur almutiis rotundis qui habent; et in aliis horis omnes afferant almutias apertas, nisi legitima causa et necessitate urgente.

Et hoc fuit additum kalend. maii, anno MCCCLXX.

Statutum quod non canonici requisiti quod legant vel cantent, si noluerint, nihil percipiant.

Item statutum est quod si singulis de non canonicis requisitis juxta ordinem suum a pueris vel ab acolitis seu a chorariis secundum consuetudinem festorum et feriarum de legendo vel cantando, singuli taliter requisiti legere vel cantare noluerint, omnes illius ordinis a parte chori que ad hoc tenentur tunc temporis emolumento illius hore vel primo emolumento quod percepturi essent in bursa capituli ea vice privati et suspensi sint ipso facto, ita videlicet quod quoties taliter fuerint in defectu, pena similis toties iteretur.

Statutum de injuriantibus ecclesie Autissiodorensi.

Anno Domini MCCCXLIX, in capitulo generali kalend. maii, die lune, tertia sessione, renovatum et confirmatum fuit illud statutum alias factum, quod quicumque fuerit injuriatus ecclesie Autiss., vel personis ipsius, scilicet canonicis, notabiliter facto verbo vel aliis, non recipiatur in canonicum ipsius ecclesie, nec alius de genere suo usque ad secundam generationem, nec ad aliud beneficium in ipsa ecclesia.

Quod duo canonici non morentur simul, nisi certo tempore.

Anno Domini MCCCXXXVI, in kalend.

maii, statutum fuit in prima sessione capituli generalis, per sexdecim canonicos, quod nulli duo canonici ecclesie Autiss. in una domo simul morentur, nisi per sex menses tantum et semel scilicet in anno in quo intendit facere stagium suum primum, vel nisi veniat ad prebendam causa visitandi prebendam, et negotia sua vel causa solatii et spatiamenti. In quibus casibus poterit morari cum alio canonico per mensem et non amplius. Causa vero predicti statuti duplex est : prima propter status canonicorum honorem et ecclesie Autiss., secunda, quia multe domus capituli sunt in claustro propter defectum habitantium deserte, quia non inveniuntur habitatores, et sic de cetero a canonicis ementur et inhabitabuntur, et utilitas capituli conservabitur et accrescet. Nec est intentionis statuti predicti sicut fuit postea declaratum quod illi qui veniunt ad prebendam suam antequam stagium suum incipiant facere, non possint morari cum alio canonico : imo bene poterunt, nec arctat tales predictum statutum.

Concordia archidiaconorum.

Anno Domini MCCCLXIX, die lune ante festum Pentecostes, inter capitulum et archidiaconum pro bono pacis et dissentionis in posterum evitande, et ne de cetero super modo in ecclesia Autiss. residendi, eundi et exeundi pro suis visitationibus, et in suis ecclesiis residentiis faciendis discordia oriatur, ita fuit finaliter concordatum : quod annis singulis post synodum, videlicet prima die junii, prefati archidiaconi suas visitationes vel in suis ecclesiis residentias incipient, et ibidem stabunt per dictum mensem continuum, absque hoc quod in ecclesia Autiss. revertantur, pro recipiendis cum aliis emolumentis consuetis, quo mense primo junii sic finito si velint suas visitationes inchoatas continuare et esse extra ecclesiam adhuc per mensem alium vel amplius, hoc facere poterunt. et quoties sibi placuerint, postea ad ecclesiam reverti admittentur et recipient cum aliis dummodo quando sic reverti voluerint post primum mensem finitum, in principio cujuslibet mensis hoc primitus denuntient vel significent, per se vel per alium, capitulo, et quod ita volunt in ecclesia residere. Si vero in dicti mensis principio hoc non denuncient pro illo mense ad residentiam in ecclesia nullatenus admittentur, nec per totum illum mensem aliquid in ecclesia recipient, sed mensem aliud expectabunt in quo reverti poterunt, et etiam admittentur. Si hoc tamen denuntiaverunt capitulo modo superius declarato, videlicet in principio ipsius mensis alias non. Et sic fiet de mense in mensem usque ad annum continuum, videlicet sequentem mensem junii exclusive, quia si post visitationem primi mensis junii inchoatum, ut superius est expressum, ad ecclesiam reverti voluerit pro suis recipiendis distributionibus cum aliis per tempus per quod possunt in ecclesia residere, videlicet per septem menses, poterunt hoc licite facere, et ibidem residere et percipere emolumenta consueta, hoc tamen dictis archidiaconis a capitulo concesso quod si forsitan propter aliquas occupationes vel supervenientia impedimenta legitima, ita cito in principio mensis suam prefatam residentiam in ecclesia faciendam, capitulo non possent nunciare, si tamen hoc faciant satis prope dicti mensis principium, videlicet secundo, tertio vel quarto die, vel circiter, talem denunciationem admittet capitulum, et reverti poterunt et in ecclesia cum aliis residere et etiam recipere ; totum tamen illud residuum quod post denunciationem et postquam ad ecclesiam reversi fuerint pro mense integro et pro residentia mensis illius reputabitur et debebit sibi pro mense integro computari.

Beneficia ad collationem seu presentationem capituli spectantia conferantur personis residentibus in ecclesia.

Anno domini MCCCLIV, in generali capitulo Sancte-Lucie ordinatum fuit et statutum, de consensu omnium, quod beneficia ecclesiastica ubicumque existentia ad collationem et dispositionem seu presentationem capituli in communi pertinentia, a modo nullatenus conferantur nisi personis de ipsa ecclesia et residentibus in eadem et de gremio ejusdem.

Qui debent recipi de choro ecclesie.

Anno Domini MCCCXC, die jovis, quinta mensis maii, in quarta sessione capituli generalis kalend. maii, de consensu omnium et assensu fuit confirmatum et approbatum statutum quod est de forma juramenti illorum qui recipiuntur de choro modo et forma in eodem contentis, ac eidem statuto fuit additum, ut de cetero antequam aliquis recipiatur diligenter et in communi in capitulo examinetur et specialiter super cantu et lectura, et nisi sufficiens reperiatur meisdem omnium favore et amore cessantibus qualitercumque non recipiatur.

Statutum sequens est quod canonici singuli in sui mensibus ecclesias infrascriptas conferant cui voluerint.

Universis presentes litteras lecturis, H.

decanus, totumque capitulum Autiss. ecclesie, salutem in Domino Notum facimus quod nos unitati et paci ecclesie nostre consulere volentes, et super collationibus quarumdem ecclesiarum parochialium ad collationem universitatis capituli Autissiodorensis seu prebendariorum villarum nostrarum spectantium, discordiarum periculis obviare, accedente ad hoc consensu et autoritate reverendi in Christo patris et domini Erardi, Dei gratia episcopi nostri, anno Domini MCCLXXV in generali capitulo nostro kalend. maii.

Statuimus, volumus et pariter ordinamus ut singuli canonici in sacris ordinibus constituti et existentes, in locis unde consueverunt vocari ad electiones, ex nunc perpetuo singulos menses habeant prout ipsi menses veniunt successive. Et in eis parochiales ecclesias locorum in quibus suas prebendas percipient quocumque modo vacantes, in suo mense, personis idoneis conferant quibus voluerint et viderint expedire, videlicet unusquisque per se solus infra tempus a jure concessum a tempore vacationis hujusmodi vel notitie continue computandum.

Conferentur autem a singulis canonicis in sex mensibus secundum ordinem institutionis sue, non obstante prerogativa sacri ordinis personatus vel etiam dignitatis. Ita quod decanus et cantor, sicut eorum uterque, duas in duobus locis prebendas percipit sic in quolibet dictorum locorum habeat unum mensem. Tenebitur autem quilibet, tam persona quam canonicus, conferre ecclesias predictas personaliter per suas litteras patentes vel per procuratorem canonicum ecclesie Autissiodor. in capitulo vel in civitate Autiss. seu alibi, prout sibi placuerit, presentibus bonis viris. Persona vero seu canonicus, personam illam qui ecclesiam taliter contulit solus, si voluerit, vel totum capitulum, si a persona vel canonico conferente super hoc fuerit requisitum, episcopo vel illi cujus interest tenebitur presentare, et si solus presentare maluerit capitulum litteras testimoniales super collatione seu presentatione hujusmodi ad conferentem seu presentantem spectante, sine cujusquam difficultatis obstaculo dare sibi tenebitur super hoc requisitum. Si vero persona vel canonicus, in cujus mense ecclesiam aliquam vel ecclesias vacare contigerit, infra tempus a jure concessum, cessione vel morte impediente, non contulerit, et adhuc de dicto tempore supersit aliquid. Istud totum tempus quod supererit ad personam vel canonicum cujus mensis immediate subsequetur post mensem morientis taliter vel cedentis, sine aliqua contradictione transibit et accrescet eidem, ut in illo residuo temporis possit conferri sicut cedens vel moriens conferre potuisset, salvo nihilominus et manente eidem persone vel canonico integro mense collationis sue immediate sequente. Mensis vero vel menses hujusmodi incipient hac instanti prima die mensis junii, et ex tunc, prout successive devenerint, prima die mensis cujuslibet in aurora, duodecim mensibus in anno quolibet computandis.

Item statutum fuit in eodem capitulo quod collatio ecclesie de Baserna, que prius ad commune capitulum pertinebat, ad collationem canonicorum prebendas suas apud Autissiod. percipientium, juxta modum et ordinem suprascriptum, ex nunc pertineat in futurum. Si vero super premissis contentionis, questionis vel dubii aliquid emerserit, per Autiss. capitulum sopietur.

Persona vero, seu canonicus vel canonici, si super premissis inter eos questio, vel controversia, seu contentio moveatur, coram aliquo judice trahere sese non poterunt nisi coram capitulo Autiss.

He sunt autem ecclesie de quarum collatione et presentatione facta est prima ordinatio et statutum : ecclesia de Monestallo, ecclesia de Gurgiaco, ecclesia de Chicheriaco, ecclesia de Chemilliaco, ecclesia de Merriaco, ecclesia de Egleniaco, ecclesia Sancti-Martini-super-Ocram, ecclesia de Palliaco, ecclesia de Bellovidere, ecclesia de Pulvereno, ecclesia de Lindriaco, ecclesia de Crebano, ecclesia de Accolayo, ecclesia de Gorgiaco, ecclesia de Oysimo, ecclesia de Billiaco, ecclesia de Barcerna....

In cujus rei testimonium sigillum nostrum communis capituli, una cum sigillo predicti reverendi patris, presentibus litteris duximus apponendum.... Et nos prefatus Erardus, Divina miseratione Autissiodorensis episcopus, predictis ordinationi et statuto expresse consentimus et autoritatem prestamus ac etiam confirmamus, et sigillum nostrum una cum sigillo dicti capituli, ad eorum instantiam, dictis litteris apposuimus in robur et testimonium veritatis. Actum anno Domini M. CC. LXXV. in generali capitulo nostro, kalend. maii supradicto.

Altare Sancti-Eligii, quod fundavit Petrus de Dyciaco, quod dudum obtinuit ex collatione capituli dominus Hugo Goderoncium, quodque ex collatione dicti capituli nunc obtinet D. Dionysius Grassini.

Item altare Sancti-Georgii quod fundavit dominus Guillelmus de Marchant,

quod dudum obtinuit ex collatione capituli Petrus Villain, et simili modo nunc obtinet dominus Gilbaudi.

Item altare Beati-Martini dominus Humbertus de Chalemart fundavit, quod nunc obtinet curatus de Palliaco ex collatione capituli.

Item altare BB. Gervasii et Prothasii, quod fundavit dominus Parisius Petit; quod dudum obtinuit ex collatione capituli dominus Michael Rolier, et eodem modo nunc obtinet dominus Petrus Ogerii curatus de Migeto.

Item altare B. Marie Magdalenes, de novo fundatum per dominum Rogerium de Sobolea, quod dudum obtinuit dominus Johannes de Firmoloco a prima collatione decani; prout idem Rogerius ordinavit. Post cujus primam collationem dum vacaret, capitulum, habet ordinare ad nutum, prout in littere domini episcopi, dicte ordinationis confirmatoria plenius continetur, cujus littere originale est in thesauro capituli cum litteris fundationis et admortizationis dicti altaris seu vicarie in pixide, ubi sunt littere dicte admortizationis; quodque seu quam nunc obtinet ad nutum dicti capituli dominus Petrus.

Item altare B. Katherine, quod de novo fundavit dominus Johannes Mercerii, quod contulit domino Johanni Prepositi, et post decessum dicti decani erit, prout est, de collatione capituli in communi et fiet per electionem, prout dictum altare domini Rogerii.

Ad collationem vero decani Autiss. pertinet altare B. Andree, quod fundavit dominus Droco Jordani decanus Autiss.; ubi sunt due capellanie quas primo obtinuerunt dominus Nicolaus Pastorelli et dominus Stephanus Quoquardi, et nunc obtinent dominus Johannes Chauchie et dominus Stephanus Lorin.

Quod oblationes majoris altaris dum non pulsantur grosse campane pertinent ad ebdomadarium.

Guillelmus, decanus, et universum ecclesie Autissiodorensis capitulum : omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum fieri voluimus, quod inter venerabilem virum Guillelmum, thesaurarium et Eustachium, ecclesie nostre sacristam, ex una parte, et presbyteros ejusdem ecclesie qui ad celebrandum in majori altari in ecclesia nostra admittuntur, ex altera, coram nobis in capitulo questio vertebatur super oblatione quam vir venerabilis Regnaudus Sancti-Germani abbas, in benedictione sua ad manum episcopi sibi benedictionis munus in nostra ecclesia impendentis obtulit, quam scilicet oblationem prefatus sacrista acceperat eam sibi et thesaurario competere, de jure allegans; presbyteris dicentibus, ex adverso, quod omnes oblationes que fiunt ad missam ebdomadarii sacerdotis, diebus quibus majores campane pro solemnitatis exigentia non pulsantur, de antiquo et approbata ecclesie consuetudine ad ipsum ebdomadarium pertinere noscuntur, et sic per consequens que in abbatum, abbatissarumve benedictionibus consueverunt fieri ad missam ebdomadarii, diebus talibus, quando majores non pulsantur campane. Hanc itaque controversiam taliter partibus approbantibus decidimus : Decrevimus enim oblationes hujusmodi diebus talibus ad sacerdotem ebdomadarium pertinere. Quod ne deinceps vertatur in dubium, presentem cartam notari fecimus, et sigilli nostri patrocinio roborari. Actum anno Domini MCCXXI.

Iste sunt processiones debite capitulo per annum.

Apud Sanctum-Peregrinum sit processio, et debet presbyter quinque solidos canonicis : non canonici nihil percipiunt.

Apud Sanctum-Gervasium prior debet XII solidos Turonenses. Tenentes capsam habent quilibet IV den. de bursa prioris. Non canonici habent in sero quisque unum den.

Apud Sanctum-Petrum abbas et conventus debent XII solidos : non canonici habent unum denarium residuum de bursa capituli, et sic in precedenti.

Apud Sanctum-Germanum totum de bursa capituli, scilicet XII solidi et IV denarii in his habent in sero non canonici unum denarium.

Apud Sanctum-Eusebium prior debet pro statione X solidos, camerario distributori VI solidos, dominus episcopus VI solidos. In his duodecim solidis non canonicis habent V denarios.

Apud Beatam-Mariam-extra-muros, in Nativitate B. Marie-Virginis, prior debet XII solidos. In his habent non canonici unum denarium.

Item in festo Sancte-Crucis cuilibet canonico..... de bursa capituli.

Apud Sanctum-Julianum ab abbatissa XII solidos pro gastellis. Non canonici habent in sero unum denarium.

Isti sunt redditus quos debet dominus episcopus Autiss. annuatim, ecclesie Autiss. in pecunia.

Primo pro antiphona O, in Adventu Domini. XL solid.

Item pro anniversario domini Guillelmi de Gressibus, in januario, 20 lib.

Item pro anniversario domini Herardi de Lesinis, in martio, 20 lib.

Singulis annis in festos Resurrectionis Domini, pro Indardo, 7 lib. Turon.

Item pro anniversario domini Petri de Mornayo, quod fit in mayo, 20 lib.

Item pro domo de curia, in festo beati Joannis-Baptiste, 20 lib.

Item pro statione Sancti-Eusebii de eodem termino Sancti-Joannis, 6 sol.

Item pro festo B. Ludovici, quod fit in augusto, 50 lib.

Item pro statione B. Amatoris, de termino Nativitatis B. Marie, 15 sol.

Item pro eodem indardo, in festo Beati Remigii, 17 lib.

Item pro minagio de Appoignyaco, ad festum B. Remigii, 2 lib.

Item ceram pro angelis circa majus altare existentibus.

Item vinum quod potatur die jovis in Cena Domini.

Item gastellos et vinum in vigilia kal. maii.

Item vinum quod consuevit ministrare in capitulo collegio, in domo episcopali, in sex festivitatibus anni, videlicet Nativitatis Domini, B. Stephani immediate sequentis, in festo Ressurrectionis dominice, Pentecostes, Inventionis B. Stephani et in festo Omnium-Sanctorum.

Isti sunt redditus quod debet comes Autiss.

Comes Autiss. debet similiter annuatim, per plures partes et super certis redditibus et emolumentis comitatus, 29 libras redditus perpetui et in certis terminis prout hec omnia plenius continentur et specificantur in quibusdam litteris ordinationis et condemnationis baillivi Senonensis sigillatis sigillo Senonensis baillivi, que littere posite sunt in thesauro.

N° 342.

Mémoriaux sur les reliques de S. Martin, S. Germain et S. Thibaud, tirés des registres du Chapitre d'Auxerre de la fin du XIVe siècle et du commencement du XVe.

(VII. Aprilis M. CCC. XCIX.)

Reportata per dominos decanum et thesaurarium supplicatione et requisitione potentis domine, domine comitisse Nivernensis, per religiosum fratrem Martinum *Porée*, ordinis Fratrum-Predicatorum de conventu Senonensi, domini comitis Nivernensis confessorem, facta.

Et habita super hoc deliberatione, capitulum sibi concessit, et in capitulo tradidit, et per dominos decanum et Laurentium Moronis transmissit dicte domine comitisse unam parvam peciam chlamydis S. Martini.

Mercurii XXI aprilis MCCCCLXXX : prolocutum fuit de ordine habendo in processione proximo die sabbati facienda, ob reverentiam Translationis corporis beati Theobaldi, dicta die, a loco et capella de Bello-Monte, alias *S. Thiebaut-des-Bois* in parochia de Chevannis, Autissiodorensis diocesis, ad monasterium S. Germani Autissiod. dicta die facienda.

Sabbato XXIIII : facta est translatio corporis S. Theobaldi.

Jovis X maii MCCCCIII : propter honorem et reverentiam beati Germani Autissiodorensis confessoris, et ob magnam affectionem quam habere dicitur ad ipsum beatissimum Germanum, venerabilis vir dominus Guillelmus de Gaugiaco, decanus ecclesie collegiate S. Germani Autissiodor. Parisiensis, propterque plura grata servitia que idem dominus Guillelmus decanus pluries impendit, et de die in diem impendere non definit capitulo, eidem domino decano generose concessit unam modicam partem tunice dicti beatissimi Germani mittendam eidem domino decano, Parisius, per magistrum Johannem Piqueronis; quam petiam scindere jusserunt per dominum decanum, vocatis secum et presentibus quatuor vel quinque de dominis canonicis, et me notario et testibus.

Mercurii VIII maii MCCCCIX : dominus Stephanus Bisontii supplicavit quatenus capitulum sibi velit annuere generose quod habeat modicam particulam chlamydis S. Martini ut dare possit et honorare ecclesiam S. Martini in qua baptizatus fuit. Quod fuit sibi concessum, et ipse obtulit ecclesie libere unam marcham argenti.

(Voyez à cette occasion ce qui est dit de la même relique dans les Preuves de l'Histoire de la Prise d'Auxerre, pag. xxix, et ajoutez à cela ce que j'ai lu dans un Inventaire de titres du chapitre de Champeaux en Brie, diocèse de Paris.

Certificat du chapitre d'Auxerre donné en 1286, à Droco de S. Mery, chanoine de Champeaux, d'un morceau du manteau de S. Martin qui n'est plus à présent (à Champeaux) mais engagé à l'église de S. Severin, à Paris.

Sabbato XXIX Augusti MCCCCXI : fuit ordinatum quod fiat crastina die processio generalis pro pace ad S. Germanum, et deferatur mantellus S. Martini, et in regressu missa in capella B. Marie.

N° 343.

Mémoires sur la fête des Fous tirés des mêmes registres de la cathédrale d'Auxerre de la fin du XIV[e] siècle et du commencement du XV[e].

(*Lune XX decembris M. CCC. XCXV*).

Loquendo de festo Fatuorum, et visa ordinatione super hoc facta in generali capitulo kal. maii ultimo preterito, habita deliberatione per capita, ordinatum fuit per capitulum quod dicta ordinatio teneatur, et quod servitium honeste absque... fiat. Et quod si fiat fraus non ponantur aliqua mala verba, nec loquatur male de aliquibus extraneis, et fiat post missam : quodque nemo ad penam decem librarum Turon. de facto accipiat capas nec vel alias..... alia vadia capiantur de facto quod capitulum suis subsidiis inhibuit.....

Sed si aliqui debeant aliquid tam pro novis receptionibus quam pro Parisius, hoc notificabitur capitulo, et capitulum de debitoribus hujusmodi faciet rationem et solutionem.

xv decembris mcccxcvi : Positum fuit in deliberatione utrum fiat festum Fatuorum proximum, cum domini nostri rex et alii regales Francie sint valde dolorosi, propter nova armature facte in partibus Ungarie contra Saracenos et inimicos fidei. Et habita deliberatione per capita, capitulum ordinavit ut nullum signum festi Fatuorum penitus fiat hac vice, nisi alias capitulum ordinaverit.

Il paroît qu'aux réceptions on payoit pour cette fête un certain droit. Voyez au 3 octobre 1397, 14 *décembre* 1397, 28 *avril* 1400.

xxvii decembris mcccxcviii: Cum requireretur a capitulo pro festo Fatuorum dari vinum, prout est consuetum, dominus decanus dixit quod alicui gratie, si que fiat a capitulo dicto festo dandi vinum predictum, contradicebat, et contradicit, et recessit a capitulo; et postmodum dicto domino decano absente, et dicto domino Alepte presidente, positum fuit in deliberatione utrum esset expediens eidem festo dare vinum : et habita super hoc deliberatione, et nemine contradicente, fuit dictum et deliberatum esse expediens eis dare unum modium vini, et est ordinatum quatenus eis expediatur unum modium vini, vel pro eo dentur eisdem duo scuta.

xviii decembris mcccc: Capitulum ordinavit quod de cetero omnes qui de festo Fatuorum fuerint non pulsent campanam capituli sui post prandium, dempta prima die in qua suum episcopum eligent, et etiam quod in suis sermonibus fatuis non ponant seu dicant aliqua opprobria in vituperium alicujus persone, sub pena amissionis distributionum suarum per quindecim dies, et etiam sub eadem pena ordinarunt quod ipsi de dicto festo non capiant capas aliquorum qui ipsis de dicto festo aliquid solvere debebunt. Inhibitumque fuit omnibus subditis qui in dicto festo fuerint, ne aliquis eorum aliquos tam mares quam mulieres verberent per villam, nec aliquam derisionem faciant per quod posset ecclesie prejudicium seu vituperium exoriri, sub pena amissionis distributionum suarum per mensem, una cum ordinaria pena; et amodo sint privati dictis distributionibus suis.

Ibidem xii januarii : Fuit propositum in capitulo quod cum dom nus episcopus Autissiodor. nuper se fecisset restitui in certis casibus novitatis que sequuntur; videlicet quod illi de festo Fatuorum in ecclesia Autissiodorensi non poterant facere capitulum, et quod procuratores non poterant uti officio procurationis, et quod nullus poterat post cantationem horarum in ecclesia Autissiodorensi clamare *la fête aux foux*, et quod nullus notarius poterat tale instrumentum, nec aliqua alia recipere, etc.

ii decembris mcccci : Eadem die dominus abbas Pontigniaci predicavit in capitulo de abolendo festum Fatuorum, quod dictum festum non erat, nec unquam fuerat a Deo nec ecclesia approbandum seu approbatum, neque erat solemnizandum, et quod dictum festum non erat nec est tolerandum, imo annulandum.

Die tertia proposuit dominus decanus quod cum omnes de capitulo scirent qualiter heri in dicto capitulo, publice, dominus abbas Pontigniaci predicavit de festo Fatuorum, et dixit ac conclusit in effectum quod dictum festum non erat, nec unquam fuit a Deo nec ecclesia approbatum nec unquam fuit seu est solemnizandum, nec est tolerandum, imo annullandum et abolendum, prout etiam dixerat idem dominus abbas, et conclusum fuisse per universitatem Parisiensem; que universitas erat intentionis et propositi hec facere publice predicari per universas ecclesias regni Francie in quibus consuevit simile festum.... et ipsum festum annullare, etiam per invocationem brachii secularis, dicens dictus dominus decanus quod melius et honorabilius esset ipsis dominis capitulantibus de se ipsis super premissis remedium querere ex eorum

voluntate et proprio motu quam ex compulsione superiorum vel alias rigorose, exhortans dictos dominos capitulantes quatenus super hoc vellent ad statim deliberare, et suas dare opiniones quid agendum, etc.

Et finaliter post plures prolocutiones super hoc habitas, omnes dicti domini capitulantes ut sequitur, in sua deliberatione per capita singulariter singuli quod dictum festum Fatuorum annullaretur, et quod super hoc fiet aliqua bona ordinatio per dominos, capitulantes quam habebunt ipsi qui dictum festum subdiaconi celebrabunt tenere, et quod nullus sermo in dicto festo infra ecclesiam fieret, quodque nullus ecclesiam ipsam intraret, maxime dum celebrabuntur divina, nisi indutus suis vestibus ecclesiast. Nihilominus ad habendum aliquam memoriam de dicto festo, fieret die Circumcisionis Domini, festum quod dicetur subdiaconorum, quemadmodum die festi S. Johannis presbyteri, die Innocentium pueri in albis, et die S. Stephani diaconi facient festum..... extra ecclesiam : et poterunt, si volunt, chorizare in platea S. Stephani cum..... et simul spatiare.

XII decembris MCCCCVII : Quia in festo Fatuorum, quod per aliquos de ista ecclesia fiebat prima die januarii, multa turpia et inhonesta committebantur, unde multa scandala contingebant : propterea ordinatum fuit et per capita, nemine contradicente, conclusum, preter magistrum Johannem Piqueron et dominum Johannem Bonat, et dominum Johannem Bertomi, quod de cetero nullum fiat festum Fatuorum, ut de cetero talia turpia non contingant. Dicti magistri Joannes Piqueron, Bonat et Bertomi dixerunt quod erant concordes quod illud quod alias fuerat cum domino episcopo per capitulum concordatum servaretur, nolebant tamen quod dictum festum perpetuo tolleretur, et dictus magister Joannes Piqueron dixit quod erat festum subdiaconorum istius ecclesie, et quod protestabatur quod sibi aut suis sociis subdiaconis istius ecclesie presentibus et futuris non noceretur pro futuro. Et quia ab aliquibus dubitabitur utrum ista ordinatio de dicto festo non faciendo, solum teneretur pro isto anno vel perpetuo : propterea iterato de consensu omnium dominorum de capitulo, preter dictos tres, fuit ordinatum, statutum et conclusum quod dicta ordinatio de dicto festo Fatuorum non faciendo, perpetuo et inviolabiliter custodiatur et teneatur.

Veneris II januarii MCCCCX : Reginaldo de Fontanis presidente, dominus decanus exposuit quod cum jam diu est per capitulum de unanimi consensu et per capita pluribus deliberationibus habitis extiterit ordinatum, etiam ad requisitionem et requestam bone memorie defuncti domini Michaelis quondam Autissiodor. episcopi, cui etiam seu suis fuerunt littere concesse super hoc quod ex tunc et deinceps festum Fatuorum amplius non fieret per canonicos tortrarios aut capellanos vel chorarios ecclesie quoscumque, imo ex toto amoveretur et adnihilaretur pro pluribus delictis, excessibus, injuriis et peccatis, quod in eodem festo et sub ejus umbra committebatur, fuerintque injuncte certe pene et defensiones scripte in capitulo, in registro notarii capituli. Nihilominus tamen, spretis omnibus penis et defensionibus, plures de ecclesia canonici tortarii, capellani et clerici Deum pre oculis non habentes ultro dictum festum fecerunt, et se transfiguraverunt in diversos habitus inhonestos, et in ecclesia Autissiodor. in vesperis, in missa et matutinis fecerunt plura inhonesta facta dum celebrabatur divinum officium, et post, dixerunt altis vocibus plura verba injuriosa etiam eidem decano, et totum servitium et ecclesiam perturbarunt, quibus in honestis dictis et factis dicta ecclesia et servitium ecclesie fuit quam plurimum diffamata, et perturbatum, etiam per villam similia et pejora commisserunt. Que omnia cedunt in dicte ecclesie dedecus et inhonestatem, et in vilipendium personarum subditorum capituli et animarum suarum detrimentum. Unde requirebat et requisivit idem dominus decanus instanter et instantissime eisdem dominis de capitulo quatenus super hoc procederetur contra ipsos delinquentes, etc.

On nomma des chanoines commissaires pour informer, Etienne de Lignères et Guillaume Blesi, et Jean Picard pour procureur.

Veneris XVIII decembris MCCCCXI, in sexta sessione capituli generalis.

Fuit hodie ordinatum quod statutum factum die lune in vigilia S. Lucie, anno CCCC VII quod festum Fatuorum omnino tolletur, perpetuo, ut in eodem contineatur, observetur inviolabiliter, addito quod nullus veniat ad ecclesiam in alio habitu quam in habitu ecclesie, et si qui veniant, nullas percipiant distributiones. Huic autem ordinationi non consenserunt magistri Joannes Piqueron, Joannes Boileauc, Devisco, Pavionis et Viandi, qui quantum potuerunt, contradixerunt,

et H. Desnoes etiam qui sentiit et dixit ut alii.

Voyez ce que dit Jacques Destions, theologal de Senlis, dans son livre du paganisme du Roiboit, citant Gerson qui écrit qu'un auteur Auxerrois avoit dit que la fête des Foux étoit aussi approuvée que la fête de la Conception de la Sainte-Vierge. Festum hoc Fatuorum a Deo approbatum esse sicut festum Conceptionis Virginis Marie asseruit quidam in urbe Autissiodorensi. *Gerson, part. 4. num. 10. littera N.*

Aussi Jean Vivien, chanoine d'Auxerre, alors vivant, a-t-il marqué dans son breviaire qui est à la Bibliothèque du Roi, Cod. Colbert, 4227 et 28, cette rubrique singulière aux premières vêpres de la Circoncision : [Secundum consuetudinem Autissiodorensis ecclesie antiphona *Hodie Christus*, dicitur super quemlibet psalmorum, quia festum Circumcionis Domini vocatur in dicta ecclesia festum Fatuorum.] L'auteur ignoroit que bien avant l'origine de la fête des Foux, lorsqu'on n'avoit qu'une antienne aux premières vêpres de quelque fête que ce fût, on repétoit cette antienne après chaque psaume.

N° 344.

Cédule en parchemin conservée avec les reliques de l'abbaye de S. Julien d'Auxerre.

(Vers l'an 1400.)

In hoc scrinio reposite sunt reliquie que sequuntur.

De S. Marco evangelista.

Item, reliquie S. Bricii.

Item, de carne beati Dionysii et baculo et vestimentis ejus, et beati Sulpitii confessoris et S. Saturnini.

Item, S. Germani.

Item, de costa S. Lupi confessoris.

Item, beati Martini.

Item, de costi beati Laurentii.

Item, de reliquiis S. Quintini.

Item, S. Gervasii.

Item, de alba et casula et sudario et caligis in quibus beatus Edmundus confessor erat sepultus.

Item, de reliquiis S. Marsi confessoris, quondam canonici ecclesie S. Juliani, et S. Corcodomi qui fuit et sociis S. Peregrini.

Autre cédule du même siècle aussi en parchemin.

De S. Dionysio, S. Lupo, S. Crispino, Edmundo, Quintino. De S. Gervasio, de S. Eutropio, de S. Martino, de S. Ferreolo, Marco confessore.

On conserve encore dans cette église une grande partie des mêmes reliques, entr'autres de S. Marse prêtre, compagnon de S. Pélerin, qualifié cy-dessus mal-à-propos du titre de chanoine ; de S. Corcodome, S. Brice. Ce qui est dit de S. Germain d'Auxerre consiste en un morceau de péronée ou d'humerus long de deux doigts et scié des deux bouts.

N° 345.

Election de messire Jean Alepté chantre de l'église d'Auxerre.

(An 1402.)

Hac die mercurii xiiii mensis februarii, dominis decanos et capitulo ad sonum campane, hora solita, in capitulo congregatis, dominus Johannes Alepte retulit in capitulo, in absentia magistri Johannis Duploiz predictis omnibus dominis canonicis se heri, una cum dicto magistro Johanne Duploiz, ac me notario, personaliter accessise ad domum habitationis magistri Stephani Magnidoliarii primo, et ad domum magistri Guillelmi Hugonis, canonicorum deinde et eisdem duobus canonicis in dictis suis domibus personaliter repertis infirmis, ex parte capituli intimasse et nunciasse qualiter dicti domini decanus et capitulum, die lune ultima preterita in eorum capitulo ordinaverant et deliberaverant deberi procedere ad electionem cantoris dicte ecclesie Aut. quoniam ipsa cantoria vacabat per assecutionem decanatus Parisiensis a venerabili viro magistro Johanne Chanteprime, ultimo dicte ecclesie cantor assecuti seu acceptati, ipsisque debite intimasse quod ad hujusmodi electionem celebrandam assignatus erat terminus ad diem mercurii crastinam, videlicet ad hodie ; et quod ad ipsam diem interessent si et prout ad eam vellent interesse; alioquin ad ipsius electionis celebrande procederetur, ipsorum absentia non obstante, prout foret rationis. Quorum duorum canonicorum uterque eis responderat et dixerat se esse infirmum, et ideo ad ipsam electionem non posse interesse commode, subdendo quod, prout eis videbatur, capitulum non poterat ad hujusmodi electionem faciendam procedere, cum super eadem cantoria lis penderet in romana cura, indecisa; nihilominus eis placebat quod capitulum in hoc faceret secudum quod melius et utilius sibi videretur expedire.

Quaquidem relatione facta, prefati domini decanus et capitulum omnes concorditer per capita singulorum deliberarunt in

dicta electione fienda fore per viam Sancti-Spiritus procedendum. Que siquidem via Sancti-Spiritus electa, nomine domini nostri Jesu-Christi prius invocato, omnes concorditer, nemine discrepante seu dissentiente, ad dictam cantoriam habendam et obtinendam, tanquam vacantem ad presens per assecutionem decanatus Parisiensis a venerabili viro magistro Johanne Chanteprime, nuper et ultime dicte cantorie cantoris, nunc autem Parisiensis decani, factam, aut alias quovis-modo, nominarunt et elegerunt unanimi consensu prenominatum dominum Johannem Alepte, succollectorem apostolicum, ibidem presentem, tanquam sufficientem et idoneum; ipsumque dominum Johannem Alepte, in omni jure et ad jus omne quod in ipsa cantoria dicto magistro Johanni Chanteprime, quomodolibet competebat seu competere poterat, tempore assecutionis dicti decanatus Parisiensis, seu alias quovismodo surrogarent, prout melius potuerunt. Et hujusmodi facta electione in presentia discretorum virorum dominorum Johannis Pioche, curati pariochialis ecclesie S. Renoberti Autissiod. et Johannis Chauchié, canonici ecclesie collegiate B. Marie-in-Civitate Autiss. presbyterorum, de jussu dictorum dominorum decani et capituli in dicto capitulo supervenientium, dicti domini decanus et capitulum, per os ipsius domini decani, predictam electionem sic ab eis per viam Sancti-Spiritus, ut prefertur, factam fuisse recitarunt et nuntiarunt. Deputarunt ergo veuerabiles viros dominos Petrum Paterne et Andream Philippi eorum concanonicos, ibidem presentes et onus acceptentes, accessuros ad prefatos magistros Stephanum Magnidoliarii et Guillelmum Hugonis, et ipsis prefatam electionem et ejusmodum nuntiaturos, ab eisque scituros, suam super hoc voluntatem et deinde ipsam voluntatem suam ad statim dictis dominis decano et capitulo relaturos.

Qui quidem missi, una cum notario et duobus testibus supra et infra dictis, ad mandatum dictorum dominorum proficiscentes, ad domum dicti magistri Guillelmi Hugonis primitus accesserunt, et sibi quem in domo sua personaliter receperunt ex parte capituli, per os dicti domini Petri Paterne, hujusmodi electionem sic factam, ut premittitur, nuntiaverunt, videlicet dictum dominum Johannem Alepte fuisse ab omnibus dominis de capitulo per viam Sancti-Spiritus concorditer electum: qui respondit et dixit quod in hoc non contradicebat, imo sibi optime placebat, eratque, ut sibi videbatur, ipse dominus Johannes Alepte sufficiens et idoneus ad dictam cantoriam et etiam majus beneficium obtinendum. Et postmodum ipsis missis, una mecum notario et dictis testibus, ad domum dicti magistri Stephani Magnidolearii accedentibus, ipsoque magistro Stephano in dicta domo sua personaliter invento et hujusmodi electione, per os dicti domini Petri Paterne nuntiata et intimata, dixit et respondit in effectu quod in hujusmodi electione non contradicebat, subdens quod nihilominus sibi videbatur, prout heri aliis missis a capitulo dixerat, ut dicebat, quod capitulum de hujusmodi electione fienda se intromittere non poterat, cum his super dicta cantoria in Romana curia penderet indecisa, et illico dicta responsione habita dicti domini Petrus Paterne et Andreas Philippi ad capitulum revenerunt, et premissa, omnia dictis dominis decano et capitulo eosdem expectantibus et retulerunt et nuntiarunt. Et ipsa facta relatione prefati D. decanus et capitulum per os dicti domini decani in mei notarii et testium predictorum presentia, petierunt a dicto domino Johanne Alepte, ibidem presenti, si dictam electionem, ut premissum est, de eo factam acceptabat et acceptare volebat: Qui quidem dominus Johannes, incontinenti et sine aliquo intervallo, eisdem domino decano et capitulo de hujusmodi honore sibi impenso gratias humiliter referendo, dictam electionem de se factam, ratam habuit atque gratam, et eam quantum in se fuit et potuit, acceptavit, protestando solemniter quod propter dictam electionem sic factam et per eum acceptatam non intendebat quovis modo ecclesie parrochiali de Crebano, quam obtinet de presenti, tacite vel expresse renuntiare, nec eam dimittere, donec et quousque de dicta cantoria fuisset sibi integraliter provisum, et ipsius cantorie pacificam possessionem assecutus extiterit, fructusque redditus et proventus levet et percipiat, libere et quiete ex eadem; ad quam protestationem dicti domini decanus et capitulum ipsum dominum Johannem Alepte.... et plenarie admiserunt et receperunt in quantum de jure fieri et potuerunt et debuerunt. De quibus omnibus et singulis, tam dicti domini decanus et capitulum quam prefatus dominus Alepte electus, petierunt et quilibet eorum petiit, per me notarium infrascriptum, sibi fieri publicum instrumentum.

Acta sunt hec ubi supra, sub anno, indictione, die, mense, et ab electis qui-

bus supra, presentibus supradictis dominis Johanne Pioche et Johanne Chauchie presbyteris testibus, etc.

(Ex regist. Capit. Autiss.)

Nota. *Cette élection n'eut pas lieu, Jean de Molins avoit des prétentions sur la chantrerie dès le mois d'octobre 1397, après la mort de Bertrand Cassinel. La dispute fut endormie ensuite, et Jean Chanteprime passa pour chantre.*

N° 346.

Règlement du roi concernant la draperie d'Auxerre

(An 1407, 9 mars.)

Charles, par la grace de Dieu roi de France : savoir faisons à tous présens et advenir de la partie de notre procureur ou baillage d'Aucerre et de noz bourgois et habitans dudit lieu, nous avoir esté monstrées et exhibées certaines lettres faictes et passées par manière d'ordonnance par le lieutenant de notre bailli dudit Aucerre, desquelles la teneur s'ensuit. A tous ceulx qui ces présentes lettres verront : Jehan Regnier le jeune, escuier, lieutenant de noble homme monsieur Gasselin du Bos, seigneur de Raincheval, chevalier et chambellan du roy nostre sire, bailli de Sens et d'Aucerre, salut. Savoir faisons que comme dès le xvie jour de décembre dernièrement passé, par le conseil, advis et délibération des advocats et procureurs du roy notre sire, à Aucerre, des bourgois jurez de ladite ville, et de plusieurs autres notables personnes d'icelle ville, gens d'eglise et autres à ce présens, et pour l'utilité de la chose publique et obvier à plusieurs inconvéniens, eussions ordonné et fait édit et ordonnance que d'illec en avant en ladite ville d'Aucerre on ne vendroit ne pourroit vendre draps, se premiers et avant toute œuvre ilz n'estoit apprêtez; c'est assavoir retonduz et moillez afin comme sont ceulx que que l'on vent en la bonne ville de Paris, et s'il estoit trouvé que lesdiz draps depuis qu'ils seroient aprestez, retondus et moillez et aprez ce qu'ilz auroient esté vendus ne feussent deuement aprestez, retonduz et moillez, afin ceulx qui achète les auroient pour raison et à cause de l'intèrest et pertes et dommaiges qui adviendroient pour ce deffault, auroient et pourroient avoir contre cellui ou ceulx qui venduz les auroient, recours, action et poursuite se bon leur sembloit, et avec ce seroient iceulx vendeurs privez de vendre draps par quinze jours entiers, et par tant de foiz comme ilz y méprendroient; laquelle ordonnance le roy nostre dit seigneur par ses lettres-patentes en laz de soie et cire verte, eust ratiffié, loué, gréé, approuvée et confermée. Nous, depuis toutes ces choses, eu conseil et advis avec lesdiz advocat et procureur du roy et autres personnes notables de ladite ville, et sur ce oiz les marchands drapiers d'icelle ville et cité d'Aucerre, gens d'eglise et autres congnoissans ou fait de ladite marchandise, et considéré tout ce qui en cete partie fait à considérer, et qui de raison nous puet et doit mouvoir, en empliant ladite ordonnance et sans préjudice ou innovation d'icelle, avons derechief ordonné et ordonnons pour le bien iet utilité communs que en ladite ville et cité, et partout le baillage, prévosté et ressort d'Aucerre les draps qui dorésenavant se vendront, seront vendus tout aprestez, moillez et tonduz, afin au regart et en tant qu'il touche seulement les draps qui seront vendus à détail; et quand aux draps à vendre en gros ilz pourront estre vendus sans estre moillez ne retonduz et à tout la layne, tant en ladite ville et cité d'Aucerre, comme par tout le bailliage, prévosté et ressort d'illec.

Si donnons en mandement au prevost d'Aucerre ou son lieutenant que les choses dessus dictes face crier et publier solempnellement et par tout ladite prevosté et ressort, et ces présentes ordonnances face tenir et garder par la forme et manière que déclairé est cy-dessus. En tesmoing de laquelle chose nous avons fait seeller ces lettres de notre seel. Donné à Auxerre, le xxiiiie jour du mois de janvier m. cccc. et vii, ainsi signé : Champfremeux.

Lesquelles lettres dessus transcriptes avons agréables, et l'ordonnance et status contenus en icelles, de nostre plénière puissance et auctorité royal pour le bien et utilité de la chose publique, louons, gréons, ratifions et approuvons, et d'abondant par ces présentes les confirmons. Si donnons en mandement à noz bailli et prévost dudit Aucerre et à tous autres justiciers et officiers, ou à leurs lieuxtenans et à chacun d'eulx, si comme à lui appartiendra, que ces présentes aprobation et confirmation facent tenir et garder sans enfraindre.

Et que ce soit ferme chose et estable à tousjours, nous avons fait mettre notre seel à ces présentes, sauf en autres choses notre droict et l'autruy en toutes. Donné à Paris le ixe jour de mars, l'an de grace m cccc et vii, et de notre règne le xxviii.

Par le roi à la relation du conseil : De Rouvres. Scellé du grand sceau de cire verte.

(*Transcrit sur l'original aux archives de la ville; case, B. n° 3.*)

N° 347.

Entérinement des lettres-patentes sur les doubles clefs des portes de la ville d'Auxerre.

(An 1411, 24 novembre.)

A tous ceulx qui verront ces présentes lettres : Jehan Tribolé, le jeune, licencié en lois, lieutenant de noble monseigneur Guy, seigneur Desgreville, chevalier et chambellan du roy notre sire, bailli de Senz et d'Aucerre, salut. Savoir faisons que veues les lettres du roy notre dit seigneur cy athachés soubs notre seel. Nous, pour consideration du contenu esdites lettres, et pour ce qui nous est apparu du congié et licence qui paravant avoient esté donnez et ottroyez par messire Gasselin du Bos, chevalier, nagaires bailli desdiz bailliages, aux bourgois, manans et habitans de la ville d'Aucerre, de mettre et asseoir les secondes et nouvelles serrures et clefs qui mises ont esté ez portes, ponsleviz, planches, barrières, huys et poternes de la forteresse d'Aucerre avec celles qui ja y estoient, et dont le capitaine de la dite ville avoit la garde pour le roy notre sire, à iceulx manans, habitants, par vertu desdites lettres royaux et en entérinant icelles, présent ad ce et non contredisant honorable homme et maistre Didier Colon, licencié en lois, procureur du roy nostre sire ou bailliage d'Auxerre, avons octroyé et octroyons que lesdittes secondes serrures et clefz demeurent doresnavant esdites portes, pont-leveiz, planches, barrières, huys et poternes de ladite forteresse, et qu'ilz en ayent la garde et leur en avons donné et donnons congié et licence selon le contenu esdictes lettres. Donné soubs notre seel le mardy vingt-quatriesme jour de novembre, l'an mil quatre cent et unze ainsi signé : Chamfremeux.

(*Tiré des archives de la ville.*)

N° 348.

Fragment de l'anonyme de S. Denys, comptemporain de Charles VI, sur la paix d'Auxerre de l'an 1412, tiré du manuscrit Colbert 606, qui appartenoit, en 1500, à un nommé Etienne Barbier.

(An 1412.)

Cum autem ad vinculum dilectionis utrinque amplius consolidandum rex principibus presentibus omnia dominia autoritate sue guerre tempore occupata libere restituisset, ab obsidione recedens in acie ordinato rege Sicilie cum vexillis precedenti, et preposito Parisii cum multis pugnatoribus subsequente, Autissiodorum venit. Eum postmodum dux Biturie secutus, augusti die XIII, non tamen cum armata comitiva urbem ingressus est, successivisque feriis duces Aurelian. et de Borbonio, quibus duces Guyenne et Burg. obviam perrexerunt, et honorifice ad regem perduxerunt. In hac igitur civitate quia rex solita egritudine incipiebat laborare, domino duci Guyenne placuit, ut quod deliberatum fuerat compleretur, mandans ut de gremio alme universitatis Parisiensis doctores et magistri, cum preposito mercatorum et scabinis dicte ville cives in certo nostro mitterentur

Ex famosioribus interum civitatibus regni singuli autoritate regia jussi sunt ut die augusti vigesima secunda, et in ampliori curia ecclesie cathedralis Sancti-Germani (1) propter hoc convenirent, quam et die assignata, ad instar imperialis consistori, sedibus, tapetibus olosericis, palleis quoque aureis coopertis ornatam repererunt. Ad locum igitur dominus dux Guyenne, cum principibus accedens, et sedem excellentiorem dupli aureo solio coopertam ascendens ut autoritatem regiam loco genitoris absentis exerceret, locum sibi preparatum occupavit, et juxta se Ludovicum regem Sicilie collocavit. In parte ex tunc dextra domini duces Biturie, de Borbonio et de Barro. Karolus quoque d'Alebret, regis consobrinus, et inde ceteri comites et barones, secundum uniuscujusque generis claritatem. Latere quoq ue sinistro archiepiscopi, prelati, et in descensu graduum ante ducem, Francie ac Guyenne cancellarii, sed paulo inferius sequebantur universitatis Parisiensis nuncii, burgenses Parisienses et aliarum urbium convocati. Et ne supervenientium mole nimium premerentur, multis armatis ad unguem scutiferis S. Pauli comes constabularius Francie, introitum custodiendum statuit. Quos et summa diligentia coegit suum ordinem tenere pede fixo obviantes minis et percussionibus terren-

(1) Voyez l'endroit de l'histoire civile d'Auxerre, où ce fait est rapporté; pour juger lequel des deux il faut corriger, ou *cathedralis* qui a été souligné après coup dans le ms. ou *S. Germani*. Observez que le mot *cathedralis* est répété plus bas, même deux fois. Vittius, chanoine d'Utrecht, qui a copié cette histoire vers l'an 1612, a obmis le mot *cathedralis*, le croyant effacé. Son ms. est composé de trois volumes parmi ceux de M. Baluze, num. 448. et seq.

do usque ad complementum ministerii inchoandi. Duci tamen Aurelianensi aliquandiu expectato et in locum designatum cum equitatura pomposa, et quasi regiam superante intromisso lugubri tamen veste, cum fratre suo comite Virtutum induto, eidem dux Borboniensis occurit, et assurgentibus ceteris cum salutationis afflatum inter se mutuo impendissent, dux Guyenne eumdem in amplexu et oculo pacifico benigne suscipiens inter duces Burgundie et de Borbonio fidem occupavit.

Tunc ad principale ventum est, et universis voce preconis indicto silentio, Francie cancellarius surgens alta voce : « Hic, » inquit, de precepto domini nostri regis » dominos presentes, et alios congregatos » noveritis ad confirmandam pacem jam » compositam inter ducem Burgundie, » ducem quoque Aurelianensis et Virtu» tum comitem, fratrem ejus, quam et » tertium fratrem eorum atque sororem » absentes affirmant gratam habere. »

[*Ensuite un secrétaire du roi lut les articles en françois.*]

Ut legendi secretarius finem fecit, dominus dux Guyenne ad se dominos convocavit, et super evangelicum textum, dominice crucis salutiferam portionem, ceterasque cathedralis ecclesie reliquias inter ipsum ac regem Sicilie tunc allatas precepit manus ponere, et successive jurare quod quicquid cedula continebat fideliter adimplerent. Quo peracto, ut sedes repetierunt domini, mox surgens cancellarius Guyenne, cuntis audientibus, clara voce : « Et ad majorem confirmationem, » inquit, tractatus pacifici placuit regi, ut » omnes viri ecclesiastici presentes ma» nus ad pectus in verbos sacerdotis affir» marent se ratum et gratum habituros » cuncta que fuerant, idque tam libenter » quam obedienter peregerunt, iterum » qui adjecisset. Demum rex imperat ut » nobiles congregati ad celum levantes dextras simile faciant juramentum. » Ad hoc verbum armati viri, gladios ad terram projecerunt universi quod imperatum fuerat peregerunt, pre magnitudine gaudii lacrymabiliter orantes, ut cum Juda proditore eternam reciperent portionem qui infringerent tractatum in aliqua sui parte.

Nil amplius actum est illa die, nisi quod in cuntis ecclesie urbis campanis pulsantibus, interim dum in cathedrali ecclesia altisonis vocibus *Te Deum* cantaretur, prefati DD. flexis genibus, Deo gratias reddiderunt, indeque simul cenaverunt cum tanta exuberanti letitia, ac si post periculosos fluctus minantes naufragium, optatum portum salutis attigissent.

Inde diebus compluscculis simul in letitia observantiis amicalibus exactis, regem solita egritudine detentum navigio perduci statuerunt usque Meledunum, etc.

N° 349.

Adhésion des habitants de Saint-Bris au manifeste publié par le duc Jean-Sans-Peur, le 25 avril 1417.

(An 1417, 10 octobre.)

Nous les habitants de Saint-Bris certifions à tous ceux qui ces présentes lettres verront, que par nobl. homme maistre Jacques de Courtiamble, seigneur de Commarien, chevalier, conseiller et chambellan du roy nostre sire et de nostre très redoubté seigneur monseigneur le duc de Bourgoingne, nous ont esté monstrées et exhibées les lectres patantes dudit monseigneur de Bourgoingne contenant en effet la bonne voulenté, entencion et propos qu'il a eus et a de présent au bien du roy nostre souverain seigneur, à la paix, tranquillité et réparation de son royaume; et que ad ce il veult entendre et vacquer de tout son povoir et exposer lui et les siens et ses vassaulx, subgez et aliés; lesquelles lectres veues, nous a esté par ledit maistre Commarien requis nostre entencion et voulenté sur icelles. A quoy nous avons respondu et respondons que le propos dudit monseigneur de Bourgoingne si est bon, sainct, juste et raisonnable, et que en ce nous voulons adhérer, et par ces présentes adhérons audit monseigneur de Bourgogne, et jurons et promettons nous employer à l'exécution du contenu esdites lettres de nostre possibilité, selon la forme et teneur d'icelles, au bien du roy nostre sire de son royaume et de la chose publicque.

En tesmoing de laquelle chose nous avons requis et obtenu le scel de la prévosté dudit Saint-Bris et le seing manuel de Jehan Guérault tabellion juré en la court d'icelle prévosté estre mis à ces présentes. Donné le xe jour du mois d'octobre l'an de grace M. CCCC. XVII (1).

(*Archives de la Côte-d'Or et D. Plancher*, t. III.)

(1) Nota. Il se trouve dans le même carton d'autres adhésions conçues dans les mêmes termes que la précédente et données par les habitants de Vermanton, Sacy, Mailly-le-Château, Vézelay, Chablis et Brienon.

N° 350.

Vente d'une place aux habitants d'Auxerre pour en tirer de l'arène.

(An 1416, 7 novembre.)

A tous ceux qui ces presentes lettres verront : Jehan Tribolé, le jeune, licencié-ès-lois et Guillaume Mariotte, gardes du scel de la prévosté d'Auxerre, salut. Sçavoir faisons que pardevant Estienne Champfremeux, clerc tabellion juré du roy, nostre sire en la cour de ladite prévosté, vint en sa personne Jaquot Clément demorant à Aucerre, lequel recognut et confessa en droit pardevant ledit juré lui vendu et vendit en nom de vençon pure et parfaite, quitta, céda, cessa, octroya, transporta et délaissa à tousjours et perpétuellement et héréditablement, sans espérance d'aucun rappel, aux bourgeois et habitants de ladite ville d'Aucerre, pour et au profit et utilité du fait commun d'icelle ville, desdiz habitans et de leurs successeurs ou ayans cause, à ce présent et acceptant pour lesdits habitans Jacquot Cousinot, procureur d'iceulx habitans sur ledit fait commun, tout le sablon et barène que lesdits habitans, par eulx ou leur certain commandement pour eulx, pourront prendre, avoir et lever en un quartier d'héritages ou à présent a vigne, à prendre ledit quartier pardevers le grant chemin commun; lequel héritage ledit vendeur disoit avoir séant ou finage d'Aucerre ou lieu que len dit le pertuis au Borne, tenant d'une part audit chemin commun par où l'en va de la porte du Temple à la croix de Chalendesmas; c'est à sçavoir que ledit quartier se doit prendre au travers en venant et aboutissant à la vigne Germain fils Jaquot Vivien, et de l'autre bout aboutissant à la vigne de l'Hostel-Dieu de Saint-Etienne d'Aucerre, et par dessus à la terre que tient ledit vendeur des religieux de Vézelay. Cette vente faite pour le prix et somme de dix livres tournois pour ce payées, baillés et délivrées desdiz habitans audit vendeur, si comme il disoit, et s'en tient pour bien content et agrée pardevant lesdits jurez; et lesdits habitants et leurs successeurs en quitta et clama quittes à toujours. De laquelle chose ainsi vendue et comme dit est, led. vendeur se devestit et desaisit en la main dudit juré, et voult et consentit que lesd. habitans, pour eulx et ceulx que dit est, par le bail et tradition de ces lettres en fussent vestus et saisis, en nom et titres de loyal achapt, en transportant de lui esdiz achepteurs et en leurs successeurs tout le droit, toute l'action, la saisine et possession, la propriété et vraye seignorie, et tout aultre droit quelquonque que il a en ladite chose ainsi vendue, comme dit est, avoit et povoit avoir à quelconque tiltre et pour quelconque cause et raison que ce fust ou peut-estre.

Et promit ledit vendeur, par la foi de son corps pour ce baillée en la main dud. juré que contre cette présente vente et octroi, cette quittance et ces conventions ne contre aucunes d'icelles jamais ne viendra, ne fera ou consentira venir ne en ladite chose ainsi vendue, comme dit est, aucune chose ne aucun droit ne demendera ou réclamera, ne fera demander ni réclamer, par lui ne par aultres, mais la garantira, délivrera et deffendra ausditz habitans et à leurs ayant cause envers et contre tous, en jugement et dehors, toutes et quantes fois que mestier et requis en sera soit la chose convaincue ou non, franchement et quittement de tous faiz, de toutes charges, services, servitudes, obligations, alienations et de tous aultres empêchemens quelconques, et rendra et restablira tous coustz, dommaiges, missions, interest et dépens qui seroient faits ou soubstenuz pour deffault de ladite garantie porter et pour les autres conventions dessusdites toutes et chacunes d'icelles mieux et plus fermement garder, tenir, entériner et accomplir par la manière que dit est, ledit vendeur en oblige et a obligé ausdiz habitans et à leurs ayans cause, lui, ses hoirs tous ses biens et les biens de ses hoirs, meubles et nonmeubles présens et avenir, lesquieulx quant à ceux il soubzmit à la juridiction et coercition de la cour de ladite prévosté et à toutes autres où qu'il face mansion, pour être contraint et justicié par la prise et explectation de tous sesdiz biens, renonçant en ce fait par sadite foi à toutes les choses qui contre ces lettres pouvoient estre dites ou opposées.

Présent ad ce Droyn Duvaul et Jehan Mignon. En tesmoing de laquelle chose nous, au rapport dudit juré, avons scellé ces lettres dudit scel de ladite prevosté. Donné l'an de grace mil quatre cens et seize le septiesme jour du mois de novembre.

Champfremeux.

N° 351.

Lettre du maitre de la monnaie d'Auxerre attestant que le roi a donné aux habitants d'Auxerre 2000 livres à prendre sur le droit qu'il a en ladite monnaie.

(An 1420, 25 mai.)

Je Jehan Ravier, maistre particulier de la monnoye ordonnée par le roi nostre sire à Aucerre, confesse avoir eu et reçu ung mandement du roy nostre sire, expedié par messieurs les commissaires et généraulx gouverneurs de toutes les finances du roy nostre sire, donné à Troyes le ixe jour du mois de may dernièrement passé, par lequel icelui seigneur a donné et octroyé aux bourgeois, manans et habitans de ladite ville et cité d'Aucerre, la somme de deux mil livres tournois à les prendre, lever et avoir pour une fois sur le droit que ledit seigneur a en ladite monnoye; pour et en récompensation de cinq cens marcs d'argent fin dont ledit seigneur avoit donné congié et licence ausdiz bourgeois et habitans de faire forger, ouvrer et monoyer à leur profit en ladite monnoye, en baillant par eulx et délivrant à leurs fraix les missions et dépens avec les autres matières à ce appartenant pour alayer et faire ledit ouvrage; lequel octroy et congié desdits cinq cens marcs d'argent fin n'a sorti aucun effet. Sur laquelle somme de deux mille livres tournois je n'ai payé, baillé ne délivré ausdits habitans, que la somme de sept cens livres tournois : ainsi reste à payer de ladite somme la somme de mil trois cens livres tournois. Tesmoing mon seing manuel cy mis, le xxve jour du mois de may, l'an mil quatre cens et vint. Signé, Ravier

N° 352.

Catalogue des reliques de l'église cathédrale d'Auxerre, tel qu'il fut dressé environ l'an 1420, tiré d'un manuscrit de la reine Christine de Suède, conservé à Rome, au Vatican, num. 1283 ; avec des variantes tirées d'un autre Ms. imparfait.

Sequuntur reliquie in ecclesia Autissiodorensi recondite.

Primo.

In tabello B. Marie, de virga Moysi, unde prodiit aqua de qua bibit ipse et populus Israel.

De ligno S. Crucis, in jocali D. Andegavens. In tabello B. Marie. In tabello domini Theobaldi dumos, et in cruce argentea que veneratur à populo qualibet die.

De presepio Domini, in tabello Beate-Marie.

De catino, vel paropside in quo comedit Dominus filius, ultima sue cene cum discipulis suis.

De columna ad quam ligatus fuit Christus in domo Pylati, in tabello B. Marie.

De reliquiis et fragmentis dimissis à Christo discipulis suis post Resurrectionem suam.

De lapide ad pedem crucis Christi in tabello domini Theobaldi.

De lacte et capillis gloriose Virginis, in capsa argentea capelle sue in portali.

De caputio Sancte-Marie-Virginis, et capillis et camisia ejusdem, in tabello domini Theobaldi.

De capillis Beate-Marie, de capitegio, de tunica et mantello ejusdem, in tabello argenteo cappelle sue.

De disco lapideo, et ossibus sancti Joannis-Baptiste, in jocali domini Theobaldi.

De sanguine sancti Johannis-Baptiste, et capillis ejusdem in tabello B. Marie.

De reliquiis sancti Petri, in tabello Beate-Marie, sancti Pauli, in eodem tabello, et in tabello domini Theobaldi.

De ossibus sancti Andree et pelle ejusdem, in tabello B Marie.

De costa et ossibus ejusdem, in tabello d. Theobaldi.

Jacobi majoris, in predictis duobus tabellis.

Jacobi minoris fratris Domini in tabello B. Marie, Philippi apostoli, in eodem.

Thome apostoli, in tabello domini Theobaldi.

De ligno crucis sancti Petri.

Sancti Bartholomei, in tabello Beate-Marie.

Sancti Matthei, in eodem.

Sancti Matthie, in eodem.

Sancti Barnabe, in eodem.

Sanctis Symonis, in eodem.

Sancti Marci evangeliste, in tabello d. Theobaldi.

De brachio prothomartyris Stephani, in jocali collato a domina d'Estempes.

De lapidibus quibus fuit lapidatus, in alia majori imagine ejusdem.

De ossibus ejusdem, in tabello B. Marie et domini Theobaldi.

De ossibus sancti Peregrini protopresulis, in jocali collato a domina Andegavensi.

De mentone sancti Dionysii primi discipuli Galliarum, in tabello D. Theobaldi.

Corpora sanctorum Alexandri pape et martyris.... et Theodosii, in capsa juxta capsam sancti Amatoris.
Corpora sanctorum Crisanti martyris et Darie uxoris ejus, in capsa.
Corpora sanctorum Cirici martyris et Julite matris ejus, cujus circa caput est commutatum..... pro capitibus sanctorum Gervasii et Prothasii, reconditis in parva capsa que defertur die eorum processionaliter ad ecclesiam suam.
Corpus sancti Felicis martyris.
Caput sancti Justi martyris. De busto sancti Amatoris secundi.
Sancti Laurentii, in tabello beate Marie et domini Theobaldi.
Sancti Vincentii, in tabello domini Theobaldi.
De ossibus sancti Gervasii in eodem.
Sancti Georgii in eodem, et in tabello B. Marie.
Sancti Sebastiani ad altare suum, ibi fundatum est jocale.
Dens ejusdem, in tabello domini Theobaldi.
Sancti Eustachii, in tabello Beate-Marie.
Sancti Christofori, in tabello domini Theobaldi.
Sancti Blasii, in tabello B. Marie, et dens ejusdem, in tabello domini Theobaldi.
Sanctorum Cosme et Damiani, in tabello B. Marie, et in quodam alio vase intus.
De ossibus sancti Leodegarii, in tabello domini Theobaldi.
De ossibus sancti Victoris et sociorum ejus.
De sanguine sancti Mauritii et sociorum jus, in quodam vase vitreo.
Sancti Thome Cantuariensis.
Sancti Albani martyris.
Sancti Juliani martyris.
Sancti Sixti.
Sancti Leonis.
Sancti Pantaleonis.
Sancti Theodosi martyris.
Sancti Barsanopoli.
Sancti Nazarii.
Sancti Damiani (*Demetrii*) militis, mart.
Sanctorum Innocentium.
Sancti Theodosii militis et martyris.
Item Theodosii fratris ejus militis.
Corpus sancti Amatoris sexti episcopi, et primi fundatoris hujus ecclesie, in media capsa supra magnum altare.
Corpus sancti Cassiani episcopi et confessoris.
Tunica sancti Germani sibi missa a B. Virgine dum volebat celebrare missam, in jocali pulcherrimo recondita, quo defertur corpus Christi in die Sacramenti, et de cilicio ejusdem in tabello Theobaldi.
Corpus sancti Mamertini, in capsa argentea, et de reliquiis beati Mariani confessoris, in eadem capsa.
Brachium sancti Guillermi Bituricensis.
Sancti Marcellini episcopi Autis.
Magna pars mantelli sancti Martini Turonensis, in capsa lignea.
De reliquiis ejusdem, de ossibus ejusdem, in tabello D. Theobaldi.
De pulvere et ossibus sancti Benedicti abbatis, in tabello domini Theobaldi.
De eodem in tabello B. Marie.
De ossibus sancti Gregorii, in eisdem tabellis.
Sancti Mauri abbatis.
Sancti Bernardi.
Sancti Lifardi.
Sancti Basilii, in duobus tabellis.
Sancti Athanasii abbatis.
Sancti Francisci confessoris.
Sancti Raynaldi.
Dens sancti Nicolai.
De ossibus sancti Eutropii.
De capite et capillis sancti Hugonis abbatis Cluniacensis.
De ossibus sancti Andochii.
De capite sancti Valentini.
De ossibus sancti Porciani abbatis.
De ossibus sancti Innocentii.
De ossibus sancti Marcelli Cabillonensis.
De ossibus et brachio sancti Fiacri.
De ossibus sancti Reveriani.
De ossibus sancti Lupi.
De capite sancti Joannis-Chrisostomi.
De reliquiis B. Marie-Magdalene, in capsa palmarum.
De capite et ossibus ejusdem, in tabello domini Theobaldi.
Item de capite ejusdem, in tabello Beate-Marie.
Sancte Margarete virginis in capsa Palmarum, et in tabello Beate-Marie, et de capite ejusdem, in tabello domini Theobaldi.
Sancte Cecilie vestimenta et ossa, in tabello B. Marie, et in capsa palmarum.
De costa sancte Agathe.
Sancte Catharine virginis.
Sancte Justine virginis et sancte Agnetis virginis.
Sancte Lucie virginis.
Sancte Barbare virginis.
Sancte Christine virginis.
Sancte Juliane virginis.
De capite sancte Clare, et capitegio et tunica ejusdem.

Sancte Mustiole virginis, de undecim millibus virginum.

Beate Anne matris Marie.

Plures reliquie sanctorum, quorum nomina ignorantur.

Sancte Eugenie virginis et martyris.

Magna pars mentonis cum dente sancti Laurentii martyris, in jocali magistri Johannis de Ponte, ultimi archidiaconi, decenter reconditi.

Clemens V dedit quolibet anno in Nativitate Christi, Resurrectione, Ascensione, Pentecoste, et quatuor principalibus festis Beate-Marie, et quolibet die octavarum, centum dies indulgentiarum, et quatuor festi B. Stephani. Ille idem per aliam bullam dictis diebus dominicis dies indulgentie.

Papa Innocentius V, successor predicti, concessit predictis diebus et festis Joannis-Baptiste, Petri et Pauli eosdem dies indulgentiarum.

Papa Urbanus V, predictis diebus omnibus visitantibus manus adjutrices porrigentibus, toties quoties, duos annos et quadragenas indulgentiarum. [Et duo archiepiscopi Senonens. dederunt quilibet XL dies.]

Bone memorie Henricus, episcopus, impetravit omnes adjutores istius fabrice participes fieri omnium benefactorum et IV. mille missarum que dicuntur in ista diecesi.

Quatuor episcopi Autissiodor. dederunt quilibet XL dies.

Dominus Petrus des Grez qui transtulit multas reliquias in ista ecclesia, dedit XL dies.

N° 353.

Concession d'une prébende dans la cathédrale d'Auxerre à Claude, seigneur de Chastellux et à ses descendants mâles, seigneurs du même lieu.

(An 1423, 6 août.)

Ad perpetuam rei memoriam, universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Autissiodorensis, salutem in domino sempiternam. Non solum rationi congruit, imo de justitia naturali necessarium arbitramur, ut illis nos et ecclesiam nostram obnixe affectos reputemus, a quibus cognoscimus beneficia recepisse, alias enim de ingratitudinis vitio (quod abominabile merito judicatur, et a quibusvis fidelibus presertim viris ecclesiasticis debet effectualiter abhorreri) posse musnon immerito reprehendi. Sane recolventes et pia meditatione revolventes in animis quanto qualique discrimine atque periculo vir nobilis et potens dominus Claudius *de Beauvais*, miles, dominus *de Chastellux* se ipsum corporaliter, suaque bona universa suos etiam cum non modica consanguineorum, aliorumque nobilium bellicosa comitiva exposuit, et ob honorem Dei, gloriosissimeque Genitricis ejus Marie, et beatissimi protomartyris Stephani quorum res acta est, dimicaverit et militaverit, singulorumque vita, curisque omnibus temporalibus quantumlibet fructuosis aut utilibus pospositis, non-nisi sine magno et ingenti rerum suarum consumptione et exhaustu, ob recuperationem ville nostre de Crebanno, per predones et tyrannos ecclesie, regis et regni inimicos furtive nuper occupate et violenter detente; quam, omnipotente Deo qui suorum manus docet ad prelium, causam suam protegente ac tuente, non tam victoriose quam miraculose, ut pie creditur, ab eisdem hostibus, Deo (si fas est dicere) et toto orbi odilibus, liberavit penitus et substraxit. In qua quidem villa licet quinque hebdomadarum spatio et amplius ipse dominus Claudius, cum prefata sua nobili comitiva, per predictos inimicos obsessus fuerit, insultusque plurimos atque mirabiles, non absque grandi victualium aliorumque necessariorum penuria, et usque ad equorum suorum pro majore parte aliarumque esum bestiarum et pluribus etiam insultibus ab inimicis (qui numerum D superare videbantur, et his profligatis ac propulsis ab nobilibus comitibus de Salisburis, de Suffort, de Joigny, a mareschallis Burgundie, et dominis de Couche, de Thil, de Marcilly, dominis Antonio de Vergi, Guillelmo de Vienne, Reginaldo Pot, Jacobo de Coutrambles et pluribus aliis nobilibus nobis et sanguine et propinquitate proximis, cesis etiam fere ex hostibus quinque millibus) ut referunt, perpessus fuerit et sustinuerit, nihilominus villam nostram predictam cum omni dominio et jure quod ante habebamus in eadem pure, plane ac simpliciter sua gratia nobis et ecclesie predicte restituit et liberavit et tradidit.

Nos igitur, ea moti consideratione, volentes eidem quantum nobis possibile est spiritualia pro temporalibus ac celestia pro terrenis pie commutare, nosque in recompensationem premissorum et ad ingratitudinis vitium evitandum, exhibere favorabiliter liberales suis potissimum exigentibus servitiis gratuitis, deliberatione provida inter nos prehabita, eidem domino Claudio tanquam ecclesiastice rei indefesso protectori et augmentatori in-

dustrio concessimus, et ex nunc concedimus per presentes, quod amodo et deinceps, perpetuis temporibus, ipse dominus et sui successores heredes masculi domini temporales dicti loci de Chastelux, successive habeant et percipiant fructus et redditus unius prebende nostre ecclesie, sicut et ceteri canonici ejusdem ecclesie, dum et quoties idem dominus Claudius et sui post ipsum, ut prefertur successores, ad ipsam nostram ecclesiam personaliter accesserint, et in eadem ecclesia interfuerint alteri horarum dicte ecclesie decantando, quam intrare licebit eisdem cum supellicio vel absque subpellicio, aut statu quo maluerint, pro sue libito voluntatis. Si vero dicta terra de Chastelux et dominium ad heredes filias cessantibus masculis devenire contigerit, maritus domine dicti loci jus in dicta prebenda percipiet et habebit antedictam, aut si dicta terra et dominium de Chastelux in duas aut plures in posterum dividatur partes, antiquior heres seu maritus filie senioris dominus dicti loci jus ipsius ipsum in prebenda modo premisso possidebit. Per hoc tamen nullatenus intendimus filias aut viduas jus aliquod pretendere vel habere in prebenda supradicta.

Preterea, ut ad bonum et utilitatem ipsius ecclesie suppositorumque ejusdem eo libentius animetur, quo exinde spirituale commodum se consequi perspexerit, volumus et ordinamus unam missam de S. Spiritu anno quolibet in perpetuum in dicta nostra ecclesia celebrari, in crastino Assumptionis beatissime et gloriosissime Virginis Marie, ut prosperum faciat Deus iter dierum suorum, ipsumque custodiat incolumem quandiu vixerit in humanis, et nuncupabitur Missa Victorie; que quidem missa post ejus obitum in anniversarium solemne convertetur, perpetuo, in ipsa ecclesia celebrandum die qua ipsum ab hoc seculo migrare contigerit, pro remedio et salute animarum ipsius domini Claudii et suorum. Indulgemus etiam eidem domino Claudio quod sibi liceat in eadem nostra ecclesia ubi voluerit suam decenter eligere sepulturam.

Insuper, pro omni consummatione premissorum, ipsum dominum Claudium, suosque facimus precum, orationum suffragiorum et bonorum omnium dicte ecclesie participes. Ipse autem dominus Claudius juramentum ad sacro-sancta Dei evangelia per ipsum corporaliter tacta, Deo primum, nobis et ecclesie fecit et prestitit, secundum formam cedule verbis gallicis nostris in libris ac registris scriptam, cujus tenor sequitur, et est talis :

« C'est le serment que a fait noble et » puissant seigneur monsieur Claude de » Chasteluz, et feront ses successeurs mas» les seigneurs de Chasteluz, aux doyen » et chapitre de l'eglise d'Aucerre et à » leurs successeurs, avant qu'ils puissent » prendre ne percevoir aucune chose des » fruits de la prébende à eux octroyée par » lesdits du chapitre pour la recouvrance » de la ville de Crevan. Premierement » ils jureront à leur première réception » qu'ils seront bons et loyaux à l'eglise, » doyen et chapitre d'Aucerre. Item, » aideront de leur pouvoir à garder et dé» fendre les droits, terres et possessions » et autres revenus appartenans ausdits » doyen et chapitre de ladite eglise. Item » pourchasseront le bien, honneur et pro» fit des dessusdits eglise, doyen et cha» pitre d'Aucerre, et éviteront leur dom» mage de tout leur loyal pouvoir. »

Et idem juramentum facere et jurare tenebuntur sui pretacti successores, dum successione per obitum ad eandem prebendam pervenerint. Quasquidem ordinationes et concessiones nostras perpetuis temporibus prefragabiliter et inconcusse pro nobis et nostris in eadem ecclesia futuris successoribus, tenere et adimplere promittentes, bona fide et contra quacumque ex causa non venire quomodolibet in futurum.

In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro munitas, per notarium publicum fieri mandavimus et signari. Datum et actum in dicta Autissiodor. ecclesia, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, sexta mensis augusti, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providentia pape V, anno sexto, presentibus venerando ac nobilibus viris dominis et magistris abbate S. Martini Nivernensis, Guidone de Jaucourt, domino de Villearnou, Girardo de Chasteauneuf, Saladino d'Anglure militibus, Johanne du Bouchat, scutifero, Guillelmo Fusee officiali Senonensi, Johanne Pinard advocato, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Ex Tabul. eccles. Autiss.*)

N° 354.

Remise de la ville de Cravan au chapitre d'Auxerre par le seigneur de Chastellux, et acceptation du droit d'une prébende héréditaire.

(An 1423, 16 août.)

A tous ceulx qui verront ces presentes lettres : Claude de Beauvaiz, seigneur de Chasteluz, salut en notre seigneur. Sçavoir faisons que comme nagueres la ville de Crevan, héritaige et de toute ancienneté appartenant aux doyen et chapistre de l'eglise d'Aucerre, fut ocupée, prise et detenue de larrons, pilleurs et robeurs, tirans mauvais, et, se chose licite est de dire, ennemis de Dieu, de l'eglise, du roy, du royaume et du monde ; et pour recouvrer icelle et mettre hors de leurs mains, pour l'onneur et revérence de Dieu, de la très-glorieuse Vierge Marie, et du benoit saint Etienne, premier martyr, patron d'icelle eglise, et pour nous aquiter loyaument envers le roy nostre souverain seigneur, nous soyons employez à puissance d'armes, avec nos bons parens et amis et aliez, en telle manière que la grace de Dieu, notre benoit créateur, icelle avons recouvrée à grands périlz et souffreté de nos corps, fraiz, missions et despens. Depuis laquelle recouvrance avons en icelle ville esté assiegez par les dessusdiz ennemis et autres l'espace de cinq sepmaines et plus, à grand pouvreté et misère de vivres, et autres biens, tant que contrains avons esté de illeques mangier nos chevaux en très-grant partie et autres bestes; souffert aussi plusieurs assaulx, jusques à ce que le siège devant nous apposé par lesdiz ennemis en très-grant nombre et multitude de gens comme de quinze mile et plus, a esté par la proesse et secours de très-haulz et puissans seigneurs les contes de Salisbury, de Suffort et de Joigny, le mareschal de Bourgoigne, les seigneurs de Conches, de Thy et de Marcilli, messires Anthoine de Vergy, Guillaume de Vienne Renier Pot, Jaques de Courtiambles et plusieurs aultres, nos bons et loyaux parens et amis levé et desparti par bataille à iceulx ennemis faicte et livrer par les dessuzdiz seigneurs, ou lieu et place où tenoient leurdit siège; en laquelle bataille ont esté de quatre à cinq mil hommes mors, pris et emmenez; plus toutevoye, comme fermement espérons par miracle, et les mérites, prières et oroisons desdiz de chapitre que autrement. Considérans et attendens les grans bénifices et curialitez et biens espirituelz que lesdiz doyen et chapitre, en faveur de ladicte recouvrance, nous ont gratieusement et libéralement fait et ottroyé : c'est-à-sçavoir les fruiz et revenues d'une prébende de leur eglise, pour nous tant que vivrons et noz successeurs héritiers masles, seigneurs de Chasteluz, successivement, l'un aprez l'autre, ainsi que l'un des chanoines d'icelles eglise, toutes et quanteffoiz que iront en ladite eglise et serons à une des heures chantées en icelle, soit à tout l'abbit et surpeliz de l'eglise, s'il nous plaist, ou sans surpeliz, ainsi que mieulx nous plaira ; et ou cas que la seignorie de Chasteluz venra en filles, le mari de celle qui sera dame de Chasteluz aura le droit de la prebende dessuzdite, et se ladicte seignorie de Chasteluz estoit divisée en deux ou plusieurs parties, l'ainsné filz ou le mari de l'ainsnée fille aura le droit dessuzdit, sanz ce toutevoye que filles non mariées ou vesves aient aucune chose en la prébende dessusdite; et avecques ce une messe perpétuelle du S. Esperit appellée *la Messe de la Victoire,* laquelle sera dicte perpétuelement chacun an en ladicte eglise le lendemain de l'Assumption Nostre-Dame, pour nous et pour les nostres tant que vivrons. Et après le trépassement de nous Claude susdit sera convertie ladicte messe en un obit fait et celebré solennelement et à perpétuité en ladicte eglise, à tel jour que trespasserons, ou au plus prouchain jour convenablement que faire se pourra, pour le salut des ames de nous et de noz parens trespassez. Et en outre que nous, Claude susdit, puissions eslire nostre sépulture en icelle eglise, où bon nous semblera, convenablement, avecques la fraternité et participacion de tous les bienfaiz, prières, oroisons et suffraiges faiz et à faire en icelle eglise. Nous, tous iceulx biens espiritueLz par lesdiz doyen et chapitre à nous ainsi ottroyez avons acceptables et agréables, pour nous et pour nos successeurs seigneurs de Chasteluz, comme dit est, et les recevons benignement, en regraciant Dieu pieusement, et lesdiz doyen et chapitre, de très-bon cueur, et en comtemplacion de ce, et pour l'onneur et révérence de Dieu, nostre benoit créateur, de la très-glorieuse Vierge Marie, et du benoit S. Estienne patron de ladicte eglise, leur baillons et délivrons purement, plainement et simplement, par ces présentes, leurdicte ville de Crevan, aveques toute leur seignorie et droiz que d'ancienneté ont accoustumé d'avoir en icelle, sanz y jamais riens demander ne requérir pour ocasion d'icelle délivrance; et en tant

qu'il nous touche promettons en bonne foy les en tenir et faire tenir quittes, et les habitans d'icelle envers tous et contre tous. Et pour mieux entretenir les choses dessuzdictes avons fait serement ausdiz doyen et chapitre, aux sains evangiles de Dieu par nous touchées manuelment, que serons bons et loyaux à l'église, doyen et chapitre d'Aucerre, aiderons de notre povoir à garder et défendre les droiz, terres et possessions et autres revenues appartenans ausdiz doyen et chapitre; pourchasserons le bien, honeur et proufit des dessuzdiz eglise, doyen et chapitre, et éviterons leur dommaige de tout nostre loyal pouvoir. Lequel serment seront tenuz faire pareillement nosdiz successeurs seigneurs de Chasteluz à leur première récepcion à ladicte prébende l'un après l'autre, ainçois que aucune chose puissent recevoir de ladite prébende.

En tesmoingde ce nous avons fait signer et soubzescrire ces présentes par notaire publique, apostolique et impérial, à plus grande fermetté et témoignage de vérité. Donnés oubz nostre seel, l'an mil quatre cens et vint et troiz, le XVIe jour du moys d'aoust, présens et appelez révérend père en Dieu l'abbé de S. Martin de Nevers, nobles hommes et seigneurs Gui de Jaucourt, seigneur de Villarnoul, Gérart de Chasteauneuf, Saladin d'Anglure chevaliers; Jean du Boschat escuier; maistre Guillaume Fusée, official de Sens, et Jehan Pinard advocat, avec plusieurs autres témoins.

Et ego Stephanus Moronis, clericus Autissiodorensis publicus, apostolica et imperiali auctoritate notarius, quia premissis traditioni et restitutioni ville de Crebannó supradicte, ex causis predictis quittacioni et juramenti prestacioni, ceterisque supra concordatis, dum sic per prefatos dominos et partes antedictas concordarentur, promitterentur, sumerentur, agerentur et fierent in ecclesia Autissiodorensi, una cum prelibatis testibus, presens interfui, ea quoque in notam recepi, ex qua presentes litteras confeci, publicavi, et in hanc publicam formam manu propria redegi et scripsi. Idcirco de ipsorum dominorum et parcium predictarum mandato, jussu et consensu unanimi signum meum solitum me subscribendo presentibus apposui in testimonium veritatis premissorum, anno, die, mense, quibus supra, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, Divina providentia pape V, anno sexto.

(Archives de l'Yonne, original; Fonds du Chapitre, liasse 1re.

N° 355.

Permission que donne Henri, roi d'Angleterre, se portant pour roi de France, au chapitre d'Auxerre, d'élire un nouvel évêque après la mort de Philippe des Essars, arrivée l'an 1426 le 14 octobre, la 14e année de son épiscopat.

(An 1426, 2 décembre.)

Henricus, Dei gratia Francorum et Anglie rex. Universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod cum nuper ecclesia Autissiod. per obitum defuncti Philippi ultimi Autiss. epis. pastoris solatio esset destituta, dilecti nostri decanus et capitulum dicte ecclesie, per certos eorum concanonicos ad hoc missos, licentiam eligendi in dicta ecclesia a nobis petierint ut tenentur. Nos eisdem predictam eligendi licentiam ex consilii nostri deliberatione concessimus et concedimus per presentes. Datum Parisiis, die II decembris, anno Domini M. CCCC. XXVI, et regi nostri quinto.

Per regem,
Ad relationem consilii magni :

Milet.

(Ex Tabul. Capit. Autiss.)

N° 356.

Confirmation d'un traité concernant la chapelle S. Pierre, par un doyen d'Auxerre élu évêque.

(An 1432, 17 mai.)

Universis presentes litteras inspecturis : Hugo des Noes, in legibus licentiatus, et in decretis baccalaureus, decanus ecclesie Autissiodorensis, ac in episcopum ipsius ecclesie Autissiodorensis electus, sede episcopali vacante, salutem in Domino. Notum facimus quod conventiones et pacta in litteris sub sigillo prepositure Autissiodorensis confectis, quibus hec nostre presentes sunt annexe prout fuimus et sumus per testes fide dignos informati et debite certiorati, fuerunt et sunt facte ad utilitatem et commodum cappele seu capellanie ad altare beati Petri et Omnium Sanctorum in ecclesia Autissiodorensi fundatum, ad nostram collationem ratione nostre dignitatis decanatus, pleno jure

spectantis et pertinentis, prout etiam nobis fuit per juramentum discreti viri Guidonis Gerardi acolyti dicte cappellanie cappellani relatum. Idcirco ipsas laudavimus, ratificavimus, approbavimus; laudamusque, ratificamus et approbamus per presentes autoritate nostra ordinaria decretum nostrum hiis interponendo pariter et assensum.

In cujus rei testimonium sigillum curie nostre una cum signeto nostro presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, die sabbati decima septima mensis maii

Signatum : Poitevini.

(Ex autographo.)

N° 357.

Requête adressée par le clergé du diocèse d'Auxerre au concile de Bâle pour obtenir l'exemption de l'impôt du 20e, à cause des ruines causées dans le pays par la guerre.

(An 1433, 29 juin.)

Reverendissimi in Christo patres et domini percelebres, humili recommandatione premissa, magnopere admirati sumus nimioque stupore animo percussi, dum certo scivimus R. P. V. ad civitatem istam et diecesim Autissiodorensem undique desolatas, bullas sacrosancte synodi Basiliensis destinasse fratri Petri Lusurier religioso et camerario Virziliacensi, exsequendas, pro levanda semidecima, sive vicesimo denario, de et super fructibus beneficiorum nostrorum in dictis civitate et diecesi sitorum, sicuti latius inspeximus ex tenore dictarum litterarum. Equidem, reverendissimi patres, justissimo jure comperimus sacris vestris constitutionibus fore obediendum, tanquam veri zelatores orthodoxe fidei, qui propria etiam corpora pro tam saluberrimo ac perutili negotio exponere non formidamus, ex quo unionem sancte matris ecclesie et regni hujus christianissimi tranquillitatem et pacem resultare credimus. Sed que potest apud nos terrena prosperitas bellis undique ferventibus esse, quando nec agrorum vacare licet culture, nec sata, si que sint, colligere, nec condita servare, sed ipsa etiam colonis abductis arva merentia squalent, equos, boves et jumenta queque predo impius abigit; vomeres, bidentes, ligonis in cassides et tela vertuntur, et curve rigidum falces conflantur in ensem. Ob hoc longa nimium spe pacis pene tabescit animus : vere siquidem sapiens ait : spes que differtur affligit animam. Quam durum itaque nobis, viri percelebres, qui dum viribus valemus et Dei cultum sectari mens satagit, grave paupertatis onere premamur !

Quamobrem apud prudentissimas dominationes et paternitates vestras teximus querimoniam; non quidem adversum vos quos scimus sincerissime in pauperes Christi affectos ; sed ut majorem V. R. P. misericordiam mereamur. Ecce multo languore et longo tempore famem crudelissima toleravimus, non patrimoniorum solatiis, non proventuum ecclesiasticorum subsidio aliquando relevati, sed propriis semper laboribus victum queritantes. Ecce jam perdita est in proventibus beneficiorum nostrorum ecclesie decima, immo quinquagesima et centesima portio ad nihilum redacta : quia ibi quondam domus et ecclesiastice fructure, ibi nunc arbusta et vasta solitudo, populus noster vel fame vel gladio periit. Non nobis, sed experientie credite rerum magistre, que necessitatem nostram urgentissimam et vulgatissimam a lege vestras separabit. Igitur si subsidium a nobis queritis proculdubio et nos exilium petemus, sicque profugi et vagi super terram in opprobrium cleri mendicari conabimur. Eo tamen minus possessiones nostras et ecclesiarum nostrarum omnes accipite, et ipsarum solam semidecimam pro cultu divino et victu tenui ac necessario nobis assignate. Uberrima hec regio in solitudine versa est, et ferarum veprium et spinarum habitatio est, non hominum facta. Propterea domini percelebres, per viscera misericordie Jesu-Christi, vos obsecramus, et cum omni pietate et mansuetudine requirimus, et instanter rogamus, quatenus clementi misericordie oculo solamen impendendo, hanc semidecimam, sive vicesimum denarium nobis omnino remittatis persolvendam, non quidem nobis, sed ecclesie sancte Dei afflicte et oppressionibus ac amaritudinibus attrite, argentum et aurum non est nobiscum, quod tamen habemus, lacrymas et orationes assiduas apud patrem misericordiarum offerimus. Precamur patres, suscipite; et si quid nos facturos velitis, jussu tantum opus est, id agemus animo libentissimo quod nostris exilibus prorsus facultatibus suberit, per presentium gerulum, quem ad vos premissa de causa transmittimus, gratum si placet responsum nobis mandantes reverendissimi in Christo patres et domini percelebres V. R. P. optatissime felicitatis jocunditate impleat qui dat omnibus affluenter, et non improperat. Scriptum Autissiodori die XXIX junii.

Vestri humiles et devoti oratores, clerus civitatis et diecesis Autissiodorensis.

(Ex m' Aquicinctensi publié dans *l'Amplissima collectio* de D. Martenne t. VIII, col. 616.*)*

N° 358.

Déclaration du duc de Bourgogne que la taille qu'il a mise sur les communautés de l'Auxerrois et du Tonnerrois a été faite par lui comme étant aux droits du roi, en vertu du traité d'Arras.

(An 1436, 5 août.)

Phillipe, par la grâce de Dieu duc de Bourgongne, etc.; savoir faisons à tous que comme nagueres en usant des droiz royaulx à nous transportez par monseigneur le roy au traitié de la paix darrenier fait entre luy et nous, nous aions, par les esleuz en l'eveschié d'Aucerre fait mettre sus une taille de la somme de six cens frans sur tous ceulx des contez d'Aucerre et de Tonnerre et pais d'Aucerrois et Tonnerrois et enclavenies d'iceulx qui ont acoustumé de paier taille, pour icelle somme estre emploiée et convertie ou paiement de certainne grant somme de deniers accordée estre baillée à Perrenet Gressart capitainne de la Charité-sur-Loyre, pour aucunes choses touchans le bien de la chose publique; et ordonné et commis nostre amé receveur de Noiers, Guillaume Soillot, à cuillir, lever, recevoir et faire venir ens icelle taille. Lequel en faisant son devoir a volu et veult, comme raison est, contraindre et faire contraindre les bourgois d'Appoigny, hommes de révérend père en Dieu nostre amé et féal conseiller et confesseur l'évesque d'Aucerre; les bourgois de Cravant et de Chichery, hommes du Chappitre de l'église d'Aucerre et aussy les bourgois de Héry, Irancy et de Dige, hommes des abbé et couvent de Saint-Germain d'Aucerre, à paier leur part et porcion, et ce à quoy ilz ont esté imposez par lesdiz esleuz desdiz VI^c frans; dont ils ont esté aucunement délaians, doubtans que pour ce que en noz lettres de commission baillées pour ceste cause ausdiz esleuz n'est faicte, comme dient lesdiz evesque, chappitre et abbé, mencion que ce soit à cause desdiz droiz royaulx, ce ne leur tourne ou temps à venir à préjudice.

Nous, désirans entre autres choses les eglises constituées en noz pais et seigneuries et les pasteurs suppostz et subgiez d'icelles estre maintenuz et gardez en leurs drois franchises et libertez, certifions pour vérité ladicte taille ainsy avoir esté ordonnée et mise sus de par nous comme usans en ceste partie de l'auctorité de monseigneur le roy, et à cause desdiz droiz royaulx à nous transportez par luy comme dit est et non autrement; volans et consentens que non obstant le paiement que ont fait ou feront à nostre dit receveur les genz et subgiez desdiz évesque, chappitre et abbé de leur porcion de ladite taille, ilz soient et demeurent aussi entiers en leurs droiz, franchises libertez et prérogatives qu'ilz estoient et ont acoustumé d'estre par cy devent.

Donné en nostre ville de Dijon, le Ve jour d'aoust, l'an de grace mil CCCC trente six. Ainsi signé : Thomas Bouessaul.

Et est assavoir que les lettres originalles sont ou trésor de l'eglise d'Auxerre, tesmoing mon seing manuel cy mis l'an mil IIII^c XXXVI, le XVIIe jour d'aoust. *Signé* : Poitevin, *avec paraphe.*

(Cartul. de l'abbaye de Saint-Germain, Biblioth. d'Auxerre, m^ss., n. 140.*)*

N° 359.

Accord d'un curé de Seignelai avec l'archiprêtre sur le droit de l'archiprêtré.

(An 1439, 18 juin.)

In nomine Domini, amen. Universis presentes litteras inspecturis, officialis Autissiodorensis, salutem in Domino. Notum facimus quod comparentibus judicialiter coram nobis in notarii publici et testium infra scriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presentia, venerabilibus viris D. Jacobo de Villemer, presbytero canonico Autissiodorensi, archipresbyteroque Sancti-Prisci in ecclesia Autissiodorensi, suo et dicti sui archipresbyteratus nomine, ex una parte, et magistro Johanne Bouchardi etiam presbytero magistro in artibus, curato parochialis ecclesie de Seillenayo, Autissiodorensis diecesis in metis archipresbyteratus Sancti-Prisci situate, suo etiam et dicte sue parochialis ecclesie nomine, parte ex altera. Dicentes et asserentes partes ipse quod cum lis seu controversia et questionis materia dudum orta fuerit, coram nobis, inter ipsum D. Jacobum archipresb. actorem, parte ex una, et dictum magistrum Johannem curatum reum ex alia parte, ad causam tertie partis fructuum dicte parochialis ecclesie de Saillenayo prime annate, que fuerat dictus magister Johannes ipsius ecclesie curatus ad prefatum archipresbyterum, ad causam dicti sui archipresbyteratus spectantem, pro qua tertia

parte petebat idem archipresbyter ab eodem curato centum solidos Turonenses, canonica tamen taxatione salva, fuissetque libellus super hoc ex parte dicti archipresbyteri contra dictum curatum, coram nobis, in scriptis editus, et lis super eo, ex parte dicti curati, legitime contestata atque prestitum hinc inde solitum et debitam calumnie juramentum... pro parte dicti curati ad sedem Senonensis metropolitane provocatum seu appellatum, ac apostolica nobis petiti et obtenti, causaque appellationi hujusmodi in dicta sede Senonensi introducta et in ea usque ad probationes pro parte dicti curati faciendas seu adducendas exclusive inter ipsas partes processum, prout hec et alia, ex tenore processus, tam coram nobis quam coram officiali Senonensi agitatorum dicebant partes ipse latius apparere.

Hinc est quod partes ipse, sua mera et spontanea voluntate, recognoverunt ac palam et publice confesse fuerunt ibidem judicialiter coram nobis se per medium proborum virorum amicorum communium utriusque partis, de et super lite et processibus hujusmodi, tam de principali quam etiam de expensis, invicem amicabiliter concordasse in hunc qui sequitur modum : videlicet quod dictus magister Joannes Bouchardi, curatus, reddet et solvet, seu reddere et solvere tenetur, dicto D Jacobo Villemer, archipresbytero, tredecim libras Turonenses, scilicet tres libras seu sexaginta solidos Turon. pro dicta tertia parte fructuum dicte parochialis ecclesie de Seillenayo, pro prima annata, qua fuit ipse magister Johannes dicte ecclesie curatus, ad dictum archiprebyterum ad causam dicti sui archipresbyteratus spectantem, prout confessus est ipse juratus, sine dolo et fraude, ut dicebat, et reliquas decem libras Turon. pro expensis, et interesse ipsius archipresbyteri in prosecutione hujusmodi litis, tam coram nobis quam coram dicto officiali Senonensi, factis habitis et incursis, et quas tredecim libras Turonenses, ex causis premissis, reddere et solvere promisit dictus curatus eidem archipresbytero duobus terminis qui sequuntur : videlicet sex libras Turonenses in fine mensis junii presentis, et reliquas septem libras Turonenses adhuc infra festum biemale B. Martini confessoris, proxime venturi; et deinde, post quemlibet terminum, ad ipsius archipresbyteri voluntatem et requestam. Presentique concordia mediante cessabunt dicte partes ab ulteriori dicte litis prosequutione, ipseque curatus prefate appellationi sic per eum a nobis ad dictam sedem Senonensem metropolitanam interjecte, sponte renuntiavit, atque voluit et consensit se per nos ad prefatam concordiam tenendam et inviolabiliter observandam, dictasque tresdecim libras Turonen. prefato archipresbytero reddendas et solvendas, in terminis supradictis sententialiter condemnari. Nosque, officialis prefatus, memoratum magistrum Johannem Bouchardi, curatum, ibidem presentem et consentientem, sententialiter condemnavimus et condemnamus presensentium litterarum tenore ad tenendum et inviolabiliter observandum concordiam supradictam nec-non ad reddendum et solvendum dicto domino Jacobo Villemer, archipresbytero dictas tresdecim libras Turon. ad vel infra terminos supradictos. Cui quidem sententie dictus magister Johannes, curatus, acquievit....

Datum et actum Autiss., sub anno Domini mellesimo quadringentesimo tricesimo nono, indictione secunda, die vero lune post festum Dei octava mensis junii, presentibus, etc.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 360.

Règlement sur les cérémonies d'inhumation et autres usages de la cathédrale d'Auxerre.

(An 1439.)

Universis presentes litteras inspecturis, etc. Decanus et capitulum ecclesie Autiss. salutem in Domino. Notum facimus quod nos de libro statutorum dicte ecclesie nostre per Stephanum Naudeti, presbyterum, bachalarium in decretis, publicum apostolica et imperiali auctoritatibus notarium et scribam nostrum juratum, extrahi fecimus quoddam statutum in rubro dicti libri statutorum nostrorum sic intitulatum :

Hic patet quo loco debeant corpora defunctorum in choro dicte ecclesie Autiss. et extra post inhumationem poni, et qualiter pecunie et oblationes in exequiis debent distribui inter duos canonicos et tortrarios, etc.

Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, die veneris vicesima quinta mensis septembris, hora de mane capitulari, ad sonum campane, dominis de capitulo capitulantibus, habita matura deliberatione inter eos presentes ordinationes sive presentia statuta, modo et forma quibus sequuntur, fecerunt, ordinaverunt et approbaverunt, videlicet : Cum discordia sepe orta esset et sepius oriri

sperarelur in ecclesia Autiss. de corporibus defunctorum post eorum obitum, in dicta ecclesia ante inhumationem presentandorum et ponendorum, quo loco poni debeant in choro vel extra, et de pecuniis quecumque distribuuntur, ac oblationibus que fiunt in exequiis et serviciis defunctorum in dicta ecclesia ad quem spectare debeant, et qualiter distribui inter dominos canonicos et tortrarios, ac super aliquibus granis que recipere solebant antiqui canonici tortrarii in granerio capituli, que a viginti annis citra solvi non potuerunt, neque possunt de presenti, obstantibus guerris que in hoc regno diu, pro dolor! viguerunt et adhuc vigent de presenti, ac depopulatione hominum terrarum ecclesie Autissiodor.

Propterea nos decanus et capitulum dicte ecclesie Autiss. concordiam in ecclesia nostra et unitatem servare cupientes, in vinculo pacis, pluribus collocutionibus inter nos super hoc prehabitis, et de premissis quantum potuimus, inquisita veritate, maturo consilio, in nostro capitulo declaravimus, et de premissis deliberavimus, statuimus et et ordinamus, de consensu omnium nostrorum in modum qui sequitur:

Primo quod corpora dominorum episcoporum nostrorum Autissiodorensium defunctorum, quando in ecclesia Autissiodor. presentabuntur et ponentur, dum in servitio exequiis eorum ponentur et poni consueverunt, et debent in choro dicte ecclesie supra tumbam defuncti domini Guidonis de Melloto, quondam episcopi Autissiodor. Corpora vero dignitatum aliarum et omnium canonicorum et prebendatorum dicte ecclesie poni et collocari debent, ac poni ordinavimus super tumbam sequentem descendendo ante aquilam dicti chori; et corpora canonicorum tortrariorum et canonicorum B. Marie in civitate Autiss. presentari et poni debent descendendo retro aquilam dicti chori. Corpora vero cappellanorum, clericorum, puerorum, et omnium aliorum deferentium habitum dicte ecclesie ponentur et poni debet extra chorum, in navi dicte ecclesie, ante crucifixum, quia antiquitus in dicta nostra ecclesia sic fuit et est observatum. Corpora vero aliorum extraneorum qui non sunt de habitu nostre ecclesie ponentur ubi capitulum ordinabit, considerata qualitate personarum.

De oblationibus vero que fieri continget in exequiis et servitiis dictorum quorumcumque defunctorum, sive corpora sint presentia, sive non, primam oblationem panis et vini habebit sacerdos qui missam celebrare tenebitur, secundum usum ecclesie nostre; consequentes vero oblationes panis, vini, et pecunie, ac etiam alie pecunie que distribui consueverunt inter dominos canonicos et canonicos tortrarios distribuentur, sic quod duo tortrarii tantum capient sicut unus magnus canonicus et non plus: et si dicte oblationes non possint distribui in pane et vino, vendentur, et pecunia inde habita distribuetur, sicut supra dictum est, salvo tamen jure thesaurarii ecclesie Autiss. in oblationibus per eum recipiendis.

De granis vero que recipere solebant antiqui tortrarii, quia de presenti solvi non possunt, nec est spes quod de cetero solvi possint, propter causas predictas, conclusimus, statuimus et ordinavimus atque concludimus, statuimus et ordinamus, ut predicti canonici tortrarii melius et libentius serviant et celebrent ut tenentur, quod quilibet canonicus tortrarius in ecclesia nostra, presens et residens continue, de cetero recipiet et habebit in granario et cellario capituli, de omnibus vinis et granis frumenti, hordei, silignis et aliis quibuscumque granis mediam prebendam: videlicet quod duo canonici tortrarii tantum recipiant de blado et vino sicut unus magnus canonicus, sine fraude quacumque, pro quo bene recompensabuntur dicti tortrarii de siligine et aliis granis predictis que recipere antiquitus consueverant, et dicta grana que dicti tortrarii antiqui recipiebant, si que venient, de cetero erunt communia, et dividentur inter canonicos et tortrarios, sicut supra predictum est.

De missa vero Comitisse, quam aliquibus diebus celebrare tenentur dicti antiqui canonici tortrarii, ordinamus quod de cetero quoties tortrarii eam celebrabunt, pro qualibet missa solventur de bursa capituli, tortrario missam celebranti, viginti denarii Turonenses monete currentis pro tempore, et nihil amplius habebunt dicti canonici tortrarii occasione misse dicte Comitisse. His mediantibus, manebimus in pace de predictis unanimiter serviemus omnes Christo pacis auctori.

Cet acte sur les chanoines tortiers donne occasion de placer ici une lettre du Chapitre d'Auxerre de l'an 1286 *sur les mêmes chanoines, adressée au Chapitre de Nevers qui avoit demandé quelles étoient les charges de ces sept prêtres. Encore actuellement à Nevers subsistent les sept prêtres du même genre que les anciens d'Auxerre.*

Viris venerabilibus et discretis amicis suis, in Christo sibi charissimis, S. Decano et capitulo Nivernensi.

H. decanus et capitulum Autiss. ecclesie, salutem et cum dilectione sincera paratam ad eorum beneplacitam voluntatem :

Petiistis a nobis ut vos certos reddere curaremus qualiter et quomodo septem presbyteri quos canonicos tortarios vocamus, consueverunt et debent in nostra ecclesia deservire. Unde discretioni vestre tenore presentium intimamus quod postquam prebendas hujusmodi quas tortarias vocamus ad collationem nostram pleno jure spectantes, pacifice sunt adepti, personalem residentiam in ecclesia tenentur facere et nisi sint sacerdotes infra annum tenentur se facere promoveri, nec possunt moram trahere extra villam causa peregrinationis, seu alia de causa nisi prius petita a nobis in capitulo licentia et obtenta; et super premissis in institutione sua jurant corporaliter. Tenentur etiam celebrare ad majus altare, et etiam ad aliud altare quod altare Comitisse vocatur, in suis hebdomadis chorum regere, horas canonicas tanquam hebdomadarii dicere, sicut maiores canonici sacerdotes. Non tamen potest canonicus tortarius celebrare ad majus altare in majoribus solemnitatibus, si ejus septimana evenerit; sive in festis duplicibus, si commode possit habere majorem canonicum qui pro ipso celebret dicta die. Consueverunt insuper dicti tortarii supplere defectus majorum canonicorum quotiens est, et cantando et legendo, eorum onera supportare. Hec autem vobis sufficiant que de dictis tortariis vobis ad presens duximus rescribenda parati semper et prompti ad eam que vobis et ecclesie ad utilitatem tenderent et honorem.

Datum anno Domini m cc xcvi, die lune post quindenam Pasche.

N° 361.

Indulgences accordées par l'évêque Laurent Pinon, pour la restauration de l'église collégiale de Toucy brulée par les Anglais.

(An 1445, 9 mai.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Laurencius divina permissione Autissiod. episcopus, salutem in Domino sempiternam. Quum sicut ait apostolus : « Omnes ante tribunal Christi stabimus suscepturi, prout in corpore gesserimus sive bonum fuerit sive malum ; » quapropter opus est eternorum intuitu id seminare in terris quod reddente altissimo recoligere valeamus in celis Cum itaque ecclesia nostra collegiata Beatissime Virginis Marie de Tociaco, nostre diocesis, prout et nonnullorum fide dignorum accepimus relatu ac verisimiliter visitatione comperimus, quamplurimis indigeat reparationibus necessariis, maxime et per Anglicos antiquos inimicos combusta est, que ob ipsius tenues redditus et obventiones sine Christi fidelium elemosinis refici non valeret. Cupientes ipsam congruis frequentari honoribus, et ut Christi fideles eo libencius ad eandem causa devotionis confluant, et ad ipsius fabricam prompcius manus porrigant adjutrices quod ibidem dono uberiori celestis gratie prospexerint se refectos. De omnipotentis Dei misericordia ac ejusdem beatissime Virginis Marie ejus matris, beatorumque Petri et Pauli apostolorum ac beati prothomartyris Stephani, patroni nostri, necnon omnium sanctorum et sanctarum meritis et intercessionibus confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui dictam nostram ecclesiam collegiatam beatissime Virginis Marie devote visitaverint, et ad ipsius reparationem seu reedificationem manus suas porrexerint adjutrices, et qui visitare personaliter nequiverint, et de bonis sibi a Deo collatis per aliquem transmiserint seu impercierint pro qualibet vice quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis misericorditer in Domino relaxamus.

In quorum robur et testimonium premissorum sigillum nostrum ad perpetuam rei memoriam presentibus litteris duximus apponendum. Datum in villa nostra de Tociaco, die nona mensis maii, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Signé sur le repli : per dominum, Thome, *avec paraphe.*

(Pièce en parchemin scellée autrefois du sceau de l'évêque. — Arch. de l'Yonne, fonds de la collégiale de Toucy.)

N° 362.

Hommage de la baronnie de Donzy rendu à Laurent Pinon, évêque d'Auxerre.

(An 1445, 19 juin.)

In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, indictione octava die vero mensis junii decima nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii, divina

providentia pape quarti, anno decimo quarto, in mei notarii publici et testium infra scriptorum ad hec vocatorum et rogatorum presentia, personaliter constituti reverendus in Christo pater et D. Laurentius, permissione divina episcopus Autiss., suo et ecclesie sue nomine, ex una parte, et magnifice nobilitatis potentissimus dominus dominus Carolus, comes Nivernensis et baro de Donziaco, diecesis Autissiodor., pro se ex altera parte. Predictus dominus comes et baro obtulit cum effectu se facere fidelitatem et homagium eidem domino episcopo et ecclesie sue predicte quomodocumque monentibus de quibus predecessores ejusdem domini comitis et baronis de Donziaco, ratione baronie Donziaci et pertinentiis ejus, seu alias, hactenus fecerant et facere consueverant homagium et fidelitatem ipsi domino episcopo, suis predecessoribus et ecclesie predicte, et prout hoc facere tenebatur, et debebat dictus comes, supplicans eidem domino episcopo quatenus ad hoc recipere et admittere dignaretur. Qui quidem dominus episcopus eidem domino comiti respondit quod ipsum paratus erat ad premissa recipere, sub protestatione tamen per ipsum expresse facta quod quicquid ipse faceret sibi et ecclesie sue et suis successoribus non possit in futurum prejudicium aliquod generare, ex eo videlicet quod idem reverendus veniendo de villa sua Conade supra Ligerim, et transeundo per Donziacum predictum, ipsum dominum comitem et baronem Donziaci apud Donziacum predictum in homagio et fidelitate predicta reciperet, quum in Autissiod. dictus comes ad hoc specialiter venire debuisset, ut tenetur : cui protestationi dictus comes expresse consensit. Quibus sic hinc et inde dictis et actis, dictus dominus comes et baro Donziaci eidem domino episcopo, nomine qua supra, homagium ligium et fidelitatem fecit de omnibus rebus feodalibus quas tenebat et tenere poterat et debebat in feodum a dicto domino episcopo et ecclesia sua Autiss. predicta, tam ratione et ad causam dicte baronie Donziaci et pertinentiarum ejus, quam alias, de et pro quibus predecessores ipsius comtes et barones de Donziaco homagium alias fecerant et facere consueverant dicto domino episcopo et ejus predecessoribus, nomine ecclesie sue supradicte. Ipseque dominus episcopus, nomine quo supra, ipsum dom. comitem et baronem Donziaci, sub protestationibus et consensu supradictis, ad premissa manibus dicti domini comitis junctis, et ad pacis osculum recepit et admisit, secundum quod in talibus est hactenus fieri consuetum. Deinde prefatus dominus episcopus eidem baroni injunxit et precepit, tanquam homini et vassalo suo ac fideli, sub omnibus penis que in talibus possent sibi locum vindicare, tam de jure quam de consuetudine, ut ipsi domino episcopo traderet bene et fideliter et integraliter in scriptis feodum suum ac omnes res feodales, nominatim et specialiter, de quibus sibi homagium et fidelitatem fecerat et fecisse debuerat, ut est dictum et secundum quod jus et consuetudo dictabant, infra quadraginta dies a presenti die supradicta computandos : ipseque dominus comes respondit quod de et super hoc tantum faceret, quod tam de jure quam de consuetudine sufficeret et sufficere deberet.

De et super quibus premissis omnibus et singulis prefatus dominus episcopus, nomine quo supra, sibi per me notarium publicum subscriptum fieri et dari petiit unum vel plura publicum instrumentum vel publica instrumenta. Acta fuerunt hec in capella castri dicti loci de Donziaco, predicte diocesis Autissiodor., anno, indictione, mense, die et pontificatus quibus supra ; presentibus nobilibus et potentibus viris dominis Milone de Paillars, milite, baillivo Nivernensi et Donziac., Guidone de Jaucour, domino de Villarnoul et Marrault, primo cambellano ipsius domini comitis, Johanne de Riparia domino de Campo-Dimisso, magistro Antonio Gaudri ipsius domini comitis secretario, magistro Petro de Longolio predicte ecclesie Autissiodor. decano, Philiberto de Jaucour, Philippo de Givota fratribus, Johanne de Nevy domino de Migeto, Philiberto Auxeal, Guillermo d'Angers, Johanne Lombart, scutiferis, fratre Johanne du Doyer, religioso ordinis fratrum predicatorum, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 363.

Attestation de l'état de ruine de l'abbaye Saint-Julien d'Auxerre, causé par les guerres et la stérilité de l'année, délivrée par Jean Regnier et autres officiers du duc de Bourgogne.

(An 1450, 9 septembre.)

A tous ceulx qui ces présentes lettres verront, Jehan Regnier, escuyer de

seigneur de Garchi, conseiller de monseigneur le duc de Bourgongne, bailli d'Aucerre, juge roial commis par le roy nostre sire, Jehan Boysart, son lieutenant, Germain Trové, licencié en lois, advocat et conseiller et Jacques Duvaul, procureur de mondit seigneur de Bourgongne audit lieu d'Aucerre, salut. Savoir faisons que tant par la veue et inspection que en noz personnes faicte avons, comme par le rapport d'autres gens notables, créables et dignes de foy qui ont esté sur les lieux, avons sceu et savons certainement que es lieux, justices, finaiges et territoires de Annay-la-Coste, Charentenay et Migennes, appartenans aux religieuses abbesse et couvent de l'église Nostre-Dame les Saint-Julien d'Aucerre, pour ceste présente année, à cause de la fortune et stérilité qui courut y a pour ceste dicte année, n'y aura point de desbleure, mesmement de vins. Et aussi que ladicte église, appartenant ausdictes religieuses, la granche, maisons et manoirs du monastère de ladicte eglise, pour le fait des guerres et autres fortunes sont moult ruyneux et désolez et en tel estat que se provision n'y est briesvement mise, lesdictes religieuses n'y pourront plus demourer ne resider. Et par ce le divin service y pourra demourer à faire. Et ce certifions par ces présentes; lesquelles en tesmoing de ce avons scellées de noz seaulx et signées de noz seings manuelz, le neufiesme jour de septembre l'an MCCCCL.

Signé : Regnier, Boisart, Trové et Duvaul, avec paraphes; et scellé en cire rouge, les sceaux brisés.

(F. Saint-Julien, L. IV, Arch. de l'Yonne.)

N° 364.

Procès-verbal de l'entrée solennelle de Pierre de Longueil en l'église d'Auxerre.

(An 1449-50, 15 mars.)

In nomine Domini, amen. Hujus presentis instrumenti publici serie cuntis sit manifestum, quod anno ejusdem Domini millesimo, quadringentesimo quadragesimo nono, more gallicano, indictione tertia decima, die vero dominica qua cantatur in sancta Dei ecclesia, pro introitu misse *Letare Jerusalem*, decima quinta mensis martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai, divina providentia pape quinti, anno tertio, in medio chori ecclesie monasterii B. Germani Autiss., de mane, hora scilicet dicti diei ante meridiem quasi octava, reverendo in Christo patre et domino domino Petro, miseratione divina, episcopo Autiss. personaliter existente, et in una cathedra quadrigulari uno panno auro et sericis contexto circundata, vestibus pontificalibus induto, sedente et suam primam intratam in sua cathedrali Autiss. ecclesia facere volente, ut dicebat et apparebat, in mei notarii publici et testium subscriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presentia, magna etiam et copiosa populi multitudine circumstante, personaliter ibidem comparuit nobilis vir dominus Johannes de Riparia miles, dominus de Campo-Dimisso et baillivus Nivernensis, pro et nomine serenissimi principis domini comitis Nivernensis, baronis de Donziaco, dicti reverendi patris domini episcopi Autiss. ad causam dicte Baronie Donziaci vassalli, et qui una cum tribus aliis vassalis infra scriptis, videlicet serenissimo principe domino duce Burgundie comite Autiss., ad causam dicti sui comitatus Autiss., illustrissimo principe domino duce Barrensi, ad causam sue terre Pusaie, et turris Tociaci, atque nobili viro domino de Sancto-Verano, eundem dominum episcopum ad dictam suam ecclesiam Autiss. deferre debebant et ad hoc fuerant et erant, ex parte ipsius domini episcopi debite adjornati, prout per litteras patentes super hoc confectas legitime et constabat et constitit, et qui dominus de Campo-Dimisso mandatum habens speciale a dicto domino comite Nivernensis ipsum dominum comitem representandi et in portatione dicti domini episcopi interessendi, quemadmodum etiam litteris ab ipso domino comite emanatis apparebat et apparuit, ad hoc agendum se obtulit et presentavit, supplicans idem dominus eidem domino episcopo, ut ipsum pro et nomine dicti domini comitis reciperet, attento quod prefatus dominus comes notorie extabat in servitio domini nostri regis pro recuperatione ducatus sui Normanie, fuit idem miles per dominum episcopum receptus et admissus, de gratia aliis tribus vassallis prenominatis primo, secundo, tertio et quarto ex abundanti, uno post alium successive palam et publice, alta et intelligibili voce, per honorabilem virum magistrum Jocelinum Courtjarret, in legibus licentiatum dicti domini episcopi baillivum ibidem evocatis et non comparentibus contumacibus reputatis et in defectu positis, quamvis Johannes Salezar, scutifer, possessor dicte turris et terre de Thociaco per Guillelmum de Prades, suum servitorem, cum litteris ejusdem

Salezar supplicavit eidem domino episcopo execusatum haberi, et per eundem de Prades admitti, considerato quod dictus Salezar tunc erat mandatus ex parte domini Delphini Viennensis, ut dicebat. Artaldus vero Trousseau, armiger, dominus in parte de dicto Sancto-Verano, per Johannem Girard procuratorem suum de cujus procuratione constitit, etiam humiliter eidem domino episcopo supplicavit admitti. Dictus autem dominus comes Autiss. nec comparuit, nec aliquem pro se misit.

Fuit tandem idem dominus episcopus per quatuor viros honestos et robustos ad hoc propter dictorum vassallorum absentiam et in eorum defectu assumptos a prefata ecclesia Sancti-Germani usque ad valvas dicte Autissiodor. ecclesie deportatus, videlicet per Johannem Ferron, Petrum Quatrelangues, Guillelmum Marillier, et Johannem Bureau alias Champeaux, cives Autissiod. domino baillivo Nivernensi, nomine quo supra, assistente et manus ad dictam cathedram apponente, quas quidem valvas ipse dominus Autiss. episcopus clausas invenit, et statim domini canonici et chorarii dicte ecclesie capis sericeis induti, cum crucibus et aqua benedicta per ostia dictarum valvarum ab eadem ecclesia processionaliter exeuntes, et eidem domino episcopo obviam venientes, unus ex ipsis dominis canonicis, videlicet venerabilis vir magister Johannes Malivicini, thesaurarius dicte ecclesie, et in capitulo propter domini decani ipsius ecclesie absentiam presidens, suo et totius dicti capituli nomine, ab eodem domino episcopo requisivit ut juramentum quod in suo primo introitu prestare debebat, et quod sui predecessores Autiss. episcopi in suis primis intratis prestare consueverunt, faceret et prestaret; idem dominus episcopus libenter consentiit, et accepto libro in quo dictum juramentum erat descriptum, sibi per dictum thesaurarium traditum, dictum juramentum manu sua dextra ad pectus apposita, more prelatorum prestitit et juravit in hunc modum : « Promittimus in verbo episcopi indemnitatem, jura et libertates hujus ecclesie et alias que prodecessores nostri juraverunt nos firmiter servaturos. »

His igitur sic peractis, prefatus dominus episcopus unam parvam campanulam, juxta dictas valvas pendens, pulsavit, et statim eisdem valvis apertis prenominati quatuor portitores ipsum dominum episcopum in prefatam ecclesiam introduxerunt, et usque ad majus altare ejusdem ecclesie deportarunt, copiosa populi multitudine ibidem presente, tunc pre gaudio *Noel*, *Noel* exclamante, ipsoque domino episcopo de dicta cathedra ibidem descendente, et oratione flexis genibus per eum facta, et deinde una collecta de beato Stephano prothomartyre, ipsius ecclesie patrono glorioso, devote perlecta, magister Johannes de Brolio, dicte Autissiod. ecclesie canonicus, procuratorque magistri Johannis de Wailly, archidiaconi Senonensis, nec-non magister Jacobus Odoart officialis, et dominus Stephanus Bruneau canonicus Senonensis, vice et auctoritate ipsius domini archidiaconi Senonensis, ad quem de antiqua et approbata consuetudine prefata installatio seu intronizatio competere et spectare dignoscitur, ut dicebant predicti procurator et canonici Senon., de qua quidem installatione expresse protestatus fuit dictus Malivicini, nomine dominorum decani et capituli, videlicet quod ipsa non noceret prefato capitulo sive juribus dicte ecclesie Autissiod., pro presenti neque in futurum.

De et super quibus omnibus et singulis supradictis memoratus dominus episcopus petiit sibi per me notarium publicum infra scriptum fieri publicum instrumentum unum vel plura. Acta fuerunt hec Autissiod. ubi supra, sub anno, indictione, die, hora, mense et pontificatu quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus patribus in Christo D. abbate Pontigniaci, Cisterciencis ordinis, Petro Sancti-Mariani, Johanne Sancti-Petri Autiss. monasteriorum abbatibus Premonst. et Sancti-Augustini ordinis; honorabilibusque viris magistro Petro Chacerat, Martino de Brolio et Blasio Tribole, licenciato in legibus, Jacobo de Ripparia, baillivo Donziacensi, Simone Coignet, domini nostri regis secretario, domino Gaufrido Chantereau, priore Sancti-Eusebii Autissiodorensis, et Stephano Gontier, Germano Viviani, Johanne Darthe, civibus Autissiodorens. et in his que facta fuerunt in predicta ecclesia Autissiodorensi presens fuit reverendus in Christo pater dominus Ludovicus de Melduno Senonensis archiepiscopus, Galiarum primas, cum alliis quamplurimum personis utriusque sexus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Signé : G. Prevostat.

N° 365.

Hommage rendu à Pierre de Longueil, évêque d'Auxerre, pour la baronnie de Donzy.

(An 1450, 21 septembre.)

A tous ceulx qui verront ces présentes lettres, Durand Baudreul, bourgeois de Saint-Père-le-Moustier, garde du scel du roy nostre sire en la prévosté dudit lieu, salut. Sçavoir faisons que pardevant Hugues Mercier, clerc, notaire et tabellion juré du roy nostre sire soubz ledit scel, auquel quant à ce nous avons commis nostre pouvoir, fut présent en l'hostel de Béthéem près Clamecy hault et puissant prince et mon trez redoubté seigneur monseigneur Charles comte de Nevers et de Rethel, baron de Donzy, lequel s'offrit faire hommaige lige et le serment de féaulté de sadite baronnie de Donzy à reverend père en Dieu monseigneur messire Pierre de Longueil, évesque d'Aucerre; illec présent, lequel révérend avant ce qu'il reçut mondit sieur le comte audit hommaige, lui dit qu'il estoit prest de le recevoir audit hommaige, par protestation expresse faicte par ledit révérend avant tout œuvre, et par mondit sieur le comte gracieusement reçue et accordée que en faisant ledit hommaige oudict hostel de Béthléem, il ne préjudiciast aucunement pour le présent, ne en temps advenir, à icelui révérend, ne à ses successeurs, evesques d'Aucerre, ne aux droiz, prérogatives et prééminences de sondict evesché; mesmement veu et considéré que led. révérend estoit venu d'Auxerre audit lieu de Béthléem veoir et visiter et faire révérence à mondict seigneur le conte, qui nouvellement estoit retourné en son pays de Donziois, de la compagnie du roy après la recouvrance faite du duchié de Normendie; et aussi que mondict seigneur le conte devoit et estoit tenu faire foy et hommaige de sadite baronnie de Donzy à icelui révérend, en son chastel de Varzy, duquel estoit tenue et mouvante en fief ladite baronnie de Donzy.

Et après ladite protestation faite, reçue et accordée par l'une et l'aultre desdites parties, comme dit est, ledict révérend receut mondit sieur le conte audit hommaige lige comme homme et vassal de sondict eveschié, à cause de sondict chastel de Varzy, en baisant icelui révérend à la bouche, comme il est accoustumé de faire en tel cas, saufve son droit et celui d'aultruy; et a enjoint ledict révérend à mondict sieur le conte que dedans temps dû il lui baille ou face bailler le dénombrement et déclaration du fief de ladite baronnie de Donzy.

Et à ce faire estoient présens révérend père en Dieu frère Arnoul, evesque de Bethléem, messire Claude de Beauvoir, seigneur de Cha-teluz, Jehan de la Riviere, seigneur de Champlemis et bailly de Nivernois, chevalier, Pierre des Barres escuyer, conseiller et chambellan de mondict sieur le conte, Guy Bourgoin, Guillaume Dangueul ses maistres d'hostel, Pierre le Goujat esleu de Nevers pour le roy nostre sire, maistre Blaise Tribolé licentié en loix, et maistre Pierre Garnier secretaire de mondit sieur le conte, pour ce appellez et requis en tesmoignage de vérité. En tesmoin de ce nous garde dessus nommé avons scellé ces présentes du scel de ladite prévosté. Donné le vingt et uniesme jour du moys de septembre l'an de grace mil quatre cens et cinquante.

Ainsi signé : H. Mercier.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 366.

Accord de l'archiprêtre de S. Bris avec le curé de Leugny.

(An 1451, 11 mai.)

Universis presentes litteras inspecturis : officialis Autissiodor. salutem in Domino. Notum facimus quod coram mandato nostro, videlicet Guillermo Charretier presbytero, curie Autiss. notario jurato nostro, cui quoad hec commisimus vices nostras, propter hoc personaliter constitutus discretus vir dominus Johannes Berry, presbyter, curatus parochialis ecclesie de Luigniaco, Autiss. diecesis, dicens quod cum venerabilis et discretus vir dominus Jacobus Villemer, presbyter, canonicus Autiss. archipresbyter Sancti-Prisci in ecclesia Autiss., suique predecessores consueverunt tenere, percipere et habere ab omnibus curatis, tam secularibus, quam regularibus, curamque et regimen animarum habentibus, sitis in finibus et metis dicti sui archipresbyteratus Sancti-Prisci toties et quoties vacent, tam de consuetudine quam de jure tertiam partem omnium fructuum et emolumentorum quorumcumque et tam causa permutationis quam alias eidem archipresbytero ratione et ad causam dicti sui archipresbyteratus spectantes et pertinentes pro prima annata tantum; dictusque prefatus curatus dicens quod prefatus archipresbyter, suique pre-

decessores consueverunt predictam tertiam partem levare a suis predecessoribus curatis, et quod de his ac de dicto jure bene et sufficienter erat informatus, et quod fructus predicte ecclesie parrochialis pro dicta prima annata modicum valuerunt, et quod modici erant parrochiani, seu habitantes in eadem parrochiali ecclesia manentes, qui fructus predicte ecclesie potuerunt valere quindecim solidos Turon. vel circa. Nihilominus prefatus curatus, tanquam subditus prefati archipresbyteri, composuit cum dicto archipresbytero pro dicta tertia parte dictorum fructuum dicti primi anni, videlicet a diebus quibus omnes curati seu rectores omnium ecclesiarum parrochialium possessiones arripuerunt, computandis pro dicta prima annata ad summam duorum solidorum et sex denariorum Turon., et de qua summa, ex causis predictis, predictus archiprebyter se tenuit pro bene contento et soluto, de quibus sic factis et concordatis fuit per D. archypresbyterum dicti Sancti-Prisci, nomine et ad causam dicti sui archipresbyteratus, et pro aliis suis complicibus, eidem jurato nostro requisitum sibi fieri et tradi unum instrumentum vel plura instrumenta. In quorum testimonium nos, ad relationem dicti jurati nostri qui nobis premissa retulit esse vera, sigillum curie Autissiod. presentibus litteris duximus apponendum.

Datum die martis post Misericordia Domini, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Charretier; ita est.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 367.

Ordre de Jean de Bourgogne, au bailli d'Auxerre, de faire achever la construction de l'hôtel-de-ville d'Auxerre malgré l'opposition de certains marchands.

(An 1452, 27 septembre.)

Jehan de Bourgoingne comte d'Estampes, seigneur de Dourdan : a nostre bien amé bailli d'Aucerre, ou son lieutenant et autres noz officiers illec qu'il appartiendra, salut. Il est venu à nostre congnoissance que dès long temps a les manans et habitans de ladicte ville d'Aucerre, eulx estant en assemblée généralle furent advertiz de plusieurs grans pertes et dommaiges advenus et qui advenoient de jour en jour ausdiz habitans et à la communauté d'icelle ville tant en perte d'artillerie et aultres habillemens de guerre qui avoient été achetez pour la garde, deffense et seurté d'icelle ville, dont en a été perdu la plus grant partie, comme des chartres, lettres, comptes, papiers et registres appartenans à ladicte ville, dont ils ont semblablement perdu grant partie ; et ce qui en avoit et a été trouvé, parce qu'ilz avoient été mis en lieux rematicles, sont toutes caduques et effacées, tellement que à grant peine ou les peut lire. Et mesme eurent regard et advis ensemble lesd. manans et habitans qu'ils ne avoient lieu ne place propre où ils se peussent assembler pour besongner es affaires de ladite ville ; mais convenoit et convient que pour ce faire ils alassent et voisent en lieux communs et publiques, comme en lieu sains, cloistres, chapitres et lieux estrangers; parquoy aussi le conseil de la justice, et les jurez d'icelle ville, lesquelx convenoit et convient souventeffois eulx assembler pour conseiller, discuter et appoinctier des procès de ladicte ville, desquels lesditz jurez ont la congnoissance ; ne semblablement les gouverneurs de lad. ville n'avoient ne n'ont lieu ne place pour communiquer ensemble, se ce n'est en lieu commun ou en la taverne, qui n'est pas chose honneste, ne propice. Et avec ce que pour ce que en ladite ville se faisoient et font chacun an plusieurs belles festes et esbatemens tant des confrairies, comme de mariages et autres, lesquelles fêtes convenoit et convient faire esdiz lieux sains, qui n'estoit ne n'est aussi chose convenable ; et pour plusieurs autres causes et besongnes, lesdiz manans et habitans assemblez comme dit est, pour obvier aux dommaiges et choses devant dictes, conclurent et ordonnerent d'un commun accord d'acheter une maison en ladicte ville, au prouffit d'icelle ville, et pour besongner de leursdites affaires, ou qui maison ne pouroit trouver, acheter une place pour y édiffier une maison propre pour ladicte ville. Et que combien que lesdiz manans et habitans en ladicte assemblée eussent advisée une place assise comme ou millieu d'icelle ville, et devant laquelle communement tout le conseil de ladicte ville et des plus notables d'icelle se tiennent plus souvent que en nul autre lieu, en laquelle place n'y avoit que vieilles masures en ruine ; et qu'ils eussent conclud ensemble d'acheter icelle place, et que depuis fut de fait achetée de ceulx à qui lesdictes masures estoient pour édiffier leur dicte maison, et que ce fait eut esté appoinctié et conclud par lesdiz habitans que pour l'éédiffication d'icelle maison, icelle bien prougectée et compassée par gens

en ce congnoissans, savoir prins chascun an sur les deniers communs et revenues des aides communes de laditte ville la somme de cent livres tournois, ou cent et cinquante livres, et que en ensuivant ladicte conclusion et appoinctement fait par lesdiz habitans sur ce que dit est, les rentes dont lesdictes places et masures estoient chargiées aient esté rachetées et ait esté commencié à édiffier et faire ladite maison en icelle place, et soit désjà le commancement assez haulcié et de belle démonstrance : ce nonobstant aucuns des habitans d'icelle ville, doubtant que icelle maison faicte par la manière dicte ne leur soit préjudiciable et dommageable pour leur marchandise et fait particulier prétendent d'empeschier et déstourner l'édiffication d'icelle maison. Laquelle chose a ésté, est et pourroit encores plus estre ou tres grant préjudice et dommaige de ladite ville d'Aucerre et de la chose publicque, comme on nous a rapporté, se par nous n'y estoit sur ce pourveu de remède convenable. Pourquoy nous, ces choses considerées, voullans tenir la main au bien publique, et que c'est chose bien honorable, propice et convenable d'avoir maison, lieu et place propre appartenant à ladite ville pour communiquer et besongner ensemble de leurs affaires, et faire toutes autres choses nécessaires et convenables pour le bien de ladicte ville, attendu mesmement que mon très redoubté seigneur et oncle, monseigneur le duc de Bourgoingne et nous, avons par cidevant donné et ottroié à ladicte ville la revenue et prouffit de la diminucion de la pinte des vins et blez venduz en icelle ville pour la revenue de ce employer et convertir es fortifficacions, emparemens et autres choses prouffitables, nécessaires et propices à ladicte ville, voulons et vous mandons expressement que s'il vous appert de ce que dit est, que en ce ayons aucun interest ou dommage et que ce soit pour le bien publicque d'icelle ville, vous en ce cas faites faire, parfaire et acomplir ladicte maison selon ce que déjà elle a esté et est commancée et progettée, et les deniers à ce ordonnez par chascun an, en contraingnant à ce faire tous ceulx qui pour ce seront à contraindre par toutes voies et manieres deues et raisonnables. Et en cas d'opposition, reffuz ou contredict, adjornez ou faites adjorner pardevant vous lesdiz contredisans ou reffusans pour dire les causes de leur opposition, reffuz ou contredict, procéder et aller avant en oultre selon raison, en faisant au surplus aux parties icelles oyes bon et brief droit. Car ainsi nous plait il estre fait, non obstant quelxconques lettres subretices impétrées ou à impétrer à ce contraires. Donné à Lille le XXVIIe jour de septembre, l'an de grace M CCCC LII.

Par monseigneur le conte, maistre Oudart Chuperel et autres présens.

Signé : Jehan de Cerisy.

(*Tiré d'une ancienne copie du temps, qui est aux Archives de l'Yonne, pièces historiques* (1).

N° 368.

Sentence arbitrale d'Albert de la Chasse, abbé de Vezelai, sur le prieuré de Saint-Gervais les-Auxerre.

(An 1454.)

A tous ceulx qui ces présentes lettres verront, Albert, par la permission divine humble abbé du monastère de Vézelay ou diocèse d'Ostun, subject sans moyen à l'église de Rome, salut en Nostre Seigneur. Comme certain procez, et cas de saisine et de nouvelleté fut pieça mue et pendante pardevant monseigneur le bailly d'Aucerre, juge commis de par le roy entre frère Pierre Doroer, religieux du monastère de Molesmes ou diocèse de Langres, prieur du prieuré de Sainct-Gervais les Aucerre, à cause de sondict prieuré demandeur et complaignant oudit cas de nouvelleté d'une part, et révérend père en Dieu monseigneur Pierre, par la misération divine, evesque d'Aucerre, à cause de sondict eveschié, deffendeur et opposant oudit cas d'aultre part. Sur ce que ledict complaignant disoit et proposoit que lui et tous aultres religieux non ayans administration et cures d'ames selon droict, sont exempts de la loy diocesaine de tous esvesques, tant de procurations comme de tous subsides caritatifs, afin qu'ils ayent plus grant franchise et liberté de prier Dieu, disoit iceluy demandeur qu'il est religieux expressement profé dud. monastère de Molesme, duquel monastère dépend led. prieuré de S. Gervais comme membre d'iceluy, et que l'an de grâce M C et XXXXII feu de bonne mémoire Hugues, evesque d'Aucerre, prédécesseur dudit opposant, du consentement de son chapistre, pour aucunes causes justes et raisonnables contenues et déclarées en ses lettres-patentes sur ce

(1) La pièce qui a servi à cette transcription est annotée de la main de l'abbé Lebeuf. C'est une de celles que nous avons recueillies chez M. Duru.

faites expressement, a exempté perpétuellement ledict prieuré de toutes procurations et exaction des evesques, doyen et archidiacres d'Aucerre; disoit que à ces lettres et moyens iceluy demandeur estoit et est en bonne possession et saisine, que ledict opposant qu quelquonques aultre prélat seculier n'ont aucun droict de visitation et procuration oudict prieuré; et possession et saisine que iceluy opposant, pour son premier et joyeux advenement oudict eveschié d'Aucerre, ou pour les aultres affaires dépendans de ladite loy diocésaine, ne peut et ne doit tauxer et imposer ledict demandeur à quelque taux part ou portion d'impost d'aucun subside caritatif par luy mis sus, et ordonné à ses autres subgets séculiers, en possession et saisine que ledict deffendeur ne puet et ne doibt faire escrire ledit demandeur où roole où sont escripts ses aultres subgets séculiers, ne iceluy demandeur contraindre soubz peine d'excommuniement ou aultre censure d'église à payer audict deffendeur la somme tauxée et imposée par luy ou ses officiers pour ledict subside caritatif; en possession et saisine que se ledict deffendeur le faisoit contraire de faire tout reparer et annuller et remettre au premier estat et deu; disoit que sesdites possessions et saisines, tant par luy que par ses prédécesseurs, prieurs de Saint-Gervais, il a joy paisiblement au veu et sceu dudict deffendeur et de ses prédécesseurs evesques d'Aucerre, par tel et si long temps qu'il n'est memoire du contraire, et qui doibt souffrir à bonne possession acquérir, garder et retenir, et mesmement par les derniers ans et exploits; disoit que ce nonobstant ledit deffendeur, depuis an et jour en ça, en regart au commencement dudit procez avoit visité ledict prieuré de Saint-Gervais, et que pour ladite visitation il luy demandoit sa procuration pour ce due et accoustumée d'estre payée, et avant que ce qu'il lui payast le taux et impost à lui imposé pour ledict subside caritatif; et pour estre payé desdites procuration et subside il avoit fait admonester sous peine d'excommuniement ledit demandeur; et pour ce iceluy demandeur avoit dudict bailly d'Aucerre obtenu certaines lettres de complainte en cas de nouvelleté, pour lesquelles veoir ramener à faict et exécuter avoit fait adjourner ledict deffendeur à certain jour et pardevant led. bailly; à l'exécution desquelles ledict deffendeur s'opposa, et pour dire les causes de son opposition jour certain lui fut assigné pardevant ledict bailly : auquel jour ledict demandeur fit sa demande en effect contenant ce que dit est tendant et concluant qu'à bonne et juste cause il se fust faict maintenir et garder en sesdites possessions et saisines, et que à tort et sans cause ledit opposant se fut opposé au contraire, et que la main du roy mise en choses contentieuses pour le débat des parties fût levée au prouffit dudict demandeur, et ledict opposant condamné en les dépens.

De la partie dudict deffendeur et opposant fust dit et proposé au contraire qu'il a la cure et gouvernement de toutes les églises et monastères, et, de tous les gens d'église, séculiers et réguliers situez et demourans en la ville et diocèse d'Aucerre; et en ce il est fondé du droit commun, et que à ce tiltre il est en possession et saisine que ledict demandeur et ses successeurs oudict prieuré de Saint-Gervais sont subgets audit deffendeur et à sa jurisdiction espéciale, et luy puet et doibt corriger et amander quant le cas y eschiet; en possession et saisine que ledit demandeur et ses prédécesseurs oudit prieuré ne sont aucunement exemps dudit opposant ne de sadite jurisdiction espéciale, en possession et saisine de visiter et povoir visiter ledict demandeur et sondict prieuré toutes et quantes fois que le cas le requiert et il est expédient, au moins une fois l'an, et de luy demander la procuration raisonnable annexée à ladite visitation et due et accoustumée d'estre payé pour icelle, comme de ses aultres subgets, en possession et saisine que ledit deffendeur ou quelconque autre evesque d'Aucerre, à cause de son premier et joyeux avénement et entrée faite oudit eveschié, ou pour aultre cause juste et raisonnable, puet et lui doist, du consentement de sesdits subjetz, requérir de et sur iceulx tauxer et lever aucun subside caritatif, ouquel subside ledit demandeur à cause dudit prieuré est contribuable comme les autres subjetz dudict deffendeur; en possession et saisine que ledict deffendeur puet contraindre ou faire contraindre ledit demandeur à payer son taux et ou impost dudict subside par la censure de l'Eglise aultrement, duement, et desdites possessions. Disoit ledict deffendeur qu'il en avoit joy et usé tant par luy comme par ses prédécesseurs et evesques d'Aucerre, par tel et si longtemps qu'il n'est mémoire du contraire, au moins par tel temps qu'il doibt souffire et souffit pour acquérir vraye possession, icelle garder et retenir, et par les derniers ans et exploits au veu et sceu du demandeur; disoit que ce nonobstant, ledict demandeur avoit obtenues certaines lettres

contenant complainte en matière de nouvelleté, par vertu desquelles il s'est faict maintenir et garder en possession et saisine dudict deffendeur en icelle, le troublant à tort, sans cause, indeuement et de nouvel; à l'exécution desquelles ledict deffendeur s'est deuement opposé; et pour dire les causes de son opposition, jour lui a esté assigné pardevant ledit bailly d'Aucerre, pardevant lequel il opposa en effect ce que dit est, tendant et concluant afin que ledict demandeur mal et indeuement se fust complaint et que à bonne et juste cause ledict deffendeur se fust opposé; que la main du roy mise en choses contentieuses pour le débat desdites parties fust et soit levée au proffict d'iceluy deffendeur avecque tout pertinent en matière de nouvelleté; et en cas de délai requéroit la recréance avecque condamnation de despens.

Lesquelles parties oyes, ledict bailly les appointa en faictz contraires et en enqueste; laquelle enqueste a esté faite, parfaite et rapportée, reproches de tesmoings et contredits de lettres baillées d'un costé et d'aultre, scellées, parties ont conclu en cause, et aprez en renonçant à toutes enquestes lors à faire ont consenti que ledit bailly, appelé avec luy maistre Joceaume Courjarret licencié ez loix, pour ledit deffendeur; et Jehannin Odenaux pour ledit demandeur, sans aultre traict ou figure de procez, avecque aultres sages non suspectz ausdites parties se mestier estoit, décédast et déterminast ledit procez. Et avecque ce lesdites parties ont consenti que lesdits bailly, Joceaume et Odeneaux tauxeroient et porroient modérer les despens dudit procez qui s'adjugeroient à l'une desdites parties sans ce qu'il fust licite à la partie condamnée d'appeler du jugement dudict bailly en principal ne en dépens; comme ces choses plus à plain sont contenues et déclarées ou procez dud. bailly sur ce fait. Et aprez ledit procez estant encore entier et à décider, icelles parties, de leur volenté d'iceluy procez, tant petitoire comme au possessoire, se sont condescendues et ont compromis en et sur nous comme arbitre arbitrateur et amiable compositeur, comme il appert par lettres sur ce faites et passées soubz le scel de la prévosté d'Aucerre, desquelles la teneur s'ensuit.

A tous ceulx qui ces présentes lettres verront, Germain Trouvé lainsnel, licencié en loix, et Jehan Regnier le jeune, garde du scel du roy nostre sire en la prevosté d'Aucerre, salut. Sçavoir faisons que pardevant Germain de Coiffy, clerc, tabellion juré en la cour de ladite prévosté, furent présens en leurs personnes révérend père en Dieu monseigneur Pierre evesque d'Aucerre, pour luy d'une part, et religieuse et honneste personne frere Pierre Doroer, prieur de Saint-Gervais les Aucerre d'aultre part; disant lesdites parties que comme certain procez, debaz et discort se fust meu pardevant monsieur le bailly d'Aucerre à son siége d'Aucerre, en cas possessoire de saisine et de nouvelleté, entre ledit prieur complaignant et demandeur, et ledict révérend opposant et deffendeur, ouquel procez tant et si avant fust et eust esté procédé que icelles parties furent appointées en faiz contraires et en enquestes et les enquestes faites et parfaites... voulurent et consentirent que de tous lesdits procez tant en principal comme en despens et ains ce de la manière pétitoire touchant ledit procez dont encore n'est meu procez, monseigneur Albert de la Chasse, abbé de Vézelay, pour ce par lesdites parties pris et esleu, puisse déterminer, ordonner, sententier et appointer à sa plaine volenté, ordre du droict gardée et non gardée et à iceluy du tout s'en soubmirent, rapportèrent et condescendirent, et que de sondict ordonnance et appointement ne puisse estre appellé et réclamé. Présens ad ce et par lesdits jurez appelez en tesmoignage messire Pierre Luzurier prieur d'Anglos, et Philebert de la Croix, grant prieur de Vézelay et plusieurs autres. En tesmoing de laquelle chose nous, à la relation dudit juré, avons scellé ces présentes lettres dudit scel. Donné le trente et pénultieme jour de janvier, l'an de grace mil quatre cens cinquante et trois; ainsi signé Germain Coiffy.

Sçavoir faisons que veu lesdits procez et la puissance à nous donnée oudit compromis, nous avons dit, sententié et jugé, disons et prononçons par nostre sentence arbitrale que ledit demandeur demourra subjetz dudit deffendeur selon la forme et manière que luy et ses prédécesseurs ont accoustumé estre, et le porra chacun an visiter, se bon luy semble, comme ses autres subjets, excepté que ledit demandeur ne ses successeurs oudit prioré ne seront tenus de payer audit deffendeur ne à ses successeurs evesques d'Aucerre aucun droict de procuration; et au surplus disons que ledit demandeur et sesdits successeurs ont esté et seront imposables et contribuables au subside caritatif de la joyeuse venue d'iceluy deffendeur et de sesdits successeurs, et aultres subsides caritatifs deuement demandez par ledict deffendeur et sesdits successeurs, et octroyez

par ses subjets, toutes et quantes fois que le cas y escheoira. Et avecque ce disons que ledit demandeur pour toutes choses que ledit deffendeur luy demandoit, payera la somme de cent sols tournois; c'est-à-sçavoir la moitié à la feste Saint-Remy prochain venant, et l'autre moitié à la Purification Nostre-Dame aprez, prochain venant; et parmy ce demorra quitte ledit demandeur envers iceluy deffendeur du subside caritatif octroyé audit deffendeur par sesdits subjets, à quoy ledict demandeur avoit esté imposé; laquelle nostre sentence icelles parties ont expressement approuvée.

En tesmoing de ce nous avons fait sceller ces présentes lettres de nostre scel et signer et subscrire du seing du notaire apostolique et publique cy-dessus soubscriptz. Donné à Aucerre le vingt-sixième jour du moys de juin, l'an mil quatre cens cinquante et quatre, présens avecques lesdites parties messire Philbert de la Croix, prieur de nostredit monastère de Vézelay, messire Jehan Duchamp, chanoine et scelleur d'Aucerre, maistre Pierre Desportes bachelier en loix, archiprestre d'Aucerre, et Jehan de Baulmes nostre serviteur.

(*Ex autographo.*)

N° 369.

Réunion des seize chapellains de S. Michel et de S. Jean-le-Rond au chapitre de la cathédrale.

(An 1455)

Universis presentes litteras inspecturis et audituris. Petrus, Divina miseratione, Autissiod. episcopus, in Domino Jesu-Christo salutem perpetuam. Nobis sua insinuatione exposuerunt nostri in eodem Christo dilecti fratres, venerabiles et dilecti viri decanus et capitulum nostre Autissiodor. ecclesie, quod cum olim bone memorie defunctus dominus Guido de Melloto, quondam Autissiodor. episcopus, predecessor noster, anno videlicet Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense octobri, de resurrectione novissima cogitans pro sui suorumque parentum animarum salute et precipue divini cultus augmento in capella Beati-Michaelis, super capellam Sancti-Clementis, juxta nostram prefatam Autissiodorensem ecclesiam sita, in qua prius ab antiquo duo serviebant capellani cum ipsis duobus, alios sex capellanos in ipsa capella in perpetuum statuisset et ordinasset Domino servituros; qui quidem octo capellani sacerdotes esse tenerentur vel saltem ad presbyteratus ordinem infra annum se facere promoveri, ac continuam facere residentiam, singulisque diebus singulas horas de Angelis canonicas cum nota in capella eadem certis horis et specificationibus decantare, nec-non, die qualibet, quatuor ex ipsis octo capellanis quatuor missas, unus scilicet conventualem de sancto Michaele, in ipsa capella; alius in eadem, missam aliam ante prime in nostra Autissiodorensi ecclesia dicende sonitum; tertius aliam ad altare Beati-Alexandri in majori ecclesia; quartus alteram in Beate-Magdalene Domus-Dei claustri Autissiodor. capella missas astringantur celebrare, ac etiam in Matutinis ecclesie nostre prefate majoris, reliquisque canonicis horis teneantur interesse; statuissetque pro premissis et ordinasset singulis ipsorum octo capellanorum qui omnibus horis ipsa Sancti-Michaelis capella interfuissent, sex denarios in modum qui sequitur distribuendos, videlicet qui in Matutinis duos post eas tradendos, pro Prima, Tertia, missa conventuali et meridie duos denarios in fine meridiei distribuendos, pro Nona, Vesperis et Completorio duos liberandos post Completorium; ita tamen quod qui non interfuit Matutinis perdet duos denarios et pro aliarum horarum qualibet unum tantum denarium. Similiter eis qui in Matutinis majoris ecclesie affuerint unum voluisset distribui denarium ad primam unum, ad Tertiam, majorem missam, et meridiem duos denarios, ad Nonam, Vesperas et Completorium duos denarios, qui in fine horarum haberent distribui modo pari sicut ad Sanctum-Michaelem, et pro cujuslibet hore defectu qui non fuerit, perdet unum denarium. Item statuerit et ordinaverit per ipsos octo capellanos singulis annis in ipsa capella Beati-Michaelis anniversarium suum, die scilicet crastina, que factum fuerit in majori ecclesia celebrandum, et cuilibet ipsorum octo qui in vigiliis mortuorum misseque presens fuerit, pro qualibet ipsarum horarum sex denarios distribuendos. Similique modo in capella Beati-Johannis-Rotundi, juxta prefatam Autissiodorensem ecclesiam, ad partem septentrionalem sita, in qua etiam prius erant duo capellani, statuisset et ordinasset alios sex, et sic essent octo pariter ut alii octo prescripti altissimo obsequturi et in capella ipsa hora Beati-Johannis-Baptiste canonicas missasque ac cetera divina officia in majori ecclesia et locis aliis superius decla-

ratis, prout et alii octo Sancti-Michaelis capellani cantaturi, celebraturi, distributiones accepturi, et in horarum defectu amissuri.

Pro quibus distributionibus fundandis, capiendis et fiendis ipsis B. Michaelis octo capellanis dedisset, legasset, et perpetuo concessisset centum et viginti libras Turonenses annui redditus, communicandas cum redditibus et proventibus possessionum ad duas ex ipsis octo capellanis prius et ab antiquo in ipsa Beati-Michaelis capella fundatas; de quibus centum et viginti libris Turonens. reddittualibus assignasset, et assedisset ipsis capellanis nonaginta libras Turonenses reddituales admortizatas in redditu ducentarum et decem librarum Turonensium quem habebat et percipiebat in portagio et pedagio ingressus vini Trecis, termino sibi solvi consueto, percipiendas et triginta libris Turon. de ipsis centum et viginti restantibus certos census et possessiones quos apud Sanctum-Priscum possidebat; pariter dedisset perpetuo percipiendo et assignasset ipsis. Capelle vero Sancti-Johannis capellanis octo, pari forma, dedisset et assignasset centum et viginti libras Turon. super prefato redditu suo pedagii et portagii vini Trecis predictorum de jam dicta ducentarum et decem librarum Turonensium summa annui redditus restantes, per eosdem capellanos, terminis sibi solvi solutis, percipiendas, levandas et perenniter possidendas, prout hec omnia in dicti domini Guidonis prefatarum fundationum litteris latius vidimus contineri.

Verum cum a dictarum fundationum et inde lapsis temporibus in presenti Francie regno tam pestifere exorte sint, proh dolor! guerrarum voragines, dissidia, et gentium armorum discursus, et ex eis patrie vastatio et depopulatio reddituum, perditio edificiorum et possessionum ruina et adnihilatio cum erumna, prout nec hominum excedit memoriam subsequute, creveritque subsidiorum et denariorum domino nostro regi pro sui tuitione regni urgens necessitas, quod centum annis citra vel circa nil aut parum de redditibus dictis ipsis sexdecim capellanis spectantibus per eos recuperari valuit aut recipi. Quamobrem, dicte fundationes que, prout clarescit ex premissis, non modicum erant onerose, tum quia personalem residentiam tum quia ad presbyteratus ordinem infra annum promoveri requirebant, tum quia ad quatuor missarum, omniumque horarum canonicarum cum cantu quotidianam celebrationem ipsos astringebant capellanos prorsus vel quasi et de facili exterminate sunt et extincte, et maxime propter reddituum earumdem deperditionem aut saltem solutionis per officiarios et regios baillivatus Trecens. receptores et tempore dictarum guerrarum ob defectum; cum nemo propriis stipendiis militare teneatur, nec altari servire, nisi qui de altare vivit, quisquam in eisdem beneficiis capellanus presbyter se introduci non curavit impresentiarum, neque curet in divini cultus talem diminutionem quod in anno semel vix in capellis ipsis missarum solemnia celebrantur, ipsiusque earum fundatoris et ejus intentionis frustrationem totalem; que omnia premissa ipsi exponentes, ut asserunt, attendentes, nec leto animo tolerantes, earum capellarum ruine et reddituum deperditioni, sed magis divini cultus defectum compatientes, prospicientes tamen quod partim per incuriam ipsorum capellanorum vel impotentiam ipsi redditus, qui sine potentiorum auxiliis et expensis ingentibus, attenta negotiorum regiorum pro nunc arduitate, totaliter nec in parte percipi possunt, nec hactenus valuerunt, nusquam per hujusmodi capellanos qui pauci sunt, pauperes et simplices tonsurati possent commode recuperari, non dissidentes tamen, ut dicunt, de regia benignitate et largitione, sed cum Dei, cujus negotium precipue agitur, auxilio, cum magna et accurata diligentia et favore, si nobis easdem sexdecim capellanias cum suis omnibus et singulis redditibus, juribus et pertinentiis, ipsi capitulo et ejusdem capituli mense libeat unire, dare et in perpetuum assignare, sperant se hujusmodi redditus in partes recuperaturos et adepturos, offerentes se in divinis ad intionem prefati quondam bone memorie fundatoris propius, quantum ratio juxta dictorum reddituum suppetentiam suadebit et prout melius et possibilius visum fuerit, celebraturos seu celebrari facturos, nobis prefatam unionem eisdemque sic per nos fieri postulantes.

Quocirca nos, quibus ex nostra pastorali incumbit cura, secundum apostolum, instantia quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum, earum potissime quibus ad proficiendum sumus divina miseratione prelati, ad ea que divini cultus stabilitatem concernunt vel augmentum, nostre mentis intuitum libenter dirigentes, pretacta maxime prefatarum nostri predecessoris fundationum magnificarum tam in structuris quam juribus, ruinas quas, earumque occasiones nostris palam oculis, non sine cordis amaritudine, prospicimus, attendentes postulationi hujusmodi fra-

trum nostrorum exponentium tanquam a rationis tramite non devie sed ferventis ejus qui charitas est zelo fundate, merito inclinati : Notum facimus quod nos, super iis cum litteratis et peritis viris communicato consilio, ipsius rei ad summi cultum beatissime ejusdem genitricis semper Virginis Marie, beatorumque principis archangelorum Michaelis et Christi Baptiste-Johannis honorem nominibus, quorum oratoria ipsa sue capelle constructe sunt, insignite utilitate pensata et matura cum deliberatione, sepedictas duas capellas et in eisdem sexdecim vicarias, in capella scilicet Sancti-Michaelis super Sancti-Clementis capellam, juxta nostram Autissiod. ecclesiam, a parte australi, sita, octo, et alias octo in capella Beati-Johannis-Rotundi, juxta nostram dictam ecclesiam, a parte opposita scilicet septentrionali, constructa, tam per dictum defunctum bone memorie dominum Guidonem, predecessorem nostrum, quam per antea ab antiquo fundatas, statuatas et ordinatas, cum suis omnibus et singulis earumdem redditibus, juribus, usibus, censibus, emolumentis, possessionibus, obventionibus et pertinentiis universis per eundem defunctum dominum Guidonem et alios quoscumque, quovis modo datis, concessis et assignatis prefate nostre Autissiod. ecclesie, capitulo sive mense capitulari ejusdem melioribus via et modo quibus possumus, adunavimus et univimus, presentiumque litterarum tenore perpetuo adunamus et unimus easdem sexdecim capellanias seu vicarias, earumque omnem ulteriorem collationem et quamvis aliam dispositionem supprimentes et adnulantes ; cèdentes et concedentes eidem capitulo omne jus et omnem actionem, absque ulla reservatione, ipsis capellaniis spectantibus et quovismodo vel titulo pertinentium, proviso tamen et mediante quod ipsis decanus et capitulum nostre jam dicte ecclesie dicere et celebrare seu dici et celebrari facere unam missam, submissa voce, hebdomada qualibet in earumdem capellarum Beatorum Michaelis et Johannis, altera videlicet prima septimata feria secunda in dicta Sancti-Michaelis in honore ipsius, et sequente hebdomada feria quarta in Sancti-Johannis de eodem prefatis capellis, et sic consequenter alternative, necnon singulis festis annualibus et solemnibus de ipsis festivitatibus vicibus alternis ac etiam in omnibus beati Michaelis festivitatibus in ejusdem capella, et in sancti Johannis, in sua capella, missas de eisdem, submissa voce, expensis et ipsius capituli sumptibus, temporibus perpetuis tenebuntur, salvis processionibus etiam, aliisque suffragiis in dictis capellis, singulis annis, per dictos decanum et capitulum fieri et celebrari ab antiquo solitis, quas continuari volumus et rite observari. In quorum omnium testimonium et fidem indubiam premissorum, presentes litteras nostro fecimus sigillo communiri. Datum Autissiodori, in capitulo nostre Autissiodorensis ecclesie, die nona mensis augusti, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Per dominum episcopum :

De Portis.

Universis presentes litteras inspecturis, Ludovicus de Meleduno, miseratione divina, Senonensis archiepiscopus, metropolitanus èt superior in hac parte, salutem in Domino. Notum facimus nos vidisse et inspexisse litteras adunationis et unionis per venerabilem fratrem et suffraganeum nostrum P. Autissiodorensem episcopum capitulo Autissiodor. ecclesie suffraganee nostre, sive mense capitulari, de duabus capellis, videlicet de capella Beati-Michaelis super capellam Sancti-Clementis juxta prefatam ecclesiam Autiss., a parte Australi, et de capella Beati-Johannis-Rotundi, juxta predictam ecclesiam a parte septentrionali, facte; in quibus quidem capellis sunt de fundatione antiqua sexdecim capellani ut, in prefatis litteris, unionis et adunationis nostri predicti suffraganei, quibus he nostre littere sunt annexe, clarius et latius declaratur. Quibus litteris visis per nos et diligenter inspectis, informatione etiam diligenti super hoc de mandato nostro prius facta, per nosque visa et audita, ceterisque attentis circa hec attendendis et considerandis, consilio et matura deliberatione super contentis in eisdem per nos communicatis diligenter et prehabitis, pro bono et evidenti commodo dictarum capellarum, fructuumque et pertinentiarum earumdem, et animarum salute fundatorum ipsarum, omnia et singula in litteris predictis contenta laudamus, volumus et etiam approbamus; et eis quantum cum Deo, et de jure possumus nostrum prebemus assensum pariter et decretum, dictasque capellas autoritate nostra metropolitana et superiori, dicto capitulo nostre suffraganee ecclesie, sive mense capitulari, adunantes : quasquidem, quantum a nobis jure permittitur et facere valemus autoritate prefata, predicto capitulo aut mense capitulari adunavimus et univimus, presentiumque lit-

terarum tenore perpetuo adunamus et unimus.

In cujus rei testimonium sigillum camere nostre litteris presentibus duximus apponendum. Datum Senonis, die duodecima maii, anno Domini millesimo quadragentesimo quinquagesimo sexto.

J. Bapaulmes.

(*Ex Tabul. Capit. Autiss.*)

N° 370.

Accord entre les bourgeois d'Auxerre et les vignerons sur les travaux des vignes.

(An 1455-56, février.)

A tous ceulx qui verront ces presentes lettres : Germain Trouvé, licencié en loys, et Simon Tribolé garde du scel du roy nostre sire en la prévosté d'Aucerre, salut. Sçavoir faisons que pardevant Estienne Champfremeux, tabellion juré en la cour de ladite prevosté, comparurent personnellement en l'église des Cordeliers d'Aucerre vénérables et discrètes personnes révérend père en Dieu frère Pierre le Masle, abbé du monastère Sainct-Père audit lieu d'Aucerre, et messire Simon Béchu, prestre, soubz-chantre et chanoine de Saint-Estienne audit lieu d'Aucerre, eulx deux venus et envoyez de par les gens d'église de la ville et cité d'Aucerre; Jehan Regnier, le jeune, lieutenant de monseigneur le bailly dudit Aucerre, Jehan Lourdin, prévost d'illec, Guenault le Moyne, Jehan Gontier, maistre Jacques Driart, Germain Trouvé, le jeune, Blaise Tribolé, Simon le Moyne et Simon Gontier, licencié en loys, Jehan de Troyes, receveur d'Aucerre, Pierre de la Plotte, grenetier d'illec, Jehan Desbordes l'aisnel, Germain Vivien, Gasselin Lusurier, Jehan Dieulegart, Jehan Coquart, Jehan de Cheny, Jehan Ferron, Robert de Tournay, Jacquinot de Passelieres, Germain de Coiffy, Guillaulme Musart, Pierre Grail, Guillaulme de Selles, Perrin Gontier, Thierry Liart, Thibault Estoreau, Thomas Labbe, Guiot Aubriot, Guillaume Gazon, Simon Quarreau, Philibert Delafaye, Denys de la Chaume, Guillaume du Val-de-Mercy, Estienne le Rouge, Jacquemin le Goux, Perrin Dupont, Guillaume Tixerant, Hugues Chevalier, Perrinet Cousin, Simon Chaumery, Germain Trubert, Guillemin Gautherin, Simon Pardela, Guyot de Villy, Guillaume de Chasnes, Laurent Burcteau, Humbert Michel, Thomas Bourdin, Guillaume Volant, Thevenin le Beau, Pierre d'Orgelet, Thevenin Clopin, Thomas le Moyne, Jehan Beguet, Perrin Bezart, Jacquet Tonnaille, Jehan Rousseau, Perrin le Jon et Robin Maubert, tous bourgois, manans et habitants de ladite ville et cité d'Aucerre pour eulx et pour les autres gens d'église, bourgois et habitans non vignerons de ladite ville et cité d'Aucerre absens, et eulx faisant fort pour iceulx absens, quant à ce d'une part. Jehan Thomas dit Charlot, Guillaume Thomas dit Charlot, son filz, Guillermin Charle, Huguenin Givry, Jehan Berthelot, Estienne Duchamp, Guillemin Mariller, Adam Chindé, Jehan Grislot, Thomas Lore, Martin Relie, Henry Berthelot, Jehan Joly, Thevenot Desprez, Jehan de la Croix, Robin Bauldry, Bernard Gaye, Guillemin Jorran, Jehan Barre, Jehan Bourgois, Jehan Chevalier, Thomas Pinsastre, Guillemin Tatoys, Guillemin Bourgoin le jeune, Perrin Royer, Guillemin Bourgoin l'aisnel, Guillemin Potin, Jehan Marion, Jehan Dupont, Jehan Barat, Perrin Massé, Guillemin le Savat, Guillaume Deguy, Perrin Dupuis, Germain Aliot, Lorent Georgin, Lorent Tabart, Jehan Forestier, Droin Jacquin, Thomas Mine, Jehan Macé, Guillermin Macé, Jehan Poichot, Thiebault Meusnier, Jehan Charpentier, Jehannin Guillot, Guillemin Marchant, Jehan Dosnon, Jehan Bely, Guillemin Chifenofe, Jehan maistre d'hostel, Perrin Mine, Jehan Dorgenot et Perrin Orry tous vignerons et laboureurs demorans à Aucerre pour eulx et pour tous les aultres vignerons et laboureurs de ladite ville, cité et banlieue d'Aucerre absens, pour lesquels absens iceulx vignerons et laboureurs dessus nommez se tindrent fort quant ad ce et prinrent en main, sur pene de tous interests qui s'en pouvoient et pourront ensuivre d'aultre part.

Icelles parties assemblées ensemble dans ladite église, en la présence et du congié et licence de nobles hommes Jehan Regnier bailly d'Aucerre, et par cry fait en lieu accoustumez à faire crys audit lieu d'Aucerre ; disant icelles parties que comme certain procez en cas d'appel ait esté meu et encore soit pendant en la cour de parlement entre les vignerons et laboureurs de la ville et cité d'Aucerre ou son lieutenant, d'une part, et les gens d'église, bourgois et habitans d'icelle ville intimez, d'autre part, pour raison et à cause de certaine sentence interlocutoire par ledit bailly ou son lieutenant donnée au profit des intimez, par laquelle a esté dit, jugié et sententié certain adjourne-

ment fait à la requeste desdits appelans contre lesdits intimez, mal et induement faits, et iceulx appelans condamnez en despens desdits intimez sur ce fait, dont lesdits vignerons et laboureurs ayent appellé, relevé leur dit appel, et fait adjourner et intimer lesdites parties adverses bien duement à comparoir en ladite cour, aux jours de Champaigne mil quatre cens quarante deux, ausquels jours icelles parties ou procureur pour eulx se présentèrent, et depuis chacun an ausdits jours se soyent présentez ainsi qu'il appartient, sans ce que audit procez par escript qui encore entier ayt esté aultrement procedé ; finablement lesdites parties voulant et désirant paix et amour nourrir entr'elles et obvier à tous procez, en la présence dudit juré se sont condescendus à accord et ont accordé si plaist à ladite cour, au moyen de certaines lettres de congié d'accorder sur ce obtenues, en la manière qui s'ensuit : c'est à sçavoir que laditte appellation mise au néant sans amende, icelles parties se départiront et départent de cour sans despens d'un costé et d'aultre ; et quant au cas principal qui est sur le fait de l'heure et tant que les vignerons et laboureurs de ladite ville d'Aucerre et pays de l'Aucerrois doivent tenir et labourer, iceulx vignerons et laboureurs iront et seront tenus doresnavant de aller labourer au matin à l'heure sur ce ordonnée, et de la feste de Pasques jusqu'à la feste de l'Exaltation Ste Croix, qui est au mois de septembre, ne se pourront départir de leur labour à telle heure quest à soleil couchant et non pas avant ils puissent retourner en leurs maisons; et se de ce faire ils sont refusans, négligens ou refusans, ils perdront leurs salaires de toute la journée, dont la moitié sera au maistre qui aura loué le vigneron et l'aultre moytié sera convertie à la fortification de ladite ville d'Aucerre. Lequel accord icelles parties, et chacune d'icelles en droit soy, ont promis en leur foy corporellement donnée en la main dudit juré, et soubz l'obligation de tous leurs biens présens et avenir, entretenir si plaist à ladite cour, sans enfraindre, sur le point que en tel cas appartient; présens et appellez ad ce par ledit juré Jehan du Val de Mercy et Guillemin Premenault demourans audit lieu d'Aucerre.

En tesmoing de ce nous à la rélation dudit juré avons scellé ces lettres dudit scel, qui furent faites et passées le premier jour du mois de febvrier, l'an de grâce mil quatre cens cinquante cinq,

Sic signatum : Champfremeux.

Cet accord fut homologué en parlement le 11 *mars* 1456.

Voici les lettres de 1392 *sur lesquelles les bourgeois étoient fondés.*

Charles, par la grace de Dieu, roy de France : Sçavoir faisons à tous présens et à venir nous avoir oye la grief clameur et complainte de plusieurs gens d'église, nobles, bourgois et habitans de nostre ville d'Aucerre et du pays d'environ, contenant que jaçoit, et que selon raison tous ouvriers de bras et laboureurs de vignes et aultres labourages soient tenus, puisque ils sont prins, retenus ou alouez pour ouvrer à journée, de eulx tenir en l'œuvre où ils sont mis et de gaingnier leur jornée bien et loyaulment sans en partir et laissier leur ouvrage jusqu'à heure ordonnée et compétent; c'est-à-sçavoir, soleil couchant, et que ainsi doit il estre fait. Néanmoins, tous ou la plus grande partie des ouvriers et laboureurs estans et reparans en nostredite ville d'Aucerre et ou pays d'environ, qui est pays de vignoble, en abusant, fraudant et décevant les bonnes gens ausquels ils ouvrent, délaissent leur ouvrage et se partent d'iceluy à nonne ou environ, grant espace de temps avant ce que le soleil soit couché, et vont ouvrer les aucuns en leurs vignes ou aultres labourages, là où ils besoignent et exploitent autant ou plus comme ils ont fait tout le jour pour ceulx qui les payent de leurs journées, ou au moins peuvent faire grant ouvrage depuis ladite heure, et, qui plus est, en ouvrant à jornée ne font ny leur devoir raisonnablement, et ces choses qui sont abuz déraisonnables contre Dieu et justice et le bien et utilité publique, veulent iceulx ouvriers et laboureurs tenir à conséquence ne aultrement ne veulent faire de leurs journées; et avec ce les gardes-messiers ou sergens qui sont ordonnez et commis pour garder les vignes ou aultres labourages et le fruit estant en ycelles dont ils ont et prennent prix et salaire de leur autorité, prennent, cueillent, mengent et donnent des raysins et autres fruiz estant en leur garde, et en font moult et plusieurs aultres excez et oultrages ou préjudice grief et dommaige de ceux à qui lesdites vignes et aultres labourages sont, et par tels faiz ont esté ceulx à qui la chose touche moult grevez et dommagiez ou temps passé, et seroient encore plus ou temps advenir si sur ce n'estoit brievement proveu de remèdes convenables, mesmement que par telles choses et aultres leurs héritages sont de trop plus

grans fraiz qu'ils ne souloient et de mendre revenus :

Pourquoy nous, ces choses considérées, voulant tels abuz abatre et faire cesser du tout, et nostre peuple estre tenu et gouverné en bons usages, avons ordonné et ordonnons que doresnavant tous ouvriers et laboureurs, hommes et femmes, toutefois que ils vouldront gaingner, viengnent en lieux et places ordonnées et accoustumées en ladite ville d'Aucerre et en aultres lieux et villes du pays du pays d'Aucerrois, avant soleil levant, et aprez ce qu'il auront esté alloués et retenues, œuvrent et labourent là où leurs maistres ou maitresses leur ordonnent et employeront bien et loyaulment, et se tengnent et œuvrent continuellement esdis ouvrages en gaingnans leur salaire, jusqu'à soleil couchant, sans revenir à ville, ne yssir ne partir de leur labourage, si ce n'est pour prendre leur récréation de boire et de manger raisonnablement; et aussi que lesdits ouvriers et laboureurs ne puissent prendre, lever ne exiger par jour, pour salaire, oultre cinq solz tournois, sur peine de soixante solz d'amende en quoy encherra et encourera envers nous chacun qui desfauldra de ce faire; et oultre que les gardes, sergens ou messiers desdites vignes ou aultres labourages, ne aultre pour eulx ne preingnent ou cueillent ou souffrent prendre ou cueillir par aultres à qui il n'apartient, doresnavant, esdites vignes ou aultres labourages, vergier et jardins ou courtillaige, raysins ne aultres fruiz pour faire mousts nouvels ou aultres excez ou despence, sur peine de six livres tournois d'amende, en levant sur eux et sur chacun d'eulx qui feront le contraire lesdites amendes à nostre proullit par la manière qu'il appartiendra de raison ; laquelle chose nous voulons ainsy estre fait pour considération des choses dessusdites; et ausdiz complaignans l'avons octroyé et octroyons de grace especiale par ces presentes, non nobstant quelconques lettres subreptices empétrées ou à empétrer au contraire.

Si donnons en mandement par ces presentes ou bailly de Sens et d'Aucerre, et au prevost d'Aucerre, ou à leurs lieutenants, et à chacun d'eux, en les commettant quant ad ce se mestier est, que notre présente ordonnance facent crier et publier en notre dite ville d'Aucerre et ailleurs où il appartiendra, et icelle facent tenir, garder, entériner et accomplir sans enfraindre, cy contraignans ad ce tous ceulx qu'il appartiendra par les peines que dit est à appliquer à nous sur les défaillans et contredisans et sur chacun d'eulx et par tant de fois que ils defauldront, et aultrement par toutes voyes deues. Et que ce soit ferme chose et estable à toujours, nous avons faict mettre notre scel à ces lettres, sauf en autres choses nostre droit, et l'autrui en toutes. Donné à Paris, au mois de mars l'an de grace mil trois cens quatre-vingt et douze, et de nostre règne le treizième.

Par le roy, à la relation du conseil.

P. Vivien,

Visa, contentor,

De Crespy.

N° 371.

Note sur les décimes pour la guerre contre le Turc.

Extractum ex registris capituli ecclesie S. Stephani Autissiodorensis.

Die martis XXVIII *mensis junii, anno Domini* 1457.

Dominus (Thomas de la Plotte) decanus, exposuit dominis canonicis capitulantibus, dempto D. Archidiacono Puisaie qui tunc in capitulo presens non erat, quod propter nonnulla expedienda factum et utilitatem ecclesie concernentia, quod quamvis post quondam concessionem factam a sancta Sede Apostolica serenissimo ac potentissimo domino duci Burgundie, de levanda quadam decima de et super omnibus et singulis ecclesie sive beneficiis in suis terris et dominiis, et sub sua gardia et protectione existentibus et constitutis, pro eundo seu mittendo contra et adversus illum ferocissimum et crudelissimum Turcam, legis Christi atque totius religionis christiane inimicum; sui receptores et commissi ad hujusmodi decimam levandam venerunt ad hanc civitatem Autissiodor. pro ipsa decima levanda et exigenda ab ecclesiis in ipsa civitate et comitatu constitutis, prout et de facto ipsam levaverunt et perceperunt a personis in ipsis ecclesiis beneficiatis, et presertim ab ecclesia Autiss. seu ab ipsis dominis capitulantibus, nihilominus nonnulli alii assumpti receptores in diecesi Autissiodor. cujusdam alie decime novissime et pro eadem causa in regno Francie imposite deputati et commisi, forte ad suggestionem nonnullorum benecognitorum qui tamen talia procurasse seu procurare minime debuis-

sent, conatus suos fecerunt de ipsa decima iterum levanda ab ecclesia Autissiodor. seu ab ipsis dominis capitulantibus, ipsos taliter qualiter monendo seu moneri faciendo, sub penis excommunicationis et aliis censuris ecclesiasticis quatenus solverent certam pecunie summam pro et nomine ipsius decime; et quod nisi fuisset exacta diligentia per ipsos dominos, justantia mediante apposita in resistendo ipsis assumptis commissariis de facto fuissent compulsi ad iterum dictam decimam sibi solvendam, in grave ipsius ecclesie prejudicium, etc.

N° 372.

Permission de construire un horloge public, accordée aux habitants d'Auxerre, par Jean de Bourgogne.

(An 1457, 16 août.)

Jehan de Bourgoingne, conte d'Estampes, seigneur de Dourdan : à nostre bailli d'Aucerre ou à son lieutenant, salut. Les habitans de nostre ville dudit Aucerre nous ont fait exposer que pour le bien publicque de ladite ville, il leur est besoing et ont voulenté faire faire ung orloge, laquelle, se nostre plaisir estoit, seroit très propice estre assise sur la porte auprez nostre chasteau dudit Aucerre, et la cloche d'icellui orloge sur une tour dudit chasteau que on dist la *Tour Gaillarde;* suppliant humblement que de ce faire leur vueillons donner et ottroyer licence. Nous, inclinans à leur supplication, désirant l'augmentation et décorement de la ville et le bien publicque d'icelle, à iceulx supplians avons donné, octroyé, accordé, donnons, octroyons et accordons, et par ces présentes donné et donnons grâce congié et licence que sur ladite porte scituée auprez de nostredit chateau, ils puissent doresnavant avoir, mettre et asseoir ledit orloge, et semblablement la cloche d'icellui orloge sur ladite Tour Gaillarde, pour illec sonner et servir à l'usaige de ladite ville et desdits habitans. Si vous mandons que, nos présens grâce, don, octroy de accord, congié et licence vous faites et souffrez lesdits habitans joir et user plainement et paisiblement, sans au contraire leur faire ou donner ne souffrir faire ou donner quelque destourbier ou empeschement, car ainsi nous plaist il estre fait. Donné à Amiens le xvie jour d'aoust, l'an de grâce M CCCC LVII.

Par monseigneur le conte, le seigneur de Rocheffort présent :

Boutillat.

(*Ex Tabul. Urbis. Autiss.*)

N° 373.

Amortissement des biens du chapitre d'Appoigny.

(An 1458, 9 juin.)

Universis presentes litteras inspecturis. Petrus, miseratione divina, Autissiodor. episcopus, salutem in eo qui est vera salus. Quoniam ea que ad Dei laudem et honorem, divinique cultus augmentum respiciunt, sinceris affectibus amplectimur et illorum vota qui ad hec salubriter aspirarunt et aspirant congruis favoribus acceptamus. Cum itaque quamplura bona immobilia, sive hereditagia, domus, vinee, terre arabiles, census et redditus à pluribus et diversis personis in piam et puram eleemosynam, ob remedium animarum suarum, thesaurario, curato, cantori et capitulo ecclesie nostre collegiate Beati-Petri ville nostre de Appoigniaco, tam ordinatione testamentaria quam alia, legata, concessa et dimissa, temporibus retroactis, extiterunt, pro missis celebrandis ac orationibus et aliis servitiis divinis faciendis, nonnullaque alia bona immobilia et redditus, tam emptionis quam aliis titulis legitimis, fuerint eidem ecclesie collegiate et parochiali in perpetuum acquisita, et quia eadem bona immobilia sive hereditagia, censusque et redditus predicti in nostra justitia et sub nostro dominio temporali situantur, dilecti nostri in Christo thesaurarius, curatus, cantor et capitulum ville nostre predicte nobis humiliter supplicaverunt quod nos, ut eisdem suisque successoribus liceat ipsa hereditagia dictis ecclesie collegiate et parrochiali sic acquisita retinere et perpetuo possidere, eadem admortizare dignaremur : nos igitur, considerantes devotionem illorum qui hereditagia et redditus hujusmodi ob remedium animarum suarum legaverunt et concesserunt, volentes eorum vota salubriter adimpleri, et ecclesiam predictam thesaurariam, curam et capitulum predictos quibus specialiter afficimur dote et facultatibus decorari, et ut in missis et orationibus, ceterisque bonis que quotidie in eadem ecclesia fiunt et fient in futurum, Domino concedente, participes efficiamur

dicte supplicationi favorabiliter annuentes, omnia et singula bona immobilia sive hereditagia, domos, vineas, terras arabiles, prata, nemora, hortos, census, redditus et alias possessiones quascumque, qualitercumque censeantur in nostra justitia temporali seu sub dominio nostro situata, temporibus retroactis, hactenus, quocumque justo titulo acquisita, vel ex quacumque ratione sive causa predicte ecclesie collegiate et parrochiali pertinentia, autoritate nostra admortizavimus, et tenore presentium admortizamus, eademque omnia et singula predicte ecclesie ad opus thesaurarii, curati, cantoris et capituli predictis et eorum successoribus volumus applicari, et perpetuo remanere cum omnibus tam in redhibentiis quibus sunt ab antiquo onerata, juribusque et pertinentiis universis eorumdem, absque eo quod nos aut successores nostri de cetero valeamus aliquid juris occasione admortizationis in dictis hereditagiis, aut eorum aliquibus reclamare, petere, exigere vel habere seu dictos thesaurarium, curatum, cantorem et capitulum aut successorem eorumdem ad aliam admortizationem ipsorum hereditagiorum in futurum faciendam, vel ad id quod ipsa hereditagia aut eorum aliqua extra manum suam mittent aut relinquent cogere vel compellere, quoquo modo, manumque nostram dictis heriditagiis appositam hac de causa amovemus per presentes, volentes dictum thesaurarium, curatum, cantorem et capitulum, eorum successores dictis hereditagiis omnibus et singulis tanquam bonis propriis ecclesie et beneficiorum predictorum gaudere pacifice et quiete, nostro tamen in aliis et alieno in omnibus jure salvo.

Quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret, has presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum et actum in nostro palatio episcopali Autissiodorensi, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, die nono mensiis julii.

Per dominum episcopum,

Gerbaudi.

(*Ex Tabul. Appoigniac.*)

N° 374.

Poursuites pour l'hommage du fief de Lorme dû à l'évêque d'Auxerre.

(An 1459-60, janvier.)

Pierre, par la grâce divine evesque d'Aucerre : A notre bien amé Estienne Lemuet, seigneur de Corbelin et lieutenant de nostre bailly de Varzy, salut. Nous vous mandons et commettons par ces présentes que vous, la tour, chastel, ville, terre, justice et seignorie de Lorme, ensemble tous ses droits et appartenances mouvans de nous en fief à cause de nostre eglise d'Aucerre, et que tient à présent, comme l'on dit, noble et puissant seigneur messire Jehan de Chalon, chevalier seigneur de Viteau et de l'Isle-soubz-Montréal, empeschez et mettez ou faites empescher et mettre réaument et de fait en nostre main, pour deffault de homme et devoirs à nous non faiz, et en signe de ce mettez ou faites mettre brandons ou aultres enseignemens de par nous en icelle tour, chastel, ville, terre, justice et seignorie de Lorme, ses droiz et appartenances, et icelle gouvernez et faites gouverner de par nous bien et duement, en y commettant de par nous officiers tant à l'exercice de la justice comme à la recepte des revenus, fruits et emolumens des choses dessusdites mouvans de nous en fief, comme dit est, par personnes idoynes et suffisantes, en prenant de chacun d'eulx le serment de bien et loyaulement deservir ledit office de par nous et aultres sermens accoutumez, mesmement en tant que touche l'administration de recepte, de rendre bon et loyal compte et reliqua à nous ou à nous commiz, quant requis en seront, pour iceulx offices régir et gouverner tant qu'il nous plaira et jusqu'à ce que par nous en soit aultrement ordonné; et en cas d'opposition lesdits chastel, ville, terre, justice et seignorie de Lorme, avec ses appartenances dessusdites mouvans de nous en fief, comme dit est, prinse et demourant en nostre main, donnez et assignez, ou faites donner et assigner jour certain et compétant pardevant nostre bailly de nostre temporalité à Auxerre, aux opposans ou contredisans pour dire les causes de leur opposition, refus ou contredit, respondre à nostre procureur et aller avant comme de raison; de ce faire vous donnons pouvoir et puissance et mandement especial. Mandons et remandons à tous nos justiciers, officiers et subjetz que en choses dessusdites leurs circonstances et dépendances obeyssent et entendent diligemment. Donné en nostre chastel de Varzy, le septiesme jour de janvier l'an mil quatre cens cinquante neuf, soubz notre scel de chambre.

Par mondif sieur l'evesque,

P. Des Portes.

Aujourd'huy vendredy unziesme jour de janvier, l'an mil quatre cens cinquante

neuf, en présence de moy juré cy-dessoubz escript et des témoings cy-dessoubz nommez, honorable homme et saige Estienne Lemuet, Seigneur de Corbelin, lieutenant de Varzy, et commissaire en cette partie par lettres de commission cy-dessus escriptes, a prins et mis en main de révérend père en Dieu monseigneur l'evesque d'Auxerre, la tour, chastel, ville, terre, justice et seignorie de Lorme, ensemble tous ses droitz, et appartenances mouvants du fief dudit révérend à cause de son église d'Aucerre, que tenoit nagueres, comme l'on dit, noble et puissant seigneur messire Jehan de Chalon, chevalier, seigneur de Viteau et de l'Isle-soubz-Montréal, par deffault d'homme et de devoirs non faiz; et en signe de ce a fait mettre à l'une des portes d'iceluy chastel les armes dudit révérend, afin que nul n'eust cause d'ignorance. Ce fait a désappointé Pierre Putas, soy-disant lieutenant du chastellain dudit lieu de Lorme pour ledit messire Jehan de Chalon, en tant qui touche faict de justice, Pierre Corneillat, soy-disant procureur, Guille Colin, soy-disant Gryyer, Estienne Galvet et Guillemin Berthier, eux disans sergens de ladite terre, en parlant à leurs personnes, et généralement tous les autres officiers de la terre en leur absence, et leur a deffendu de par ledit révérend, à certaines et grosses peines, c'est-à-sçavoir à la peine de vingt livres, que pour et ou nom dudit messire Jehan de Chalon, ils n'exerçassent lesdits offices. Fait, présens Jehan Guonde, Guillaume Chevillot, Jacques Bussière et aultres.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 375.

Acte de soumission des Frères-Prêcheurs d'Auxerre envers Pierre de Longueil, évêque de la même ville.

(An 1463, 25 septembre.)

In nomine Domini, amen. Tenore hujus presentis publici instrumenti cunctis pateſiat evidenter et sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, indictione undecima, mensis septembris die vigesima quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Pii, Divina providentia pape, secundi, anno quinto, coram reverendo in Christo patre et domino domino Petro, Dei gratia Autissiodorensi episcopo, moram de presenti trahente in villa de Varziaco sue diecesis, in mei notarii publici subscripti, testiumque infra scriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presentia personaliter constitutus indaginis et prestantissime ac mirande circumspectionis, magneque autoritatis vir, frater Laurentius Gervasii, sacre pagine professor eximius, prior conventus Parisiensis, ordinis Fratrum-Predicatorum vicariusque generalis hujusmodi totius ordinis, necnon et inquisitionis heretice pravitatis in regno Francie specialiter, ut dicebat, deputatus et commissus, dixit nomine predicto et exposuit se nuper ad querimoniam gravem dilectorum suorum Fratrum-Predicatorum conventus civitatis sue Autissiodorensis sibi, ut asserebat, delatam coram dominationibus venerabilium virorum dominorum vicariorum et officialium ejusdem reverendi in Christo patris apud Autissiodorum, debita cum instantia, propter nonnullas differentias inter eundem reverendum et predictos fratres a festo Pasche ultimate preterito exortas inferius recitatas, presentasse, quarum pretextu quam plurima patiebantur dispendia, sed dicti domini vicarii et officialis sibi responderunt quod hujus rei cognitio et determinatio sibi funditus vetita fuerat, et specialiter penes ipsum totaliter reservata, quibus ita peractis, tria ordinem predictum concernentia peregit; primo protestatus fuit, secundo predictas recitavit differentias; et tertio ipse dominus vicarius nomine quo supra humiliter supplicavit. Protestatus fuit etenim pacem et concordiam, amoremque et unitatem in sancto sacramento velle se habere cum ipso reverendo et easdem pacificare differentias inter ipsos, nec-non etiam dominos decanum et capitulum predicte ecclesie Autissiodor, ut premittitur, existentes, quas recitando enarravit coram eidem reverendo in Christo patre, videlicet quod pretextu quarumdam propositionum per quandam in habitu ordinis FF. Heremitarum B. Augustini, in quadam solemni predicatione ab eo facta, in ecclesia cathedrali Autissiodor., ex deliberatione prefati reverendi domini nec-non et predictorum dominorum decani et capituli ejusdem ecclesie statuta, et ordinata erronea, ut dicebat, et contra Christi fidem de directo predicatarum et propterea pro aliquo fratres hujusm. Ordinis tunc inea interessentes licite, ut ferebatur, reprehensarum, unde tumultus forte fuerat in populo ibidem congregato, affatus reverendus in Christo pater, ob hoc fortassis infestus, et nonnulorum

sue ecclesie antedicte suggestione conturbatus, in sua sancta synodo ultimate elapsa, inhibuerat omnibus curatis et parrochialium ecclesiarum sue predicte diecesis rectoribus ne a cetero et quousque per eum foret aliter ordinatum aliquem fratrem predicti conventus in suis ecclesiis ad officium sancte predicationis exercendum, et confessionem audiendam quoquomodo reciperent, nec questas pro ipsis fieri permitterent aut paterentur; alioquin excommunicationis mucrone et decem librarum pena contrafacientes plecterentur.

Quibus non contentus fratrem Jacobum Chevecin, priorem dicti conventus Autiss. ad ipsius presentiam postea pro pace habenda suis carceribus diris mancipaverat, et ipsum quamvis se sibi notificasset ab eo ratione exemptionis dicto ordini concesse exemptum et minime justiciabilem XII diebus eo circa detinuerat mancipatum, ipsumque in pane doloris et aqua tristitie condemnaverat. Quibus quidem etiam nondum contentus, prefatus reverendus in Christo pater nuperrime occasione dicte reprehensionis fecerat prohiberi omnibus, palam et publice, et generaliter, ad promnos suarum ecclesiarum, quatenus confratres cujusdam solemnis et devotissime confratrie ob remissionem peccaminum defunctorum in predicto conventu ab antiquo statute, et inde apostolica nec-non et predecessorum dicti reverendi et ipsiusmet autoritate et decreto approbate et confirmate, a cetero aliquid minime pro dicta confratria exolverent, et quod deterius erat quod positi se removerent, sub eadem excommunicationis pena, in prejudicium, damnum et dispendium non modica dicti conventus Autiss. ac fratrum ipsius, suorumque privilegiorum, lesionem et jacturam. Attamen, premissis non obstantibus, sed rejectis instanter, postulabat et requirebat supplicando prefatum reverendum in Christo patrem, quatenus predictas differentias pacificare, fratres predicti conventus in pristinum statum reducendo et reponendo et predictas per eum ad causam predicte reprehensionis factas subtractiones annullando et removendo vellet et dignaretur intuitu pietatis, et ipsi FF. pro eo ad Deum effunderent preces.

Quibus respondens memoratus rev. pater dixit quod nil aliud quam pacem et amorem habere querebat cum ipsis fratribus. Nihilominus tamen donec et quousque tumultum seu scandalum per aliquos fratres dicti conventus in predicta processione et populo suo ibidem congregato factum et perpetratum modo debito reparassent, predictas substractiones per eum debite, ut d cebat, in dictis fratribus factas minime amoveret seu revocaret, nec ipsos fratres ejusdem conventus Autissiodor. ad primum reponeret statum, nec etiam cum ipsis haberet concordiam. Quo vero ad propositiones reprehensas in predicta predicatione se penitus determinationi sancte matris ecclesie referebat, de qua quidem reprehensione, prout sibi relatum extitit, in jus habebant, tamen ipsas dixit velle sustinere tanquam veras prout ipsarum predicatori scripto tradite fuerant. Tandem vero, ad sedandum, pacificandumque predictum tumultum seu scandalum, ac pro bono pacis et concordie, prefati domini reverendus et vicarius certum super hoc scriptum ediderunt et composuerunt brevetum, et mihi notario predicto tradiderunt tenore sub isto.

Le mercredy aprez Pasques dernièrement passé, l'an mil quatre cens soisante et trois, en l'église d'Aucerre, aprez la procession générale, fut fait un sermon au peuple par l'ordonnance de révérend père en Dieu monsieur l'évêque d'Aucerre, auquel sermon estoient messieurs les doyen et chapistre de ladite église, plusieurs autres clercs, religieux, bourgeois et séculiers de ladite ville, en grand nombre, et en faisant ledit sermon le prescheur fut repris publiquement par aulcuns religieux de notre ordre lors présens audit sermon, et y eust grand esclandre ou tumulte, pour laquelle chose ledit révérend père en Dieu, ses vicaires et messieurs du chapistre ont esté et sont mal contens et desplaisans dudit esclandre ou tumulte; et pourtant je prie et supplie à mondit révérend père en Dieu, ses vicaires, et messieurs du chapistre dessusdit et autres, qu'il leur plaise patiemment supporter ledit esclandre ou tumulte, et ne prendre à desplaisance, ne plus leur en souvenir : et au regard des propositions preschées et reprises, ledit révérend père en Dieu s'en rapporte à la détermination de nostre mère sainte Eglise.

Quod quidem brevetum seu contenta in eo memoratus, reverendus in Christo pater dici et publicari voluit per fratrem Ambrosium ejusdem conventus et non per alterum in quodam sermone quem ipsemet faciet coram populo, et tunc esset pacificatus et contentus facere dicti ordinis, alioquin predictas subtractiones minime revocaret, nec removeret seu revocari faceret; ad quod prefatus dominus

vicarius, nomine predicto, suum prebuit assensum. Quoniam tamen presens negotium dominos decanum et capitulum coram quibus in predicta cathedrali ecclesia dictum scandalum factum fuerat, tangebat ut dixit, idem reverendus promisit litteras super hoc una cum copia dicti breveti, absque alia additione verborum, ipsis dominis decano et capitulo transmittere ut vellent sicut et ipse merito de contentis in predicto breveto contentari.

Quibus sic invicem peractis, dictis et concordatis, jam dictus dominus vicarius eidem reverendo in Christo patris insinuavit quod ipse, nomine dicti inquisitoris, informatione previa agere intendebat contra prefatum predicatorem tanquam contra hereticum, via juris et ob hoc licet ipse de jure posset solus in solidum in talibus maxime usque ad ferandam sententiam diffinitivam procedere, ipsum reverendum cum instantia requisivit, quatenus se cum eo in hac parte vellet adjungere : ad quod respondens dictus reverendus dixit quod super hoc commisserat et deputaverat officialem suum Autissiodorensem, et cum eo super hoc loqui haberet. De quibus premissis omnibus et singulis affatus dominus vicarius nomine quo supra petiit a me notario publico subcripto sibi fieri atque tradi publicum instrumentum, unum vel plura. Acta fuerunt hec tam in ecclesia collegiata predicte ville de Varziaco quam in domo ejud. reverendi in Christo patris sitam retro ecclesiam, presentibus discretis viris magistro Guillermo Pillori, officiali sedis dicti loci de Varziaco; Petro Pillori, Simone Collet, Autissiodori commorantibus et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Item anno, indictione et pontificatu predictis, mensis vero septembris antedicti, die vigesima octava, me notario predicto et testibus subscriptis presentibus, in presentia dominorum decani et capituli predicte ecclesie Autissiodorensis in capitulo predicto capitulantium et capitulum celebrantium et representantium personaliter constituto prelibato D. vicario nomine predicti ordinis, et pro ipso rati habitionem et responsionem contentorum in dicto breveto predictorum dominorum expectanti et habere requirenti. Memorati domini capitulantes per organum domini decani ecclesie hujus tunc in dicto capitulo presidentis dixerunt seu dici fecerunt quod ratum et gatum habebant transactionem seu tractatum pacis predictarum differentiarum, prout in quodam breveto sibi per dictum reverendum in Christo patrem, una cum certis litteris missivis continebatur, dum tamen contenta in eodem breveto per antedictum fratrem Ambrosium in publica predicatione ducerentur et notificarentur ac secundum sui formam complerentur et publicarentur. Quod si quidem brevetum de consensu predictorum dominorum perlegi, et cum preinserto publicam collationem, una cum prefato domino decano, ut prefertur, presidente et alterum tenente peregi, ipsaque concordate inveni, preter certa vocabula que sequuntur, *et du tout le remettre*, que contenta erant in predicto suo breveto, ut prefertur, et prefato reverendo transmisso et scripta in capite illius alterius manu quam illius qui dictum brevetum conscripsit et quam manu dicti reverendi in Christo patris. Qua quidem collatione sic publice peracta prefatus dominus vicarius dixit, et in veritate asseruit quod in preinserto breveto mihi notario tradito, sicut et ipse reverendus vellent contentari et grata habere. Cui quidem requeste prefati domini canonici, per organum quod supra, deliberatione prius super hoc, ut dicebant, prehabita, responderunt quod dicte littere missive de eisdem vocabulis expressam faciebant mentionem, propterea minime contentarentur, nisi dicta vocabula *et du tout le remettre* dicerentur, una cum ceteris in eodem breveto contentis, quod affatus dominus vicarius, nomine quo supra, acceptare recusavit, imo expresse contradixit, et a me notario publico subscripto de premissis sic die predicta vigesima octava actitatis petiit sibi fieri atque dari publicum instrumentum, unum vel plura. Acta hec fuere in predicto capitulo, presentibus discretis viris magistro Guidone Prevostat, et Petro Grail, notariis publicis, Autissiodori commorantibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(Ex Tabul. Episc. Autiss.)

N° 376.

Hommage du fief de Donzy, fait à l'évêque d'Auxerre par Jean, comte d'Auxerre.

(An 1464, 24 mai.)

A tous ceulx qui ces présentes lettres verront : Germain Trouvé, licentié en loix, et Simon Tribolé gardes du scel du roy notre sire en la prévosté d'Auxerre, salut. Sçavoir faisons que Blaise Moirotte, clerc tabellion juré du roy nostredit seigneur en la cour de ladite prévosté, nous a rapporté et certifié pour vérité que aujour-

d'huy vingt-quatriesme jour du moys de may, l'an de grace mil quatre cens soisante et quatre, luy estant en l'hostel de Jehan Gontier, bourgeois d'Auxerre, ouquel à ce temps estoit logé trez hault et trez puissant prince et trez redoubté seigneur monseigneur Jehan, comte de Nevers, d'Auxerre, de Rethel, d'Estampes, seigneur de Dourdan, Péronne, Montdidier, Roye, et baron de Donzy, révérend père en Dieu monseigneur Pierre de Longueil, evesque d'Auxerre, illec présens et venu faire la révérance à monseigneur le comte qui nouvellement estoit venu en cette ville et s'en alloit au lieu de Nevers pour prendre possession d'icelle comté de Nevers qui par le décez de feu monsieur son frère luy estoit naguieres advenu. Aprez ladite révérence ainsy faite, nostredit trez-redoubté seigneur monsieur le comte offrit faire audit révérend, ou nom de sondict eveschié, hommaige lige et serment de féauté de sa dite baronie, terre et seigneurie de Donzy, ensemble et avec ce des anciennes appartenances d'icelle, tout ainsy et par la forme et manière comme feu messeigneurs de trez noble mémoire ses prédécesseurs barons et seigneurs de ladite baronnie, terre et seigneurie de Donzy l'ont accoustumé de faire par cy devant et d'ancienneté, sans presjudice toutesvoies du procez ou des procez qui touchent les chastellenies de Mes-le-Comte, Monceaux, Neuf-Fontaines, Chasteau-Neuf et Clamecy que mondit seigneur le comte prétend estre du comté de Nevers, et ledit révérend au contraire estre de ladite baronnie, et dont procez est ou sont meuz et pendantz en la cour de parlement ou ailleurs, tant d'un costé que d'autre, ne sans rien déroger aux droits d'une partie ne d'aultre : à quoy ledict révérend en acquiescent à ladite offre fust content de le recevoir, soubs lesdites conditions et protestations que ladite réception dudit fief fait en cette ville d'Auxerre fust d'autre effet et valeur comme se faite estoit ou chastel de Varzy appartenant audit révérend à cause de sondict eveschié, duquel chastel estoit tenue et mouvante en fief ladite baronnie de Donzy, et ouquel pour ce faire le baron d'icelle baronnie estoit tenu d'aller. Et pour ce faire et accomplir, soubz la condition et protestation dessusdite accordée par mondit seigneur le comte, et aussi par ledit révérend, iceluy révérend reçut mondit seigneur le comte audit hommaige lige comme homme et vassal de sondit evesché à cause de sondit chastel de Varzy, en baisant iceluy révérend en la bouche, comme il est accoustumé de faire en tel cas, sauf le droit d'iceluy révérend et celuy d'autruy ; par lequel révérend icelle reception faite a esté enjoint à mondit seigneur comme baron dessusdit, que dedans temps d'an il luy baille et face bailler le dénombrement et déclaration du fief de ladite baronnie de Donzy.

De toutes lesquelles choses ainsi dites et faites par lesdits seigneurs, en la présence dudit juré, iceulx seigneurs ont requis leur estre fait lettres et instrument, ung ou plusieurs ; qui par iceluy juré leur a esté octroyé pour leur valoir et proffiter ce que de raison devra, en présence de nobles seigneurs messire Philibert de Jaucourt, chevalier, seigneur de Villarnoul, Philippe de Savoisy, aussi chevalier, seigneur de Silleuay, Jehan de la Rivière, Claude de Beauvoir, escuyer seigneur de Courson, Jehan des Ulmes, escuyer seigneur de la Maison-Fort, messire Jehan d'Armes, docteur en loix, Jehan Regnier l'aisné bailly d'Auxerre, Jehan Thiars, escuyer, seigneur du Mont-Saint-Supplie, maistre Blaise Tribolé, licentié en loyx et plusieurs autres. En tesmoing de ce nous, au rapport dudit juré, avons scellé ces présentes du scel de ladite prévoté. Donné les an et jour dessusdits.

Moirotte.

(*Ex Tabul. Episc. Autiss.*)

N° 377.

Hommage de Châtel-Censoir et autres terres à l'évêque d'Auxerre.

(An 1464, 23 juillet.)

Item volo debita mea persolvi de quibus legitime constabit. Preterea eligo sepulturam meam in ecclesia Autissiodor. in loco ubi proposuerat sepeliri defunctus dominus Ferricus Cassinelli, tunc Autissiod. episcopus, postmodum ad Remensem archiepiscopatum translatus, juxta et secundum tenorem indulti fratrum meorum decani et capituli Autissiodor.; et si in veritate doceatur quod dictus dominus Ferricus jaceat sepultus in prefata ecclesia Autissiodor., ut aliqui pretendunt, volo et eligo sepulturam meam ante et juxta sedem episcopalem lapideam in dicta ecclesia existentem. Si autem Varziaci vel Conade decedam, volo in ecclesia collegiata B. Eugenie Varziaci vel B. Laurentii de Conada, directe, ante majus altare alterius predictarum ecclesiarum arbitrio meorum executorum deponi seu commendari funus, seu cadaver meum donec possit tute et pacifice ad prefatam ecclesiam Autiss. sponsam et dilectissimam transferri, et civitas ipsa fuerit sub obedientia regis reducta, et in loco preelecto sepeliri.

Item, volo quod die obitus mei, si decedam Autissiodori, duo fratres predicatores, et duo Minores, si vero Varziaci vel Conade decedam, quatuor sacerdotes seculares ante exitum funeris a domo, dicant quatuor psalteria in circuitu dicti funeris, pro salute anime mee, quorum unicuique do et lego decem solidos Turon. Si autem contingat ab hoc seculo me decedere morbo epydemie infectum, ad evitandum scandalum et periculum quod inde oriri possit, predicta quatuor psalteria dicantur post duos dies tunc immediate sequentes, ubicumque me mori contigerit.

Item, volo quod die sepulture mee accendentur quatuor cerei ponderis duodecim librarum, duodecim torchie quelibet ponderis duarum librarum cere, quod quidem luminare serviat in ecclesia sive Autissiodorensi, sive in illa in qua predictum funus commendabitur, vigilis, officiis, et toto officio funeralium.

Item, volo quod die obitus mei, si commode fieri possit alias in crastinum celebrentur tres misse, alta voce; prima in honore S. Spiritus, secunda in honore B. et gloriose semper Virginis-Marie; et tertia pro defunctis, cum recommendationibus fieri solitis in ecclesia in qua ego tumulabor.

Item, cuilibet presbytero celebranti alteram trium predictarum do et lego quinque solidos Turon., diacono duos solidos, et sex denarios Turon. subdiacono totidem.

Item, volo quod die predicta qua celebrabuntur prefate tres misse, aut altera die immediate sequenti, dentur et distribuantur veris pauperibus Christi mendicantibus, non validis, illa die affluentibus in aliquo loco, arbitrio meorum executorum eligendo, decem libre Turon., videlicet cuilibet pauperi quinque denarii Turonenses, et si una die tot pauperes non affluant, quod dicta decem librarum summa distribui non possit, altera die subsequenti perficiatur usque ad dictam summam.

Item, si Varziaci aut Conade decedam, do et lego cuilibet canonico illius ecclesie in qua pro commenda funus meum tumulabitur presenti in sepultura et processione quinque solidos Turon. cuilibet sacerdoti presenti dicta die, sepulture et processioni, duos solidos et sex denarios Turon. Quilibet autem canonicorum et sacerdotum predictorum eadem die teneatur dicere *De profundis*, cum oratione *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, et fidelium*, pro salute anime mee et parentum meorum.

Item, volo quod dum ab ecclesia in qua pro commenda funus meum tumulabitur, ad ecclesiam Autissiodor. tute delatum fuerit, dentur cuilibet canonico Autiss. presenti in processione capitulari obviam prefato funeri venienti, et in vigiliis et tribus missis in dicta ecclesie Autissiodor. tunc celebrandis existenti, decem solidi Turon., cuilibet canonico tortrario quinque solidi Turon., et cuilibet capellano et chorario presenti duo solidi et sex denarii Turon. Pueris vero in albis prefate ecclesie do et lego quadringinta solidos Turonenses semel, ea conditione apposita, quod ipsorum quilibet, infra tres dies, post sepulturam meam in predicta ecclesia Autiss. dicat septem psalmos penitentiales cum litania, pro salute anime mee.

Item, volo quod octava die a predicta sepultura in eadem ecclesia Autiss., nisi fuerit dominica, prefati pueri in albis cantent alta voce in capella Sancti-Alexandri unam missam pro defunctis per magistrum puerorum celebrandam; pro cujus misse celebratione et decantatione do et lego magistro puerorum celebranti quinque solidos Turon. et prefatis

pueris in communi viginti solidos Turon.

Item, volo et ordino quod funeralium meorum sumptibus persolutis super omnibus bonis meis mobilibus et debitis, petatur, levetur et recipiatur ab omnibus meis debitoribus, tam in civitate, comitatu Autiss. quam Giaci, Apponiaci et Tociaci, summa sexcentorum scutorum auri, summa recepta per prenominatos meos executores exponatur et convertatur per eos pro dotatione et fundatione unius misse perpetuo celebrande ad altare jam constructum et consecratum retro majus altare chori prefate ecclesie Autissiodor.; quam missam volo singulis hebdomadis per canonicos et tortrarios predicte ecclesie celebrari, secundum ordinem per capitulum ipsius ecclesie faciendum, sicque omnes canonici in celebratione dicte misse preferantur, deinde omnes et singuli tortrarii fiat tamen distributio seu mercedis solutio equalis, tortrario sicut canonico, pro celebratione prefate misse, ad altare Sancti-Alexandri decantari, que dicitur missa puerorum in albis; predictam autem missam, ordine et modo sequentibus volo celebrari, videlicet quod sacerdos, ipsam missam, die dominica, celebraturus eam, secundum exigentiam temporis celebrare teneatur, nisi dicta die dominica festum annuale, solemne vel duplex occurrat, quo casu fiat missa de predicto festo occurrente; si autem ipsa die dominica festum duplex tantum occurrat, fiat nec omittatur memoria pro defunctis cum oratione *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*. Feria secunda, tertia, quarta et quinta fiat et celebretur missa pro defunctis cum prima et principali oratione *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*, et in predictis quatuor feriis et ipsarum qualibet pro memoria defunctorum dicantur alie tres orationes subsequentes : *Deus, qui nobis patrem et matrem*, *Deus, venie largitor*, *et fidelium*. Feria sexta celebrabitur predicta missa de cruce et fiat memoria pro defunctis cum oratione *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*, et si illa die aliquod festum occurrat, fiat de ipso memoria cum aliis memoriis et orationibus ad devotionem celebrantis : die sabbati fiat officium misse de beata et gloriosa semper Virgine-Maria, et memoria pro defunctis cum ratione predicta *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*, et de festo si aliquod illa die occurrat.

Item, volo et ordino quod sacerdos hebdomadarius celebrans dictam missam perpetuam, postquam in fine misse casulam deposuerit, antequam albam devestiat, et singulis diebus hebdomade teneatur adire locum sepulture mee cum aspersorio aque benedicte, et super dictam meam sepulturam dicat Antiphonam *Subvenite sancti Dei* cum orationibus *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes*, *Deus, qui nos patrem et matrem*, *Deus*, *venie largitor*, *et fidelium*, pro salute anime mee et parentum meorum, deinde aspergat aqua benedicta predictam meam sepulturam. Dicti autem decanus et capitulum tenebuntur sacerdoti predictam missam celebranti de clerico coadjutore, luminari et aliis necessariis suis expensis providere.

Item, prefatas sepulturam et fundationem in dicta Autissiodorensi ecclesia fiendas, intelligo et expresse declaro, dum sub obedientia regis civitas Autiss. fuerit reducta, aut de ipsius licentia et non alias. Si vero civitatem ipsam ad ipsius domini obedientiam contingerit non reduci ante multos annos, volo arbitrio prenominatorum meorum executorum prefatam aut consimilem fundationem alibi fieri, aut in alia pietatis aut devotionis opera converti et applicari.

Item, do et lego fratri meo magistro Guillelmo de Longueil, archidiacono Autissiodorensi, partem et portionem meam quam aquisivi a defuncto magistro Petro de Valle, in et super minagiis Autissiodor., et vineam meam quam acquisivi a defuncto Guillelmo Damade, sitam in territorio de Capra, prope ecclesiam Sancti-Gervasii.

Item eidem fratri meo lego et remitto omnes et singulas pecuniarum summas per ipsum et quacumque causa mihi debitas.

Item do et lego fabrice ecclesie Paris., in qua fui canonicus, centum solidos Turon.; ecclesie Constantiensi, in qua etiam fui canonicus, centum solidos Turonenses.

Item, fabrice ecclesie Beati-Benedicti Beneversi Paris., in qua sacramentum baptismi suscepi, do et lego centum solidos Turonenses.

Item, nepoti meo et filiolo, magistro Petro de Longueil, archidiacono Puisaye, do et renuncio summam ducentorum scutorum auri quam sibi mutuavi in adversitate et necessitate sua, eo tamen adjecto quod dictus nepos meus teneatur et sit obligatus exponere et solvere summam quinquaginta scutorum auri in reparatione, aptatione vestimentis et ornamentis capelle Sancti-Johannis-Evangeliste in conventu FF. Minorum Paris. existenti, in qua jacent sepulti domini genitor et genitrix, ceterique fratres, nepotes et parentes nostri, quam quinquaginta scutorum auri summam prefatus nepos modo

predicto exponere teneatur infra tempus per prefatos meis testamenti executores eidem preligendum.

Item, nepotibus meis, magistris Anthonio et Petro de Longueil, fratribus, do et lego omnes et singulos libros meos, tam juris divini canonici quam civilis, sive latino, sive in gallicano, quocumque nomine seu volumine nuncupetur et scripti sunt, sive in pergameno, sive in papyro, ubicumque existant seu reperiantur : volo tamen prefatos libros inter nepotes meos predictos equaliter dividi et amicabiliter partiri, compensatis hinc inde valoribus alterius ad alterum.

Item, do et lego nepoti meo Nicholao de Longueil, summam triginta scutorum auri, ea tamen conditione quod pro parte ipsius, suorumve aut aliorum quorumcumque, ad causam successionis defuncti fratris mei magistri Philippi, prepositi ecclesie Remensis, et ceterarum cedularum seu literarum per me scriptarum et signatarum, et per me acquittatarum et contentarum in eisdem mei executorum seu causam habituri nullo modo vexentur seu inquietentur, sed quitti teneantur.

Item. do et lego nepoti meo magistro Guillelmo de Corbie, et sorori mee Marie, relicte defuncti fratris mei magistri Johannis de Longueil, summam ducentarum quadraginta trium librarum et quatuor solidos Paris., valentes summam trium centum quatuor librarum Turon., mihi per curiam parlamenti contra dominum comitem Nivernensem taxatam, pro certis expensis per me factis inter ipsos meos nepotem et sororem meam, mediatim et equaliter dividendam et percipiendam, eisque cedo omne jus meum, omnemque actionem contra ipsum dominum comitem, contra Johannem Baudru, castellanum suum Donziaci, et quemlibet alium quem ipsum debitum tangere potest et poterit in futurum.

Item, do et lego prefato cognato meo, magistro Petro de Portis, tunicam meam bonam de moreta, foderatam bonis martreis, in recompensationem servitii pluribus annis mihi per eum impensi.

Item, do et lego magistro Johanni Guillot, aliam tunicam meam bonam, nigri coloris, foderatam etiam martreis, in recompensationem servitiorum suorum mihi et ecclesie mee per eum factorum.

Item, do et lego Guillelmo de Apponiaco, filiolo fratris mei archidiaconi Autiss. omne jus et omnem actionem quam habeo in certa vinea mea sita in territorio Autissiodor., in finagio dicto Clerion, quam olim dedi nepti mee Guillermete relicte magistri Petri de Valle, causa nuptiarum, ea conditione quod si sine sui corporis heredibus decederet ad me et meos rediret.

Item, volo et ordino quod totum bonorum meorum residuum, si quod sit, testamento meo penitus completo, per meos executores distribuatur in pios usus, prout anime mee saluti viderint expedire.

Item, do et lego futuro et immediato successori meo in episcopatu Autissiodor. mitras meas cum crossa seu baculo pastorali, necnon duobus annulis pontificalibus et libris pontificalibus magno et parvo, sandaliis, kirothecis, tunica, dalmatica satini albi, ac libro in quo misse et lectiones in festis annualibus et solemnibus ac temporibus ordinationum continentur, cum omnibus archis, directoriis, scamnis, mensis et cubilibus ligneis in domibus episcopalibus Autissiod. existentibus, et mihi pertinentibus, ea tamen conditione et non alias quod meos causam habentes et hujus mei testamenti executores tenebit quittos, nec eas litibus molestabit super reparationibus episcopatus fiendis, quas novit Deus et docet experientia, secundum valorem reddituum et amplius feci, viso statu et ruina edificiorum tempore quo promotus fui ad dictum episcopatum, ac habita consideratione ad summam sex viginti librarum quam solum ab executoribus testamenti defuncti domini predecessoris mei immediati pro reparationibus ruinarum suis in temporibus obventarum recepi, et magnis sumptibus et expensis per me factis in processibus ad conservationem jurium episcopatus, tam in curia parlamenti quam alibi : quamvis reparationes ruinarum dicti mei predecessoris immediati temporibus obventarum ad summam quatuor millium librarum Turon. et amplius essent taxate.

Item, do et lego omnibus et singulis familiaribus meis domesticis, salarium conventionale a me non percipientibus cuilibet ipsorum centum solidos Turon.; et volo et ordino quod omnes meis prefati familiares tam habentes quam non habentes salarium conventionale, post obitum meum vivant si velint in domo, meis sumptibus et victualium expensis, et si de solutione dictorum salariorum aliqua questio oriatur inter eos et meos executores, volo dictorum meorum familiarium juramento deferi super veritate, verumtamen nullus ipsorum ultra decem libras Turon. annuatim lucratur.

Hujus autem mei testamentarie seu ultime voluntatis volo, eligo et nomino executores, si eis placeat, prenominatos

magistrum Guillelmum de Corbeia, in parlamento presidentem, magistros Petrum de Portis et Johannem Guillot, quorum duo et ipsi possunt et valeant ad executionem prefati testamenti procedere, alio absente vel non vocato, dumtamen predictus cognatus meus de Portis sit semper unus ex ipsis duobus.

In quorum omnium et singulorum testimonium prefatum testamentum meum manu propria scriptum, signo meo manuali quo utor signavi, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, decima septima mensis augusti.

P. Autiss. episcopus.

(*Tiré d'une copie ancienne.*)

N° 393.

Bref de notification de la translation d'Enguerrand Signart à l'évêché d'Auxerre.

(An 1475, 1er mars.)

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis vassalis ecclesie Autissiodor., salutem et apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Inguerrandum episcopum Autiss. licet absentem, a vinculo quo ecclesia Saluberiensi, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, eum ad ecclesiam Autissiodorensem, tunc per obitum bone memorie Petri dum viveret episcopi Autissiodor., extra romanam curiam defuncti, pastoris solatio destitutam, de dictorum fratrum consilio apostolica autoritate transtulimus, ipsumque eidem ecclesie Autissiodor. in episcopum prefecimus et pastorem curam, et administrationem ejusdem ecclesie Autiss. sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem episcopum, tanquam patrem et pastorem animarum nostrarum, devote suscipientes, et debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, nec-non consueta servitia et jura si a nobis debita exhibere integre studeatis, alioquin sententiam sive penam quam idem episcopus rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Rome, apud Sanctum-Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, idibus martii, pontificatus nostri anno quinto.

Mar. de Urbino, H. Jacobi. *Super plica*, M. Zoccho, N. de Gottifredis.

(*Ex autographo.*)

N° 394.

Lettres d'abolition aux Auxerrois d'avoir tenu le parti du duc de Bourgogne, et de confirmation de priviléges.

(An 1476-77, janvier.)

Loys, par la grace de Dieu, roy de France, savoir faisons à tous présens et advenir, comme incontinant après que noz chers et bien amez les gens d'eglise, nobles, officiers, bourgeois, manans et habitans de nostre ville et comté d'Aucerre ont sceu le trepas de feu nostre frère cousin Charles, en son vivant duc de Bourgoigne, ils se soient concluz et délibérez d'eulx reduire, mettre et tenir en nostre obeyssance comme noz bons, vrais et loyaulx subjetz; et en ce démonstrant par effect aient fait pleine et entière ouverture de ladite ville à nostre amé et féal conseiller et maistre d'hostel Jehan Rappine, et aient fait en ses mains les seremens de fidelité en tels cas acoustumez, nous, qui avons tousjours cogneu par vraie experience la bonne loiauté et grande affection qu'ils ont tousjours eu à nous et à la couronne de France, ainsi que présentement l'ont démontré par effect, désirans par ce et pour autres grans, justes et raisonnables considéracions à ce nous mouvans, les entretenir, garder et préserver de toutes molestacions, ausditz gens d'église, nobles officiers, bourgeois, manans et habitans de nostre dicte ville et conté d'Auxerre, de quelque estat, qualité ou condition qu'ils soient, en général et à chacun d'eulx en particulier, avons de nostre certaine science, propre mouvement, grace espécial, pleine puissance et autorité roial aboly, quicté, remis et pardonné, et par la teneur de ces présentes abolissons, quictons, remettons et pardonnons tous les cas, crimes, offenses et déliz quelx qu'ilz soient, qu'ilz et chacun d'eulx pevent avoir faiz, commis et perpétrez à l'encontre de nous, la couronne de France, nostre autorité, majesté roial, soit

en ayant adhéré avec feu nostre frère et cousin le duc de Bourgongne et autres noz adversaires, rebelles et désobéyssans subgetz, en guerre ouverte ou autrement, durant les divisions et différences passées, en ayant proféré paroles deshonnestes, prins, pillé, rençonné ou autrement, en quelconque forme et manière que lesdiz cas soient advenuz, sans ce qu'ils soit jamais besoing les exprimer en jugement, ne dehors, ne en faire autre plus ample spécificacion ou déclaracion; ensemble toutes peines, amendes et offenses corporelles criminelles et civiles, en quoy pour occasion desdiz cas, ilz et chacun d'eulx pourroient estre encouruz envers nous à justice; et les avons restituez et restituons en leurs bonnes fames et renommées, et à tous leurs biens meubles estant en nature de chose, et héritages quelxconques quelque part qu'ilz soient situez et assis en nostredit royaume; et sur ce imposons silence perpétuel à nostre procureur présent et advenir, et à tous autres nonobstant quelxconques dons que en avons faiz, déclarations de confiscacions, appeaulx, procès, bannissemens, sentences, décretz, condemnacions, vendicions et autres choses qui pourroient avoir esté faictes au contraire. Lesquelx ensemble toutes choses qui pourroient avoir esté ou estre ensuivies à ceste cause nous avons cassées, révoquées et adnullées, révoquons, cassons et adnullons et mettons du tout au néant, tout ainsi que se oncques n'en avoit esté ou estoit aucune chose faicte au contraire. Et de nostre plus ample et babondant grace tous et chacun les prévilèges coustume, usages, libertez, franchises, exempcions, donnez et octroiez ausdiz gens d'église, officiers, nobles, manans et habitans de nostre dicte ville et conté d'Aucerre, tant en général que en particulier par nos progéniteurs roy de France et contes dudit Auxerre, avec le previlège de la gauge (jauge) estant audit lieu d'Auxerre et des quatre maistres jurez d'icelle avons louez, ratiffiez, confirmez et approuvez, louons, ratiffions et confermons et approuvons; voulons et nous plaist qu'ilz en joissent entièrement, plainement et paisiblement, sans aucun débat, contredit ou empeschement.

Si donnons en mandement, etc.... Et pour ce que de ces présentes les gens d'église, officiers, nobles, bourgeois, manans et habitans de ladicte ville et conté d'Auxerre ou aucun d'iceulx pourroient avoir à besoigner en plusieurs et divers lieux, nous voulons que au vidimus d'icelles fait soubz scel roial, foy soit adjoustée comme à ce présent original. Et afin que ce soit chose ferme et estable à tousjours nous avons fait mectre nostre scel.

Donné à Selomme en Vendosmois au mois de janvier, l'an de grace M. CCCC. LXXVI, et de nostre règne le seiziesme.

Par le roy, le comte de Merle maréchal de France, les sires du Lude gouverneur du Daulphiné, du Bouchage, Philebert, Boutillat, trésorier et autres présens. Signé : de Chaumont.

Lecta publicata et regratiata pro gaudendo privilegiis, franchisiis et libertatibus in hujusmodi litteris contentis quatinus in antea recte et juste gavisum est. Actum in parlamento, decima die marcii anno M° CCCC° LXXVI°. Signé : Brunat.

Scellé du grand sceau dont il n'y a plus que les lacs coupés.

(Ext. de l'original aux arch. de la ville, case B. paquet 3.)

N° 395.

Relation de la prise de possession de la ville et comté d'Auxerre par les officiers du roi, dans l'assemblée générale des habitans; où sont rapportés les préliminaires de cette cérémonie, le serment de fidélité prêté par les bourgeois, les lettres de remerciement du roi, l'élection des députés qui devront se rendre auprès de lui, etc.

(An 1476-77, 14 janvier.)

A tous ceulx qui ces présentes lectres verront, Jehan Regnier, escuier, seigneur de Montmercy, bailli d'Aucerre, salut. Savoir faisons que en une congrégacion et assemblée faicte pardevant nous, le quatorzième jour de janvier l'an mil CCCC soixante et seze, en la chambre du conseil à Auxerre, ou estoient presens plusieurs gens d'église; les officiers du roy nostre sire à Aucerre, les douze bourgois jurez, gouverneur, procureur du fait commun et plusieurs notables bourgois, manans et habitans de la ville dudit Aucerre, illec assemblez en grant et souffisant nombre. En laquelle assemblée vindrent et arrivèrent noble homme Jehan de Bosredont, seigneur de la Roche, lieutenant de noble et puissant seigneur monseigneur le gouverneur de Champaigne, lieutenant général du roy nostre dit seigneur; et aussi noble homme Jehan Rapine, conseiller et maistre d'ostel d'icelui seigneur; par

lequel monseigneur de la Roche fut dit et et déclairé en ladite assemblée que mondit seigneur le gouverneur, deuement informé du trespas de feu monseigneur le duc de Bourgongne, que Dieu absoille, lui avoit chargié venir hastivement en ceste ville d'Aucerre pour prendre pour le roy nostre sire la possession et saisine de ladicte ville et conté dudict Aucerre, et icelle mectre en son obéissance. Et que pour estre cercioré de la mort dudict feu monseigneur le duc de Bourgongne, avant qu'il voulsist entrer en ceste dicte ville, y avoit envoyé monseigneur de Coursant, accompaigné d'ung hérault d'armes pour requérir ladicte obéissance pour le roy; et ledict monseigneur de la Roiche demeuré au lieu de Héry actendant la response de mondict sieur de Coursant. Neantmoins pour aucunes nouvelles qui depuis lui estoient survenues il s'estoit avancé de faire son entrée en ceste dicte ville pour requérir ladicte obéissance et faire faire le serement aux gens d'église, officiers, nobles, bourgeois, manans et habitans de la ville et conté dudict Aucerre, de estre et demourer perpétuellement vraiz et obéissans subgietz du roy nostre dict seigneur. Et en ce mesme instant, en ladicte assemblée, par mondict seigneur le maistre d'ostel fut présenté de par le roy nostre dict seigneur unes lettres missives addressans aux gens d'église, officiers, bourgeois, manans et habitans de ladicte ville et conté, portans créance, et desquelles lettres fut fait lecture en icelle assemblée. Et la lecture faicte desdictes lettres par mondict seigneur le maistre d'ostel, fut dit et déclairé que le roy lui avoit baillé charge expresse de venir en ceste ville et conté d'Aucerre et à lui commandé et ordonné de prendre la possession et saisine desdictes ville et conté et les mectre en son obéissance; et oultre à prendre le serement en particulier et en général des gens d'église, officiers, nobles, bourgois, manans et habitans d'icelle ville et conté, de estre et demourer à tousjoursmais perpétuellement vraiz et obéissans subgietz au roy nostredit seigneur, et de obéir à tous ses bons commendemens comme bons et loyaulx subgietz sont tenus et doivent faire à leur naturel et souverain seigneur. En requérant par ledict monseigneur le maistre d'ostel ausdictz gens d'église, officiers, bourgois, manans et habitans que ainsi le voulsissent faire. Ce qu'ilz firent libéralement et de bon cuer, en remerciant en toute humilité au roy nostredit seigneur de ce que son bon plaisir et noble vouloir estoit de les réunir à la coronne de France à laquelle ils estoient de long temps annexez. Et pour monstrer leur vraie obéissance baillèrent et délivrèrent es mains de mondit seigneur le maistre toutes les clefz des portes et poternes de ladicte ville, pour en faire et ordonner au bon plaisir et noble vouloir du roy nostredict seigneur.

Et le serement fait par lesdicts gens d'église, officiers, bourgois, manans et habitans de ladicte ville d'Aucerre, es mains de mondict seigneur de la Roche et dudict monseigneur le maistre d'ostel, incontinent iceulx seigneurs de la Roche et maistre d'ostel envoyèrent pardevers le roy lui faire savoir la vraie obéissance qu'ils avoient eue en icelle ville d'Aucerre, dont le roy nostredit seigneur fut très-content et renvoya hastivement le messaige que pour ceste cause sondit maistre d'ostel avoit envoyé pardevers lui au lieu de Selommes garni de deux lettres missives que le roy nostredit seigneur escripvoit pardeça, c'est assavoir unes lettres ausdicts gens d'église, nobles, officiers, bourgeois et habitans de sa ville dudit Aucerre et les autres lettres à sondit maistre d'ostel. Et pour lesdictes lettres veoir et sur icelles conclure et délibérer au bon plaisir et vouloir du roy nostredit seigneur, aujourd'hui par l'ordonnance et commandement de mondit seigneur le maistre d'ostel a esté faicte une assemblée générale en l'ostel des bourgeois et habitans d'Aucerre, en laquelle estoient présens et assistans les gens d'église, officiers, bourgois, manans et habitans dudit Aucerre, en grant et souffisant nombre.

En laquelle assemblée, après ce que mondit seigneur le maistre d'ostel a fait faire lecture de ses lettres de institution de gouverneur et capitaine de l'Aucerrois à lui octroiees par le roy nostredit seigneur, a esté fait lecture desdictes lettres envoyées par icelui seigneur ausdicts gens d'église, officiers, nobles, bourgois et habitans dudit Aucerre, contenans en effect qu'il avoit sceu par sondit maistre d'ostel la vraie obéissance que lui avoient faicte et que en démonstrant leur loyaulté estoient les premiers qui s'estoient mis en ses mains dont si acertes et de bon cuer que faire le povoit il leur remercioit, et que en rémuneracion de ce il estoit délibéré de les entretenir et gardez en leur libertez et franchises, et aussi en tous leurs estas et offices, et que se aucunes subvencions avoient esté mises sur eulx du temps du feu duc, que le roy les abolissoit, et les maintiendroit et traicteroit

ainsi qu'ilz estoient du temps du duc Philippe. Et oultre qu'il envoyoit commission à son dit maistre d'ostel pour exercer le gouvernement de la conté et capitainerie de sa ville dudict Aucerre jusques à ce que aultrement y eust ordonné. Et lui mandoit qu'il amenast pardevers lui les plus notables genz de sa dicte ville dudit Aucerre pour leur remercier leur bonne obéissance et pour faire envers eulx tant qu'ils devroient estre contens, ainsi que plus à plain est contenu esdictes lettres signées de la main du roy nostredit seigneur et escriptes à Seloimmes le xvii[e] jour de janvier.

Et par unes autres lettres, le roy nostredit seigneur escripvoit à sondit maistre d'hostel que après ce qu'il auroit tout mis en seurté qu'ils s'en retournast pardevers lui et qu'il lui amenast des plus notables personnes de sa ville d'Aucerre, tant de l'église que des suppostz d'icelle, pour les remercier de leur bonne et vraie obéissance, et pour leur confirmer leurs privilèges et leurs estas, car il estoit délibéré de les bien traicter aussi bien et mieulx s'il povoit qu'ilz estoient du temps du duc Philippes, et qu'ils leur fist apporter procuration de ceulx de la conté pour lui faire le serement et les asseurer hardiement qu'il recongnoistroit envers eux la vraie obéissance qu'ilz avoient monstré avoir envers lui, veu qu'ils estoient les premiers qui s'estoient mis en ses mains, ce qu'il n'obliroit jamais et le recongnoistroit en tous leurs affaires; ainsi que plus à plain est contenu esdictes lettres signées de la main du roy nostre dit seigneur escriptes à Selommes, ledit xvii[e] jour de janvier derrenier passé.

Après laquelle lecture faicte desdictes lettres, a esté conclut et délibéré par tous les dessusdiz, en ladicte assemblée, que en obtempérant ausdictes lettres seront envoiez de par lesdiz gens d'église, officiers, bourgois et habitans de la ville d'Aucerre pardevers le roy nostre dict seigneur, en la compaignie de mondict sieur le maistre d'ostel, révérendz pères en Dieu, messeigneurs les abbez des églises de Saint-Germain et Saint-Marien, vénérables et discretes personnes maistres Jehan Odry official, messirés Estienne Naudet et Guy Avrart, chanoines de l'église de Saint-Estienne d'Aucerre, esleuz et députez de par le clergié; nous Jehan Regnier, escuyer, seigneur de Montmercy, bailli dessusdit, Jehan Tyart, escuier, seidu Mont-Saint-Suppliz, gruyer, honnorables hommes et saiges maistres Blaise Tribolé, licencié en lois advocat, Germain Trouvé, licencié en lois esleu, Claude Labbé, grenetier du grenier à sel, maistre Jehan Johannis, docteur en médecine, gouverneur du fait commun, Jacotin Cesare, receveur dudit fait commun, Robin de Beauvoir et Pierre de Pognes, bourgois jurez de la ville dudit Auxerre; Pierre Ferrou marchant et bourgois dudit Aucerre, esleuz et députez de par lesdicts officiers, bourgois, manans et habitans, accompaignez ainsi que à leurs personnes appartient; et à iceulx commis et députez baillé instruccions et mémoires touchans les requestes que lesdiz gens d'église, officiers, nobles, bourgois, manans et habitans de ladicte ville vouloient faire au roy nostredict seigneur. Ausquelx commis et députez lesdiz gens d'église, officiers, bourgois et habitans, par vertu d'unes lettres de procuracion par eux passée en ladicte assemblée pardevant deux tabellions royaulx, ont donné et octroyé plain povoir, auctorité et mandement espécial de faire envers le roy nostredict seigneur ou celuy ou ceulx qu'il luy plaira ordonner et commander, tout ainsi et par la forme et manière qu'il sera contenu et exprimé en leursdictes instructions et mémoires, et es choses contenues en icelles faire autant et au tel que les constituans feroient et faire pourroient se tous présens y estoient en leurs personnes. Si comme plus à plain peut appoir par lesdictes lettres de procuration. Et que tous les fraiz qui se feroient par lesdiz commis et députez en ceste partie, ensemble leurs salaires et vacations qu'ilz feront en la poursuite des choses dessusdictes, seront paiez des deniers communs d'icelle ville et cité d'Aucerre, et aussi tous les dons présens et despenses faictes depuis la venue de mondict seigneur de la Roche, monseigneur le maistre d'ostel et dudit seigneur de Coursan, aux gens et officiers du roy nostredit seigneur; et aussi en délibérant des besongnes et affaires de ladite ville et cité et autres fraiz et mises faictes et qui se feront touchant la matière dont dessus est faicte mencion et les dépendances d'icelle. Lesquelz fraiz, mises, dons, présens et despenses seront paiez par le receveur dudit fait commun selon les mandemens des gouverneurs dudit fait commun présens et advenir qui lui seront adrecez. Lequel en ce faisant en sera tenu quitte et à plain deschargé et lui sera déduit et aloé en ses comptes sans difficultés, sauf en recouvrer sur les gens d'église, officiers, nobles, bourgois et habitans des villes et villages de la conté dudit Aucerre leur part et portion desdiz

fraiz selon leur quotité. Et en cas que les deniers de ladite...., etc. (Les neuf dernières lignes de la pièce sont endommagées).

(Original, Archives de la ville d'Auxerre, pièce 6°, Paquet 3, case B.)

N° 396.

Extrait des lettres de la création du bailliage d'Auxerre.

(An 1476-77, janvier.)

Louis, etc. Par ces présentes faisons créons et establissons et érigeons en nostre dite ville et conté d'Aucerre, à tousjours, perpétuellement, baillage, siége et juridiction ordinaire et royale et en chief, sous le nom et tiltre de bailly royal d'Aucerre seulement, comme sont les autres bailliz de nostredit royaume. Et avons ordonné et ordonnons que ledit siége et jurisdiction d'icelui baillage sera tenu et exercé doresnavant en nostredite ville d'Auxerre, où viendront, ressortiront et respondront les bourgoys, manans et habitans d'icelle ville, cité et conté d'Aucerre, et toutes les villes qui sont enclavées en icelle conté, avecques toutes les autres villes et habitans nobles et non nobles, qui sont de fief et arrière-fief d'iceluy ou d'autres quelconques, et semblablement toutes les villes, villaiges, les habitans et demourans en icelles, nobles, et non nobles, de quelque estat ou condicion qu'ils soient, situez au assis oudit eveché d'Aucerre, et autre part, entre lesdites rivières de Loire, d'Yonne et Queure, tout ainsi et par la forme et manière qu'ilz faisoient d'ancienneté aprez l'union fete de la dite conté à la couronne par notre feu prédecesseur Charles cinquième; et qu'ils étoient au temps et par avant le bail fait par feu nostredit seigneur et père à nostredit oncle Philippe de Bourgoingne, et seront faiz, poursuiviz, discutez et determinez par ledit bailly d'Aucerre ou son lieutenant tous procès, questions et débaz qui viendront et y seront d'icellui conté et de l'ancien ressort d'icellui bailliage; et ressortiront nuement plainement et sans moyen en souveraineté en nostre court de parlement à Paris.

Donné à Selommes, ou mois de janvier M CCCC LXXVI, et de nostre règne le XVIe.

Par le roy, le conte de Merle, mareschal de France, les sires du Lude, du Bouchage, Philebert Boutillat, trésorier, et autres présens.

Signé : de Chaumont.

(Original, Archives de la ville).

Les lettres qui attribuent à la chambre des comptes à Paris la connoissance des affaires qui regardent le domaine, sont aussi à peu près dans le même style ; elles finissent ainsi :

Donné au Plessis-du-Parc-les-Tours, le XXII décembre 1477, de nostre règne le XVIII. Par le roy, l'evesque d'Albi, etc., présens. Leudo.

N° 397.

Lettres du roy Louis XI concernant l'étendue du territoire qui ressortira à Auxerre sur le fait des aides et du grenier à sel.

(An 1476, février.)

Loys, par la grace de Dieu roy de France. Savoir faisons à tous présens et advenir nous avoir receu l'humble supplication de nos chers et bien aimez et bourgeois, manans et habitans de nostre ville et conté d'Aucerre, contenant que feu de bonne mémoire Charles de France acquist et achepta en son vivant ladite conté d'Auxerre, avec ses appartenances et dépendances quelconques, de feu Jehan de Chalon, lors conte de Tonnerre; et icelle comté unit et annexa à la couronne de France; et en ce faisant voulut et ordonna, par privilège sur ce octroyé ausdits habitans, que toutes les terres situées et assises entre les rivières de Cure, Loyre et Yonne, et les enclaves, fiefs et arrière-fiefs, gens d'église, nobles, bourgeois et aultres habitans d'icelle qui seroient plus prochains de ladite ville d'Auxerre que de Ville-neuve-le-Roi respondroient et contriburoient, tant en aides que au grenier à sel, et sortiroient juridiction en ladite ville d'Aucerre; duquel privilège et ordonnance lesdits supplians jouirent et usèrent par certain longtems et jusqu'à ce que feu nostre trez cher sieur et père, que Dieu absolve, par certains traictés et appointemens faicts entre luy et feu nostre oncle le duc Philippes de Bourgogne, bailla et transporta à iceluy nostre oncle ladite comté d'Aucerre; au moyen duquel bail lesdites terres et enclaves situées entre lesdites rivières furent séparées et distraites de ladite comté et jointes à Tonnerre et ailleurs, au baillage de Sens,

soubz nostre obéyssance et jurisdiction, ou ils ont toujours depuis esté et demeuré et sont encore de présent. Et pour ce que par le moyen du trespas de feu notre cousin Charles, duc de Bourgogne, nagueres décedé, ladite ville et conté d'Aucerre nous sont retournées, et icelles avons prins mis et joints à nostre couronne et domaine, iceulx supplians nous ont fait humblement supplier et requérir que attendu ce que dit est, et que nous n'avons aucun domaige ou intérest si lesdites terres assises entre lesdites rivieres et enclaves reviennent et retournent contribuer et respondre sur le fait desdites aydes et grenier à sel avec ceux de ladite ville et comté d Aucerre, ainsi qu'elles faisoient paravant lesdites traités et appointemens faits avec nostredit feu oncle Philippe, duc de Bourgogne, il nous plaise en enterinant ledit privilège à eux sur ce donné par ledit feu roy Charles V, comme dit est, ordonner que doresnavant lesdites terres et enclaves cy entre lesdites rivières et les habitans en icelles soient doresnavant contribuables, ressortissans et responsables pour le faict desdites aides et grenier à sel avec les habitans de nostredite ville et comté d'Aucerre, et sur ce leur impartir notre grace.

Pourquoy nous, ces choses considerées, inclinant favorablement à la supplication et requeste desdits supplians, en faveur de la bonne affection et vouloir qu'ils ont monstré par effet avoir à nous et à la couronne de France en eux réduisant et soubmettants libéralement et de grand couraige à nostre obéyssance, et nous reconnoissants leur naturel et souverain seigneur incontinent qu'ils ont esté advertis de la mort de nostredit feu cousin. A iceux supplians pour ces causes et aultres à ce nous mouvans, et afin que doresnavant ils soient plus enclins de continuer leur bonne loyauté envers nous, avons octroyé et octroyons, voulons et nous plaist de grace especiale, pleine puissance et autorité royale, par ces présentes, que toutes les terres, habitans et subjets d'icelles situées et assises entre lesdites rivières de Cure, Loyre et Yonne, et les enclaves fiefs et arrière-fiefs d'icelles qui seront trouvées plus proches de ladite ville d'Aucerre que de Ville-neuve-le-Roy, soient doresnavant, perpétuellement et à tousjours tant que ladite comté sera en nos mains contribuables, ressortissans et responsables sur le fait desdites aydes et grenier à sel avec lesdits habitans de nostredite ville et comté d'Aucerre; et lesquelles terres et habitans en icelle nous avons quant à ce réjoint et réunit, rejoignons et réunissons par cesdites présentes avec nostredite ville et comté d'Aucerre, le tout en ensuivant le contenu dudit privilège donné ausdits suppliants par nostredit prédécesseur le roy Charles cinquiesme, et ainsi que par vertu d'iceluy privilège ils en usoient et jouissoient deuement et justement paravant lesdites traités et appointemens faits par nostredit feu sieur et père avec nostredit oncle le duc Philippe de Bourgogne.

Si donnons en mandement par cesdites présentes à nos amez et féaulx ses généraulx conseillers par nous ordonnez sur le fait de la justice de nos aides à Paris, aux esleus sur le fait decdites aydes et aux grenetier et controlleur dudit lieu d'Aucerre, et à tons nous autres justiciers et officiers où à leurs lieutenans, présens et avenir, et à chacun d'eulx, si comme à luy appartiendra, que appelé nostre procureur, s'il leur est apparu ou appert dudit privilège dont dessus est faite mention, et de la jouissance que lesdits supplians dient avoir eue et déclaration sur ce préalablement faite, ils facent nostredite présente ordonnance, volonté et octroy garder, entretenir, observer et accomplir de point en point, selon leur forme et tenenr, le tout ainsi que ledit privilège le contient, en contraignant à se faire et souffrir lesdits habitans et subjets desdites terres et enclaves situées entre lesdites rivières, et tous autres qu'il appartiendra, par toutes voyes dues et raisonnables, à contribuer et respondre audit lieu d'Aucerre sur le fait desdites aydes et grenier à sel, par la matière dessusdite; car ainsy nous plaist-il de estre fait nonobstant ladite séparation et division faite desdites terres et enclaves dans ladite ville et comté d'Aucerre, par le moyen desdits traités et appointemens faits par nostredit feu sieur et père avec nostre dit feu oncle le duc Philippe de Bourgogne, oppositions ou appellations quelconques, ordonnances, mandemens et deffenses à ce contraire; en faisant cesdites présentes crier et publier en lieux où l'on a accoustumé faire criée et proclamations afin que aucun n'en puisse prétendre cause d'ignorance. Pour ce que d'icelles l'on pourra avoir à besongner en plusieurs et divers lieux, nous voulons que au *vidimus* d'icelles, fait soubz scel royal, foy soit adjoutée comme à l'original. Afin que ce soit chose ferme et stable à tousjours, nous avons fait mestre nostre scel à cesdites présentes, sauf en autres choses nostre droit et l'autrui en toutes. Donné à Péronne, au moy de febvrier, l'an de

grace M CCCC LXXVI, et de nostre règne le seizième.

Signé sur le reply :

Par le roy, Le comte de Marle, mareschal de France, les sieurs de Lude, de Meignes et autres présens, L. Tindo.

(*Tiré d'une ancienne copie.*)

N° 398.

Lettres de Louis XI aux habitants d'Auxerre, par laquelle il les remercie de leurs avis sur la ville de Dijon, et leur recommande de se bien garder.

(An 1477, 16 juillet.)

De par le Roy.

Chers et bien amez, nous avons reçu vos lettres, et vous mercions des bons advertissemens que nous avez faiz touchant la ville de Dijon. Toutefois Dieu mercy et Nostre-Dame et monsieur S. Martin, la chose est bien venue selon le mal. Quant au regard de vous, nous vous prions que vous vous preniez bien garde quels gens entreront en votre ville, et que n'y souffrez entrer nuls gens de guerre, ne autres que vous ne sçavez bien qui ils sont, afin que aucun inconvénient n'en puisse avenir, et nous advertissez souvent de ce qui surviendra par de là, et vous nous ferez bien singulier plaisir. Donné à Arras ce v[e] jour de juillet.

Signé, Louis, *et plus bas*, Le Sure.

Reçues le 16 juillet 1477.

(*Original, Archives de la ville.*)

N° 399.

Concordat entre Jean Baillet, évêque d'Auxerre et son chapitre.

(An 1478-79, 5 janvier.)

A tous ceulz qui ces présentes lettres verront ; Pierre d'Appoigny, conseiller du roy nostre sire, et Simon Tribolé garde du scel de la prévosté d'Aucerre, salut. Sçavoir faisons que pardevant Blaise Moirote, clerc, tabellion et notaire juré du roy nostredit sire, de par luy estably en la cour de ladite prévosté, comparurent en leurs personnes révérend père en Dieu monseigneur Jehan Baillet, par la permission divine evesque d'Aucerre, pour luy d'une part, et vénérables et discretes personnes maistre Thomas la Plotte, doyen, maistre Jehan Henriet, Nicole du Croc, Guy Bertault, Jehan Odry, David Dugué, Germain de Taingy, Edmond Boileau, Guillaume Arbaleste, Jehan Chevalier, Jehan Mauvoisin, Jehan Gamard, Guillaume Emengeard, Jehan Chasneau, Estienne Gerbault, Jehan Menigot, Nicole Guillot, Ponthus du Deffens, tous chanoines de l'église d'Aucerre, assemblez ensemble en leur chapistre, capitulans et leur chapistre tenans au lieu, heure et en la manière accoustumée, pour et au nom de ladite église, disant icelles parties, mesmement lesdits vénérables doyen et chapistre, que à cause de la fondation, dotation et augmentation de leur église, ils ont droit de prendre, avoir, recevoir et percevoir sur l'eveschéd'Aucerre, rentes et revenus d'iceluy, un chacun, en plusieurs et divers termes, la somme de cens quatorze livres, douze deniers tournois de rente annuelle et perpétuelle, déclarée en certain arrest de la cour de parlement, daté du huitiesme jour du moys d'avril mil quatre cent vingt et ung avant Pasques, dont par ledit révérend, ainsi que disoient lesdits vénérables, leur en estoient dus demie année eschue et finie à Noel dernier passé, que ledit révérend avoit différé payer entièrement, pour certaines causes cy aprez déclarées ; c'est-à-sçavoir que les terres, seigneuries, rentes, possessions et revenus de sondit eveschié estoient en la pluspart destruites et diminuées au moyez des hostilitez et guerres nagueres passées, en quoy ledit eveschié estoient grandement interressé et endomaigé, mesmement en la destruction du chastel de Régennes et du village et appartenances d'Appoigny qui avoit esté et encore estoit une partie bruslé, dépopulé, et plusieurs aultres grands dommaiges et interests advenus audit eveschié, et aultre part, par lesdites guerres, ainsi qu'il est bien notoire; disoit aussi, ledit révérend, que pour parvenir à ladite dignité il estoit un chascun an tenu de payer à monsieur de Majorc, maistre Enguerrand Signart, son prédécesseur evesque dudit d'Aucerre, certaine grande pension, et plusieurs aultres grandes causes et raisons par ledit révérend remonstrées ausdits vénérables, au moyen desquelles considérations eue à icelles, ledit révérend disoit ladite somme de cent quatorze livres douze deniers tournois, ainsi par luy deue, luy devoit estre faite modération.

Lesdits vénérables par certains moyens, causes et raisons qu'ils entendoient a proposer disans au contraire, mesmement que leurs terres et seigneuries estoient

semblablement destruites et dépopulées.

